Ἀβιμέλεχ φάσκων, ὡς ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀπεσταλμένος εἴη ἐπί τι πρᾶγμα προσῆκον αὐτῷ. Καὶ πρὸς τὸν ἀλλόφυλον ἐλθών, δείσας μὴ, ὡς στρατηγὸς ὢν τοῦ λαοῦ, ἀποθάνῃ, μανίαν ἐσκήψατο, πρᾶγμα προβαλλόμενος οὐκ ἀληθὲς, διὰ σωτηρίαν.

Καὶ **Μελχάλ** δὲ, τοῦ πατρὸς ἐπαγαναχτοῦντος αὐτῇ διὰ τὴν τοῦ Δαβὶδ ἀπόλυσιν, ἀναιρεῖσθαι λέγουσα πρὸς αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῦτο ποιήσει.

A pontificem, quod a rege missus esset pro quadam re suorum negotiorum. Et ad Philistæum veniens, veritus ne interficeretur, quippe qui populi dux erat, stultitiam simulavit, fingens rem minime veram incolumitatis gratia.

***Melchol*** quoque, patre suo illi succensente propter Davidis dimissionem, inquiens se ab illo interficiendam fuisse, nisi hoc præstitisset.

ΚΕΦΑΛ. ΜΕ'. — *Τίνες δὲ δόλῳ δικαιοσύνης ἔργα διεπράξαντο.*

Ἀὼδ ὁ κριτὴς τὸν Αἰγλὼμ, τὸν τῶν Μωαβιτῶν βασιλέα, ὡς ὑπήκοος πρὸς αὐτὸν μετὰ δώρων ἐλθών, ἀνελὼν δόλῳ.

**Ἰαὴλ**, ἡ τοῦ Κιναίου Χαβὲρ γυνὴ, τὸν Σισάρα φεύγοντα φιλοφρόνως δεχομένη, καὶ γάλακτι ποτίζουσα κατακοιμήσασά τε, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τελευταῖον πασσάλῳ διελάσασα.

CAP. XLV. — *Quinam dolo justitiæ opera effecerunt.*

*Aod* judex, qui dolo interfecit Æglon, Moabitarum regem, uti subditus ad eum cum muneribus veniens.

*Jael*, Chaber Cinæi uxor, quæ Sisaram fugientem amice excepit, lacteque potavit et obdormire fecit, ac tandem caput illius clavo transverberavit.

ΚΕΦΑΛ. ΜΓ'. — *Τίνες προσχήματι χρηστότητος ἢ εὐσεβείας, θάνατον κατειργάσαντο.*

Πρῶτος ὁ ὄφις τὴν Εὔαν διὰ χρηστότητος ἔπεισεν ἐφάπτεσθαι τοῦ τῆς γνώσεως φυτοῦ, ὡς θεῶν γινομένων εἰ φάγοιεν, καὶ διὰ ταύτης εἰς θάνατον ἐνέβαλε.

***Κάϊν*** τὸν ἀδελφὸν φιλοφρόνως ὡς εἰς αἰώρησιν προτρεπόμενος, *Διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον*, φάμενος, οὕτως ἀναιρῶν.

**Ἡ *Ἰεζάβελ*** προσχήματι νηστείας Θεῷ προσαγομένης ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, τὸν Ναβουθαὶ συκοφαντοῦσα.

***Ὁ Ἰσμαὴλ*** φιλίας προσχήματι πρὸς τὸν προστάτην τοῦ ὑπολειφθέντος εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ λαοῦ, τὸν Γοδολίαν, παραγενόμενος, καὶ τοῦτον οὕτως ἀνελών.

CAP. XLVI. — *Quinam prætextu probitatis aut religionis cædem operati sunt.*

Primus *serpens* Evæ specie bonæ erga illam affectionis persuasit, ut tangeret arborem cognitionis, quippe futuri tanquam dii si comederent, et sic in mortem præcipitavit.

*Cain* fratrem amice quasi ad cœlestia contemplanda adhortatus, *Exeamus in agrum*, inquit [95], atque sic interfecit.

*Jezabel* sub prætextu jejunii Deo offerendi pro rege, Nabuthæ per calumniam e medio sustulit.

*Ismael* specie amicitiæ veniens ad præfectum relicti Hierosolymis populi Godoliam, eum sic interfecit.

ΚΕΦΑΛ. ΜΖ'. — *Τίνες δίκαιοι ἀνῃρέθησαν.*

***Ζαχαρίας*** ὁ τοῦ ἀρχιερέως Ἰωδαὲ υἱὸς, ἐπιπλήττων ἀσεβοῦντι τῷ Ἰωᾶς, λιθόλευστος ἀναμέσον τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου ἀναιρεῖται.

***Οὐρίας*** ὁ προφήτης, φεύγων τὰς ἀπειλὰς τοῦ λαοῦ, ἐκκλησιαστὴς παρῆνει μὴ δυσσεβεῖν, κληθεὶς ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἐφονεύετο.

***Ναβουθαὶ*** ὁ Ἰεζραηλίτης, τὸν ἑαυτοῦ πατρικὸν ἀμπελῶνα μὴ βουληθεὶς δοῦναι τῷ Ἀχαὰβ, ὑπὸ τῆς Ἰεζάβελ συκοφαντούμενος, λίθοις βαλλόμενος ἀνῄρητο.

***Γοδολίας***, ὁ τοῦ λαοῦ μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν προϊστάμενος, ὑπὸ Ἰσμαήλου διὰ τὸ εἶναι προστάτην ἀνῄρητο.

***Ἡσαΐας*** ὁ προφήτης ὑπὸ Μανασσῆ ἐπρίσθη, ὡς ἡ παράδοσις ἔχει (60), οὔτε γὰρ ἡ Γραφὴ τοῦτο ἔφησεν.

***Ἰούδας*** ὁ Μακκαβαῖος, καὶ *οἱ Ἀσαμωναίου παῖδες*, ὑπὸ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς ἐπ' εὐνομίᾳ δεινῶς αἰκισθέντες ἀνῃρέθησαν.

***Ἰάκωβος*** ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου, ὁ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀρετὴν δίκαιος ἐπικληθεὶς, ὑπὸ τοῦ λαοῦ ἀνῃρέθη.

CAP. XLVII. — *Quinam justi occisi sunt.*

***Zacharias***, pontificis Joiadæ filius, dum redarguit impie agentem Joas, lapidatus inter templum et altare occubuit.

*Urias* propheta, fugitans minas populi, quia hortabatur eum ne impie ageret, vocatus ex Ægypto in Jerusalem, interfectus est [96].

*Nabuthæ* Jezraelites, dum detrectat paternam vineam suam dedere Achabo, ab Jezabel per calumniam lapidibus obrutus neci datur.

***Godolias***, præfectus populi post captivitatem, ab Ismaele, eo quod præfectus esset, interficitur.

*Isaias* propheta a Manasse serra sectus est, ut traditio habet. Nec tamen Scriptura istud narrat [97].

*Judas* Maccabæus, et *Assamonæi filii* ab Antiocho illustri propter legis observantiam crudeliter et contumeliose cæsi interfecti sunt.

*Jacobus*, frater Domini, qui propter eximias virtutes Justi cognomen obtinuit, a populo occisus est.

[95] Gen. IV, 8. [96] Jerem. XXVI, 23. [97] Hebr. XI, 37.

(60) Confer Hippolyt. *De Antich.* c. 50, et interpretes.

CAP. XLVIII. — *Quinam fuerunt fratricidæ.*

*Cain* occidit Abelum. *Abimelech*, filius Gedeonis LXX fratres suos. *Absalom* Amnonem. *Salomon* Adoniam. *Joram* filius Josaphat V fratres suos interfecit [98].

CAP. XLIX. — *Quinam misericordia usi contra Dei voluntatem, propterea interfecti sunt.*

*Saul*, qui non occidit Agag regem Amalec, cum jussus fuisset eum internecioni dare, sed pepercit ei contra divinum Numen, damnatur a propheta Samuel ad regni amissionem.

*Achab* cum accepisset Aderis filium Syriæ regem occidendum, contra atque Deus volebat, pepercit tradito sibi in necem, qui contemptor fuerat Dei Israel. Quamobrem ipsemet omnimodæ internecioni traditus est.

*Qui jussus fuerat* a propheta percutere ipsum in evidentem imaginem benignitatis Dei erga immorigerum Achab, audit sibi occursurum leonem ferum propter inobedientiam. Et sane in eum incidens ex itinere, ab illo interfectus est [99].

*Propheta* sub Jeroboamo missus in Bethel, ut prædiceret pseudoprophetarum futuram in altari combustionem, jussusque ne in regione Israel comederet biberetve, cum dicto audiens non fuisset, a fero leone ex itinere occiditur [1].

CAP. L. — *Quinam justitiæ suæ mercedem mortem ipsam receperunt: et quinam ob impietatem vitam produxerunt.*

Jeroboami regis filius, cum adolescentior esset moritur, *quoniam inventum est verbum bonum in eo a Domino*, ut dixit Achias propheta ad Ano matrem ejus de illius vita sciscitantem [2].

Josias pientissimus rex ob justitiam moritur, cum audisset ab Olda prophetide : *Hæc dicit Dominus: Ecce ego aggrego te ad patres tuos, aggregaberisque in pace, ut ne videant oculi tui omnia mala, quæ ego induco super hunc locum, populumque universum* [3].

II. Cain, ut in septimam generationem *pœnas lueret* [4] fratricidii. Chananææ item gentes, ut peccata earum implerentur.

CAP. LI. — *Quinam jussi sunt non ægrotantes devivere.*

Aaron, qui jussus est in montem ascendere, ut moreretur [5].

Moyses qui audiit : *Ascende in montem Nabau, et morere* [6].

Daniel, qui ab angelo audiit : *Tu vero ambula et requiesce. Et requiesces resurgesque in gloriam tuam in die constituta* [7].

Joannes evangelista [8].

ΚΕΦΑΛ. ΜΗ'. — *Τίνες ἀδελφοὺς ἀπέκτειναν.*

*Κάϊν* τὸν Ἄβελ. *Ἀβιμέλεχ* ὁ τοῦ Γεδεὼν υἱὸς τοὺς Ο'. *Ἀβεσσαλὼμ* τὸν Ἀμνών. *Σολομὼν* τὸν Ἀδωνίαν. *Ἰωρὰμ* ὁ τοῦ Ἰωσάφατ υἱὸς τοὺς ε' ἀδελφοὺς αὐτοῦ.

ΚΕΦΑΛ. ΜΘ'. — *Τίνες παρὰ τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ χρηστευσάμενοι ἀναιροῦνται.*

*Σαοὺλ* μὴ ἀποκτείνας Ἄγαγ τὸν τοῦ Ἀμαλὴκ βασιλέα, προσταχθεὶς πανώλεθρον αὐτὸν διαφθεῖραι, ἀλλὰ φεισάμενος αὐτοῦ παρὰ τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ, κατακρίνεται ὑπὸ τοῦ προφήτου Σαμουὴλ τὴν καθαίρεσιν τῆς βασιλείας.

Ἀχαὰβ παραλαβὼν τὸν τοῦ Ἄδερ υἱὸν βασιλέα Συρίας εἰς ἀναίρεσιν, παρὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βουλὴν ἔλεεῖ τὸν ἐκδοθέντα αὐτῷ εἰς θάνατον, καταφρονητὴν γεγονότα τοῦ Θεοῦ Ἰσραήλ. Διόπερ αὐτὸς ἐξεδόθη τῇ παγγενεῖ διαφθορᾷ.

*Ὁ κελευσθεὶς* ὑπὸ τοῦ προφήτου πατάσσειν αὐτὸν, εἰς ἔλεγχον τῆς τοῦ Ἀχαὰβ ἀνηκόου τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, καὶ μὴ πατάξας, λέοντι περιπίπτειν ἀκούει διὰ τὴν παρακοὴν τῷ θηρίῳ. Καὶ τούτῳ περιπεσὼν κατὰ τὴν ὁδὸν, ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἀναιρεῖται.

*Ὁ προφήτης* ὑπὸ τοῦ Ἱεροβοὰμ εἰς τὴν Βεθὴλ ἀποσταλεὶς, προλέγειν τὴν τῶν ψευδοπροφητῶν ἐσομένην ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου κατάκαυσιν, καὶ κελευσθεὶς εἰς τὴν τοῦ Ἰσραὴλ μὴ ἐστιαθῆναι χώραν, παρακουσθεὶς, ὑπὸ λέοντος θηρίου κατὰ τὴν ὁδὸν ἐφονεύετο.

ΚΕΦΑΛ. Ν'. — *Τίνες μισθὸν δικαιοσύνης τὸ ἀποθανεῖν ἐκομίσαντο· καὶ τίνες δι' ἀσεβείας ἐπεβίωσαν.*

Ὁ τοῦ Ἱεροβοὰμ βασιλέως υἱὸς, νέος ὢν ἀποθνήσκει, *ἐπειδὴ εὑρέθη ῥῆμα ἀγαθὸν ἐν αὐτῷ παρὰ Κυρίου*, ὡς Ἀχίας ὁ προφήτης πρὸς Ἀνὼ τὴν μητέρα αὐτοῦ, περὶ τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἐρωτῶσαν, ἔφη.

Ἰωσίας εὐσεβήσας ὁ βασιλεὺς, ἐπὶ δικαιοσύνῃ ἀποθνήσκει, ἀκούσας παρὰ τῆς προφήτιδος Ὁλδῆς· *Τάδε λέγει Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ προστίθημί σε πρὸς τοὺς πατέρας σου, καὶ προστεθήσῃ ἐν εἰρήνῃ, ἵνα μὴ ἴδωσιν οἱ ὀφθαλμοί σου πάντα τὰ κακὰ, ἃ ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, καὶ πάντα τὸν λαόν.*

Κάϊν, ἵνα εἰς ἑβδόμην γενεὰν..... τὴν τῆς ἀδελφοκτονίας. Καὶ τὰ Χαναναίων ἔθνη, ἵνα πληρωθῶσιν αὐτῶν αἱ ἁμαρτίαι.

ΚΕΦΑΛ. ΝΑ'. — *Τίνες οὐ νοσήσαντες ἀποθνήσκειν ἐκελεύοντο.*

Ἀαρὼν, εἰς τὸ ὄρος ἀνελθεῖν κελευόμενος, ἵνα ἀποθάνῃ.

Μωϋσῆς, *Ἀνάβηθι εἰς τὸ ὄρος Ναβαῦ καὶ τελεύτα*, ἀκούων.

Δανιὴλ ἀκούων παρὰ τοῦ ἀγγέλου· *Καὶ σὺ βάδιζε, καὶ ἀναπαύου. Καὶ ἀναπαύσῃ καὶ ἀναστήσῃ εἰς τὴν δόξαν σου, εἰς προθεσμίαν ἡμερῶν.*

Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς (61).

[98] II Paral. XXI, 4. [99] III Reg. XX, 35. [1] III Reg. XXIII, 1, 18. [2] III Reg. XIV, 13. [3] IV Reg. XXII, 20. [4] Gen. IV, 15. [5] Num. XX, 25, 29. [6] Deut. XXXII, 49. [7] Dan. XII, 13.

(61) Vide Cod. apocryph. Novi Testam., pag. 589.

ΚΕΦΑΛ. ΝΒ'. — *Tίνες τῶν ἁγίων, τυφλοὶ τὴν ὅρασιν γεγονότες, ἀπέθανον.*

Ἰσαὰκ, Ἰακὼβ, Ἠλεὶ ὁ ἱερεὺς, Ἀχίας ὁ προφήτης ὁ Σιλωνίτης.

ΚΕΦΑΛ. ΝΓ'. — *Tίνες διέμειναν, καὶ οὐκ ἀπέθανον.*

Ἐνὼχ ἐν ἑβδόμῃ γενεᾷ τῇ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μετετέθη, καὶ οὐχ εὑρίσκετο.

Ἠλίας ἐν ἅρματι πυρὸς ἀναληφθεὶς ὡς εἰς τὸν οὐρανόν.

Τοῦ δὲ Μελχισεδὲκ θάνατος οὐ γέγραπται, ἐπεὶ μηδὲ γέννησις. Τέθνηκε γοῦν ἐπειδὴ καὶ γεγέννηται, διὰ δὲ τὸ τύπον αὐτὸν εἶναι τῆς ἀρχιερωσύνης Χριστοῦ, οὐκ ἀναγέγραπται.

ΚΕΦΑΛ. ΝΔ'. — *Tίνες ἀποθανόντες ἀνέζησαν.*

Ὁ τῆς χήρας τῆς Σαραφθινῆς υἱὸς ὑπὸ Ἠλίου τοῦ προφήτου.

Ὁ τῆς Σουναμίτιδος υἱὸς, ὃν Ἐλισσαῖος ἀνέστησεν.

Ὁ ἐκκομιζόμενος, καὶ διὰ τὴν ἔφοδον τῶν λῃστῶν, δεισάντων τῶν ἐκκομιζόντων, ἐπιῤῥιφεὶς τῷ τοῦ Ἐλισσαίου μνήματι, ἀναστὰς καὶ πεφευγὼς μετὰ τῶν καταῤῥιψάντων αὐτόν.

Ὑπὸ δὲ τοῦ Σωτῆρος τρεῖς ἀνέστησαν νεκροί. Ἡ τοῦ Ἰαΐρου θυγάτηρ ἡ δωδεκαετής. Ὁ τῆς χήρας μονογενὴς υἱὸς, ἐκκομιζόμενος πρὸς αὐτὸ τὸ μνῆμα. Λάζαρος τετραήμερος ὀδωδὼς, ἀπὸ τοῦ μνήματος κληθείς. Τρεῖς ἐν τῇ Παλαιᾷ, τρεῖς ἐν τῇ Νέᾳ.

Καὶ διὰ τῶν ἀποστόλων· ἡ Δορκὰς ἐν Ἰόππῃ ὑπὸ Πέτρου· Εὔτυχος ὑπὸ Παύλου ἐν Τρωάδι.

ΚΕΦΑΛ. ΝΕ'. — *Tίνες στεῖραι τετόκασιν.*

Σάῤῥα ἡ τοῦ Ἀβραὰμ γυνὴ τὸν Ἰσαὰκ γεννήσασα.

Ῥεβέκκα ἡ τοῦ Ἰσαὰκ γυνὴ τοὺς διδύμους, τὸν Ἡσαῦ καὶ τὸν Ἰακὼβ γεννήσασα.

Ῥαχὴλ ἡ τοῦ Ἰακὼβ, ἡ τὸν Ἰωσὴφ καὶ τὸν Βενιαμὶν γεννήσασα.

Ἄννα ἡ τοῦ Ἑλκανᾶ, ἡ τὸν προφήτην Σαμουὴλ γεννήσασα.

Ἡ Σουναμῖτις, ἡ παρὰ τοῦ Ἐλισσαίου λαβοῦσα τὸν υἱὸν, καὶ ἀποθανόντα αὖθις λαβοῦσα.

Ἐλισάβετ ἡ Ζαχαρίου γυνὴ, ἡ τὸν βαπτιστὴν Ἰωάννην γεννήσασα.

ΚΕΦΑΛ. ΝΣ'. — *Tίνες πατέρας ἠτίμασαν.*

Χὰμ τῶν Νῶε, τὴν γύμνωσιν αὐτοῦ τοῖς ἀδελφοῖς ἐξαγγέλας.

Ἡσαῦ, παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς γνώμην γυναῖκας Χαναναίας ἀγαγόμενος.

Ἀβεσσαλὼμ, ἐπαρθεὶς κατὰ τοῦ Δαβὶδ καὶ πολεμῶν αὐτῷ, καὶ τὰς γυναῖκας αὐτοῦ μιάνας.

Ἀδωνίας, αὐτοχειροτόνητον ἑαυτὸν βασιλέα, παρὰ τὴν τοῦ πατρὸς γνώμην, ἀναδεῖξαι πειραθείς.

CAP. LII. — *Quinam ex sanctis amissa oculorum acie mortui sunt.*

Isaac, Jacob, Heli sacerdos, Achias Silonites propheta [9].

CAP. LIII. — *Quinam superstites manserunt, nec mortui sunt.*

Enoch in septima ab Adamo generatione translatus est, et non inveniebatur.

Helias in curru igneo assumptus quasi in cœlum.

Melchisedech vero mors non est scripta, quoniam nec ejus nativitas. Mortuus sane est quandoquidem et natus : sed quia typus erat pontificatus Christi, non fuit descripta illius mors.

CAP. LIV. — *Quinam mortui revixerunt.*

Filius viduæ Saraphthinæ, ab Elia propheta resuscitatus.

Sunamitidis filius, quem resuscitavit Elisæus.

Mortuus ille qui efferebatur, et propter latrocinantium incursionem, metuentibus elatoribus, projectus in Elisæi monumentum fuit : qui resurgens etiam aufugit, cum iis qui se projecerant.

Tempore quo Salvator in terris degebat, tres mortui resurrexerunt. Filia Jaeri duodecim annos nata : filius viduæ unigenitus, dum efferebatur ad monumentum : Lazarus quatriduanus fetens, e sepulcro evocatus. Tres ergo in Veteri, tresque in Novo Testamento.

Per Apostolos : Dorcas in Joppe per Petrum ; Eutychus per Paulum in Troade.

CAP. LV. — *Quænam steriles pepererunt.*

Sarrha uxor Abrahæ, quæ Isaacum genuit.

Rebecca Isaaci uxor, quæ peperit gemellos Esau et Jacob.

Rachel uxor Jacobi, quæ edidit Josephum et Benjamin.

Anna uxor Elcanæ, quæ prophetam Samuelem peperit.

Sunamitis, quæ per Elisæum suscepit filium, eumque mortuum recuperavit.

Elisabet Zachariæ uxor, quæ Baptistam Joannem genuit.

CAP. LVI. — *Quinam patrem inhonorarunt.*

Chamus Noachum, dum illius nuditatem fratribus foris nuntiat.

Esau, qui contra parentis sententiam uxores Chananæas duxit [10].

Abessalom, qui adversus David elevatus est, eique bellum intulit, ac uxores illius polluit.

Adonias, qui seipsum regem propria sua constitutum voluntate contra patris sententiam ausus est venditare.

[9] Gen. xxvii, 1; xlviii, 10; I Reg iv, 15; III Reg. xiv, 4. [10] Gen. xxvi, 35.

CAP. LVII. — *Quinam dum efferuntur dejecti sunt.*

*Qui turrim* in cœlum pertingentem ædificare dum volunt, multilingui voce scissi sunt.

*Pharao*, qui in sua potentia gloriabatur audacter, et dicebat : *Deum non novi, et populum non dimitto*, is post decem plagas cum universo exercitu maris aquis obrutus est.

*Roboam*, qui dum populi nullam habet rationem, et plus quam pater ejus Salomon vult sapere, a paterno excidit imperio.

*Goliath*, superbe sapiens adversus aciem universam sancti populi, velut canis, lapide eum percutiente adolescentulo, cecidit.

*Absalom* qui ob comam, et *Adonias* qui ob formam elati erant, inhonoratum sibi vitæ finem conciliarunt.

Babyloniorum rex *Sennacherim* valde ferociens ob devictas gentes, et adversus Ezechiam, tanquam qui juvari nullo modo posset, per Rapsacum elatus, suum ipsius exercitum divinitus immissa plaga sub unum temporis momentum amittens, atque arrepta fuga, solus evadens in terram suam, ibidem a suis pueris interfectus est.

*Syriæ rex* Adadi filius, qui dum minitatur se universum Israeliticum populum internecioni daturum, ab adolescentibus CCXXXII, decem pugnatorum suorum millia amisit, totumque regnum suum perdidit [11].

*Ozias* rex, qui ob justitiam superbos spiritus sumens, volensque sacerdotem agere, lepra percussus, non modo regno, sed domo etiam ejectus est.

*Nabuchodonosor* ob omnium gentium victoriam, auctamque Babylonem, super omnes elatus, amissa hominis mente, feræ instar animum obtinuit.

*Pharisæus* etiam ob propriam justitiam alte sapiens, atque ex ea in publicanum audacter invectus, justitiam amisit.

CAP. LVIII. — *Quinam propter humilitatem ad gloriam et celsitudinem evecti sunt.*

*Joseph*, dum patienter humiliterque sustinet molestias illatas sibi a fratribus et reputata hera, ad imperium Ægypti provectus est.

*Jacob* fugitans fratris minas, hospitalemque pro patrio larem immutans, divitiis et honoribus cumulatus reversus est.

*Judas* procidens coram Joseph [12] ob ea, quæ in illum perperam gesta fuerant, regalis prosapiæ auctor ut fieret dignus habitus est.

*Gabaonitæ* dum Jesum adeunt, quando gentes debellabat, per humilitatem in suis propriis permanserunt, consecuti incolumitatem.

*David* jugiter humilis in iis, quæ a Saule sustinebat, regnum quoque obtinuit.

*Jeremias* vapulans et custoditus in carcere propter veraces prædictiones, dum hæc humiliter pati-

[11] III Reg. XX, 15. [12] Gen. XLIV, 18.

ΚΕΦΑΛ. ΝΖ'. — *Τίνες ἀλαζονευσάμενοι κατηρέχθησαν.*

Οἱ τὸν εἰς οὐρανὸν διήκοντα βουληθέντες οἰκοδομεῖν *πύργον*, τῇ πολυγλώσσῳ διασχισθέντες φωνῇ.

*Φαραὼ* ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει θρασυνόμενος, καὶ λέγων· *Τὸν Θεὸν οὐκ ἐπίσταμαι, καὶ τὸν λαὸν οὐκ ἀποστέλλω* · μετὰ τὰς δέκα πληγὰς, ὑπὸ βυθὸν πανστρατιᾷ καλυπτόμενος.

*Ῥοβοὰμ* καταφρονήσας τοῦ λαοῦ, καὶ μείζω τοῦ Σολομῶνος τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς θελήσας φρονεῖν, τῆς πατρικῆς ἐξέπεσεν ἀρχῆς.

*Γολιὰθ* μέγα φρονήσας κατὰ παρατάξεως ὅλης τοῦ ἱεροῦ λαοῦ, ὡς κύων, λίθῳ νεανίου βάλλοντος αὐτὸν, κατέπεσεν.

*Ἀβεσσαλὼμ* ἐπὶ κόμῃ, καὶ *Ἀδωνίας* ἐπὶ κάλλει ἐπαρθέντες, ἀτίμωτον ἑαυτοῖς βίον κατέστρεψαν.

Ὁ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς *Σενναχηρεὶμ* μέγα θρασυνθεὶς ἐπὶ τῇ τῶν ἐθνῶν παραλήψει, καὶ κατὰ τοῦ Ἐζεκίου, ὡς μὴ δυναμένου βοηθεῖσθαι, διὰ Ῥαψάκου κατεπαρθεὶς, τὸν ἑαυτοῦ στρατὸν θεηλάτῳ πληγῇ ὑπὸ μίαν καιροῦ ῥοπὴν ἀπολλὺς, καὶ δραπέτης, μόνος ἀποδιδράσκων εἰς τὴν ἑαυτοῦ γῆν, κἀκεῖσε πρὸς τῶν οἰκείων παίδων ἀναιρούμενος.

*Ὁ Συρίας βασιλεὺς* Ἀδάδου ὁ υἱὸς, πάντα τὸν τοῦ Ἰσραὴλ λαὸν ἀφανίζειν ἀπειλῶν, διὰ παιδαρίων σλ' · μυρίους πολεμιστὰς ἑαυτοῦ ἀπόλλυσι, καὶ τὴν ὅλην ἑαυτοῦ βασιλείαν διεφθείρετο.

*Ὀζίας* ὁ βασιλεὺς ἐπὶ δικαιοσύνῃ μέγα φρονήσας, καὶ ἱερᾶσθαι βουλόμενος, λεπρωθεὶς, οὐ μόνον τῆς βασιλείας, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκίας ἐξεβάλλετο.

*Ναβουχοδονόσορ* ἐπὶ τῇ πάντων κρατήσει τῶν ἐθνῶν, καὶ τῆς Βαβυλῶνος αὐξήσει, ὑπὲρ ἅπαντας ἐπαρθεὶς, τὴν τοῦ ἀνθρώπου διάνοιαν ἀφαιρεθεὶς, θηρίου ψυχὴν καὶ τρόπον ἔσχηκε.

Καὶ *Φαρισαῖος* ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ δικαιοσύνῃ μέγα φρονήσας, καὶ ἐπὶ ταύτῃ κατὰ τοῦ τελώνου θρασυνθεὶς, τὴν δικαιοσύνην ἀπόλωλε.

ΚΕΦΑΛ. ΝΗ'. — *Τίνες διὰ ταπεινοφροσύνην εἰς δόξαν καὶ ὕψος ἦχθησαν.*

*Ἰωσὴφ*, ταπεινοφρονήσας ἐφ' οἷς ὑπέμεινε χαλεποῖς παρὰ τῶν ἀδελφῶν καὶ τῆς νομισθείσης δεσποίνης, εἰς τὸ κρατεῖν τῆς Αἰγύπτου προήγετο.

*Ἰακὼβ* φεύγων τὰς τοῦ ἀδελφοῦ ἀπειλὰς, καὶ ξένην ἀντὶ τῆς πατρῴας ἑστίαν ἀλλαξάμενος, πλούσιος ἐπανήρχετο καὶ τίμιος.

*Ἰούδας* ἐπιπεσὼν τῷ Ἰωσὴφ ἐφ' οἷς εἰς αὐτὸν ἐπλημμέλησαν, βασιλικοῦ γένους ἀξιοῦται γενέσθαι φύλαρχος.

*Γαβαωνῖται* τὸν Ἰησοῦν ὑπελθόντες ἐν τῇ τῶν ἐθνῶν παραλήψει, διὰ ταπεινοφροσύνης ἐν τοῖς οἰκείοις μεμενήκασι, τῆς σωτηρίας τετυχηκότες.

*Δαβὶδ* δι' ὅλου ταπεινοφρονῶν ἐφ' οἷς ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ ὑπέμεινε, καὶ τὴν βασιλείαν ἀπελάμβανεν.

*Ἱερεμίας* τυπτόμενος καὶ φυλακιζόμενος ἐπὶ ταῖς ἀληθέσι προρρήσεσι, καὶ φέρων ταπεινοφρόνως,

προστάτης τοῦ λαοῦ κατὰ τὸν καιρὸν ἐγίνετο τῆς πολιορκίας.

*Νινευῖται* ταπεινοφρονήσαντες ἐπὶ τὸ τοῦ Ἰωνᾶ κήρυγμα, ἐλέους τετυχήκασιν ἀπήμαντοι διαμείναντες.

Καὶ ὁ Κύριος δὲ *τὸν Τελώνην* πολλῇ ταπεινοφροσύνῃ εἰς τὸ ἱερὸν ἀνεληλυθότα, καὶ ἑαυτὸν ἐπὶ ταῖς πλημμελείαις κατακρίναντα, δεδικαιῶσθαι ἔφη ὑπὲρ τὸν μεγαλορρήμονα Φαρισαῖον.

ΚΕΦΑΛ. ΝΘ'. — *Τίνες ἐφ' οἷς ἔδρασαν φόνοις ἀπεδέχθησαν, καὶ εὐάρεστοι παρὰ Θεῷ γεγόνασι.*

Ἰωσῆς τὸν Αἰγύπτιον ἀνελὼν, καὶ ἐκδικίαν τοῦ ἀδικουμένου Ἑβραίου ποιησάμενος.

*Φινεὲς* ὁ τοῦ Ἀαρὼν υἱὸς, τὸν Ζαμβρὴν καὶ τὴν Χασβὴν διελάσας, καὶ οὕτω τὴν κατὰ τοῦ λαοῦ δικαίαν τοῦ Θεοῦ μῆνιν ἐξιλασάμενος.

*Σαμουὴλ* ὁ ἱερεὺς καὶ προφήτης, τὸν τῶν Ἀμαληκιτῶν βασιλέα τὸν Ἀγὰγ ἀνελὼν, καὶ πληρώσας βουλὴν Θεοῦ, ἣν ὁ Σαοὺλ οὐκ ἐπλήρωσεν.

*Οἱ εἰς τὴν ἔρημον* προσδεδραμηκότες καλοῦντι τῷ Μωϋσῇ, καὶ τοὺς προσήκοντας αὐτοῖς, ἐπιμεμηνηκότας τῇ δυσσεβεῖ γνώμῃ τῆς εἰδωλολατρείας ἀποσφάξαντες.

*Δαβὶδ* τὸν νεανίαν Ἀμαληκίτην, τὸν καυχώμενον ἐπ' αὐτοῦ, ὡς τὸν Σαοὺλ αὐτὸς ἐπισφάξας εἴη· καὶ τὸν Ῥιχάβ, καὶ τὸν Βαανὰν, τοὺς τοῦ Ῥεμμὼθ υἱοὺς τοῦ Βηρροθέου, τοὺς τὸν Μεμφιβοσθὲ τὸν τοῦ Σαοὺλ υἱὸν, ὡς πρὸς αὐτοῦ χάριν ἀπεκτακότας, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κομίσαντας αὐτῷ.

*Ἡ γυνὴ*, ἡ τὸν Ἀβιμέλεχ ἀπὸ τοῦ τείχους, κλάσματι μύλου ἐπιῤῥιφότι αὐτῷ ἀνελοῦσα.

*Ἡ γυνὴ* τὸν Ἀβεσσᾶ μέλλοντα πολιορκίαν κινεῖν τῇ πόλει ἀναιρεθῆναι ποιήσασα, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τῷ Ἰωὰβ ἀπὸ τοῦ τείχους ἀκοντίσασα.

ΚΕΦΑΛ. Ξ'. — *Τίνες ἐπὶ παρανομίας λιθόλευστοι ἀνῃρέθησαν.*

*Ὁ Σαλωμὶθ* υἱὸς τῆς θυγατρὸς Δαβρεὶ, ἐπὶ βλασφημίᾳ, ὃς μετὰ ἑτέρου μαχόμενος, Θεὸν ἐβλασφήμησεν.

*Ὁ ἐν Σαββάτῳ* ξύλα ἐκλέξας εἰς τὴν ἔρημον.

Ἀχὰρ ὁ ἱερόσυλος, ὁ ἐκ τῶν ἀναθημάτων τῆς Ἱεριχοῦς ἀποκρυψάμενος.

ΚΕΦΑΛ. ΞΑ'. — *Καὶ τίνες δίκαιοι ἐπ' εὐσεβείᾳ.*

*Ναβουθαὶ* ὁ Ἰεζραηλίτης, συκοφαντηθεὶς ὑπὸ τῆς Ἰεζάβελ ὡς καταρασάμενος Θεὸν καὶ βασιλέα.

*Ζαχαρίας* ὁ ἀρχιερεὺς ὁ τοῦ Ἰωδαὲ, ὑπὸ Ἰωᾶς βασιλέως, ἀναμέσον τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου λιθασθεὶς, ὅτι παρῄνου αὐτῷ μὴ δυσσεβεῖν.

ΚΕΦΑΛ. ΞΒ'. — *Τίνες παρανόμους μίξεις πεποίηντο.*

*Λὼτ* ταῖς θυγατράσι συμμιχθεὶς. *Ῥουβὶμ* τῇ τοῦ πατρὸς παλλακῇ. *Οἱ ἐν Γαβαᾷ* τῆς φυλῆς Βενιαμὶν, τῇ τοῦ Λευίτου γυναικὶ ἐπιξενωθέντος αὐτοῖς συγχρησάμενοι, ὡς καὶ ὀχληθεῖσαν ἀποθανεῖν. Ἐφ' ᾗ πράξει, καὶ πολὺς τοῦ λαοῦ φόνος ἐγένετο. *Ἀμὼν*

A tur, populi præfectus erat quo tempore civitas obsidebatur.

*Ninivitæ* humiles animos assumentes ad Jonæ prædicationem, misericordiam consecuti, impune tulerunt.

Dominus quoque *Publicanum* multa humilitate in templum ascendentem, sesque ob peccata damnantem, præ magniloquo Pharisæo justum esse asseruit.

CAP. LIX. — *Quinam ob perpetratas neces accepti fuerunt gratique apud Deum.*

*Moyses*, dum Ægyptium interficit, et ultionem sumit injuria affecti Hebræi.

*Phinees*, Aaronis filius, qui Zambren et Chasben B transverberavit, atque hoc modo justam Dei iram in populum placavit.

*Samuel* sacerdos et propheta, dum Amalecitarum regem Agag occidit, impletque Dei voluntatem, quam Saul non impleverat.

*Qui in deserto* accurrerunt ad Moysem vocantem, suosque affines in impia sententia permanentes idoli colendi, jugularunt [13].

*David* juvenem interficiens Amalecitam, qui apud ipsum gloriabatur, quod Saulem occidisset: item Richab et Baanan filios Remmoth Berothitæ, qui Memphibostheum, Saulis filium, quasi ut illi gratificarentur interfecerant, ejusque caput ad illum detulerant. C

*Mulier*, quæ Abimelechum de muro peremit, projecto in eum molæ fragmento [14].

*Mulier*, quæ procuravit ut interficeretur Abessa, qui civitatem obsidioni obnoxiam effecturus erat, ejusque caput Joab de muro projiciendum curavit [15].

CAP. LX. — *Quinam ob prævaricatas leges lapidibus obruti interierunt.*

*Filius Salomith* filiæ Dabri, propter blasphemiam, qui cum alio rixans, Dei nomen contumeliose pronuntiavit.

*Is qui in Sabbato* ligna in deserto collegit.

*Achar* sacrilegus, qui occultavit de anathematis Jericho.

CAP. LXI. — *Et quinam item justi ob pietatem.* D

*Nabuthæ* Jezraelita traductus ab Jezabel, quasi qui maledixisset Deo et regi.

*Zacharias* pontifex Jodae filius, sub Joas rege inter templum et altare lapidatus, eo quod adhortabatur illum ne impie ageret.

CAP. LXII. — *Quinam lege prohibitos concubitus habuerunt.*

*Lot*, qui cum filiabus coiit. *Rubim* cum paterna concubina. *Gabaanites* in tribu Benjamin, qui abusi sunt uxore Levitæ apud eos hospitantis, usque eo, ut etiam oppressa moreretur. Ob quod facinus, magna etiam populi cædes contigit. *Amon*, qui ao-

[13] Num. xxv, 5. [14] II Reg. xi, 21. [15] II Reg. xx, 21.

rorem Thamar virginem vitiavit, et post contumeliam e domo sua illam ejecit. *Abessalom*, qui paternas uxores in patris ignominiam, consilio Achitophelis, incestu polluit.

A τὴν ἀδελφὴν Θάμαρ παρθένον φθείρας, καὶ μετὰ τὴν ὕβριν τῆς ἑαυτοῦ οἰκείας ἀποπέμψας. Ἀβεσσαλὼμ τὰς τοῦ πατρὸς γυναῖκας ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦ πατρὸς, γνώμῃ τοῦ Ἀχιτόφελ, διαφθείρας.

CAP. LXIII. — *Quinam binomines fuerunt.*

*othor* Moysis socer, qui etiam Raguel et Jobab audit.

*Rex Geth* [16] penes quem David fugiens se contulit.

Josephus porro ait, Melchiam denominatum fuisse a parentibus Moysem inter circumcidendum, qui tamen a recipiente eum Pharaonis filia Moyses appellatus fuit.

*Gedeon* judex, qui idem est atque Jerobaal.

*Adonias*, qui et Ornias.

*Ochosias*, qui et Lazias.

*Heliacim*, qui et Joacim.

*Idithum* psaltes, qui et Etham.

*Chiram*, qui sub Salomone templum ædificavit, alio nomine Echias.

*Esdras*, qui et Salathiel.

*Nathanias*, quem Nabuchodonosor transnominavit Sedeciam.

In Novo Testamento : Petrus, qui et Simon vel Symeon, aut Cephas.

*Thomas*, qui et Didymus.

*Thaddæus*, qui et Lebbæus, et Judas Jacobi.

*Marcus*, qui et Joannes.

ΚΕΦΑΛ. ΞΓ'. — *Τίνες διώνυμοι γεγόνασιν.*

Ἰοθὸρ ὁ τοῦ Μωϋσέως γαμβρὸς, καὶ Ῥαγουὴλ καὶ Ἰωβὰβ κικλήσκεται.

Ὁ βασιλεὺς Γὲθ, παρ' ὃν Δαβὶδ φυγὼν κατήγετο.

Ἰώσηππος δέ φησι (62), Μελχίαν ὠνομάσθαι ὑπὸ τῶν γονέων Μωϋσῆν ἐν τῇ περιτομῇ, ὑπὸ δὲ τῆς ἀναλαβούσης αὐτὸν τῆς τοῦ Φαραὼ θυγατρὸς, Μωϋσέα προσωνομάσθαι.

B Γεδεὼν ὁ κριτὴς, ᾧ αὐτός ἐστιν Ἱεροβαάλ.

Ἀδονίας, ὁ καὶ Ὀρνίας (63).

Ὀχοζίας, ὁ καὶ Λαζίας.

Ἠλιακεὶμ, ὁ καὶ Ἰωακείμ.

Ἰδιθοὺμ ὁ ψαλμῳδὸς, ὁ καὶ Ἐθάμ.

Χειρὰμ ὁ ἐπὶ τοῦ Σαλομῶνος τὸν ναὸν δειμάμενος, ὁ καὶ Ἐχίας.

Ἔσδρας, ὁ καὶ Σαλαθιήλ.

Ναβανίας, ὃν μετωνόμασεν Ναβουχοδονόσορ Σεδεκίαν.

Καὶ ἐν τῇ Νέᾳ· Πέτρος, ὁ καὶ Σίμων καὶ Συμεὼν καὶ Κηφᾶς.

Θωμᾶς, ὁ καὶ Δίδυμος.

Θαδδαῖος, ὁ καὶ Λεββαῖος καὶ Ἰούδας Ἰακώβου.

Μάρκος, ὁ καὶ Ἰωάννης.

C

CAP. LXIV. — *Quinam secundo nomine cognominati sunt.*

*Abram* cognominatus est Abraham.

*Jacob*, Israel.

*Joseph*, Komphthom banech.

*Ananias*, Sedrach, *Azarias*, Misach, *Misael*, Abdenego, *Daniel*, Baltasar.

*Paschor*, transmigrator [17].

Et in Novo Testamento : *Simon* cognominatus est Petrus.

*Joannes* et *Jacobus* apostoli, Boanerges, hoc est filii tonitrui.

ΚΕΦΑΛ. ΞΔ'. — *Τίνες δευτέρῳ ὀνόματι ἐπωνομάσθησαν.*

Ἀβρὰμ ἐπωνομάσθη Ἀβραάμ.

Ἰακὼβ, Ἰσραήλ.

Ἰωσὴφ, Κόμφθομ βανὴχ (64).

Ἀνανίας, Σεδράχ· Ἀζαρίας Μισάκ· Μισαὴλ, Ἀβδενεγώ· Δανιὴλ, Βαλτάσαρ.

Πασχὼρ, μέτοικος.

Καὶ ἐν τῇ Νέᾳ· Σίμων ἐπωνομάσθη Πέτρος.

Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος οἱ ἀπόστολοι, Βοανεργὲς, ὅ ἐστιν, υἱοὶ βροντῆς.

## *LIBER II.*

D

## *ΒΙΒΛΟΣ Β'.*

CAP. LXV. — *Quæ de una divinitate usurpantur.*

*Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est. Ego sum Dominus Deus tuus. Et cognoscant, quod tu Dominus solus, altissimus in omnem terram.* Et Dominus inquit: *Ut cognoscant te solum verum Deum.* Arca quoque in qua Noe servatus est, in *unum* cubitum terminabatur. *Unum* erat templum, in quo Deus colebatur. *Una* Lex, Arca *una.*

ΚΕΦΑΛ. ΞΕ'. — *Τίνα τὰ ἐπὶ τῆς μιᾶς θεότητος παραλαμβανόμενα.*

Ἄκουε Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν. Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου. Καὶ γνώτωσαν, ὅτι σὺ Κύριος μόνος, ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Καὶ ὁ Κύριός φησιν· Ἵνα γινώσκωσι σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν. Καὶ ἡ κιβωτὸς ἐν ᾗ ὁ Νῶε διεσώθη, εἰς ἔνα πῆχυν συνετελεῖτο. Εἷς ὁ ναὸς, ἐν ᾧ ὁ Θεὸς ἐλατρεύετο. Εἷς ὁ νόμος. Ἡ κιβωτὸς μία.

[16] I Reg. xxvii, 2. [17] Jerem. xx, 3.

(62) De loco Josephi non constat. Vide Clement. *Strom.* I, pag. 343, et confer *Deuter.* xxxiii, 5.

(63) Procop. in *III Reg.* i, 5.

(64) Al. *Psontomphanech.* V. Kirch. in *Prodr.* et *Œdipo.*

ΚΕΦΑΛ. ΞϚ'. — *Τίνα δὲ τὰ ἐπὶ δυαδικῆς ὑποστάσεως.*

*Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Ἴδοὺ γέγονεν Ἀδὰμ, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. Τί τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἢ τί τὸ ὄνομα τῷ υἱῷ αὐτοῦ;* καὶ ὁ Κύριός φησιν· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν.* Καὶ, *Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστὸν* εἰς τὸν κόσμον. Καὶ πάλιν· *Ἐλευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα.* Ἐν δύο πλαξὶν ὁ νόμος ἐγγέγραπτο. Δύο καὶ ἐν τῷ μυστικῷ ᾄσματι τοῦ νυμφίου οἱ μαστοὶ, οἷς ἡ νύμφη τρέφεται, ἐν νόμῳ καὶ χάριτι. Δύο καὶ τῆς νύμφης, τὸ ἱερατικὸν καὶ λαϊκὸν τάγμα.

CAP. LXVI. — *Quæ vero de duplici subsistentia.*

*Faciamus hominem secundum imaginem nostram, et secundum similitudinem. Ecce erasit Adam ceu unus ex nobis. Quod nomen ejus, vel quod nomen filio ejus?* Dominus quoque dicit: *Ego et Pater unum sumus.* Atque: *Ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum* in mundum. Et rursus: *Veniemus ego et Pater, et mansionem apud eum faciemus.* In *duabus* tabulis lex descripta erat. *Duæ* sunt in mystico cantico sponsi mammæ, quibus sponsa nutritur, lege nempe et gratia. *Duæ* item ipsius sponsæ, sacerdotalis nempe et laicus ordo.

ΚΕΦΑΛ. ΞΖ'. — *Τίνα τὰ ἐπὶ τριαδικῆς παραλαμβανόμενα.*

*Δεῦτε, καταβάντες συγχέωμεν ἐκεῖ τὰς γλώσσας αὐτῶν.* Τὸ Βάπτισμα τὸ ἐν Τριάδι, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Τρία* νοερὰ τάγματα, οὐρανίων, ἀερίων, ἐπιγείων. *Τρεῖς* τοῦ παντὸς γένους ἀνθρώπων γενάρχαι, Σὴμ, Χὰμ, Ἰάφεθ. *Τρεῖς* οἱ τοῦ λαοῦ πατριάρχαι, Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ, Ἰακώβ. Ἡ κιβωτὸς ἐν ᾗ Νῶε διεσώζετο, τρεῖς ἀριθμοὺς ἔφερε, τὸν Λ', τὸν Ν', τὸν Τ' καὶ εἰς ἕνα πῆχυν συνεπληροῦτο, ἡ μονὰς ἐν Τριάδι γνωρίζεται. *Τρεῖς* ἄγγελοι τῷ Ἀβραὰμ ὤφθησαν, τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ ἐκ στείρας υἱοῦ ποιούμενοι. *Τρεῖς* ἑορταὶ νόμιμοι, ἐτήσιοι· ἑορτὴ τοῦ Φασὲκ, ἑορτὴ τῆς Πεντηκοστῆς, ἑορτὴ τῶν Σκηνοπηγιῶν. *Τριῶν* ἀνδρῶν ἡ μαρτυρία ἀληθὴς ἐστι. *Τρεῖς* τὸ Πνεῦμα μαρτυρίας φέρει, *περὶ ἀληθείας, περὶ δικαιοσύνης,* καὶ *περὶ κρίσεως. Τρεῖς* ἐν Ἅδου ὁ Κύριος πεποίηται ἡμέρας, οὗ τύπος ἦν ὁ Ἰωνᾶς.

CAP. LXVII. — *Et quænam de Trinitate accipiuntur.*

*Venite, descendentes confundamus ibi linguas eorum.* Baptisma quod in Triade celebratur, in nomine Patris, et Filii, et sancti Spiritus. *Tres* sunt intellectuales ordines, cœlestium, aereorum, terrestrium [18]. *Tres* fuere totius humani generis auctores, Sem, Cham, Japhet. *Tres* populi patriarchæ, Abraham, Isaac, Jacob. Arca, in qua Noe servatus est, tres numeros exhibebat, XXX, L, CCC, et in unum cubitum consumebatur, qua re Unitas in Trinitate dignoscitur. *Tres* angeli Abrahamo visi sunt, promissionem de nascituro ex sterili filio facientes. *Tres* solemnitates lege constitutæ, quotannis occurrebant: solemnitas Phase, solemnitas Pentecostes, solemnitas Tabernaculorum. *Trium* hominum testimonium verax habetur. *Tria* Spiritus testimonia fert, *de veritate, de justitia,* et *de judicio.* Apud inferos *tres* dies Dominus egit, cujus figura erat Jonas.

ΚΕΦΑΛ. ΞΗ'. — *Τίνες εἰσὶν οἱ σταθμοὶ τῆς πορείας τοῦ λαοῦ, οἱ ἀπ' Αἰγύπτου.*

α'. Τῷ πρώτῳ μηνὶ, τῇ πέντε καὶ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς, [οὗτος δέ ἐστιν ὁ παρὰ Μακεδόσι ξανθικὸς] ἀπῆραν ἀπὸ Ῥαμεσσῆ, τῇ ἐπαύριον τοῦ πάσχα, φαγόντες τὸ πρόβατον τὸ Φασὲκ εἰς τὴν Αἴγυπτον. Πρῶτον τοίνυν σταθμὸν ἦλθον εἰς Σοκχώθ (65).

β' Εἰς Βουθάν.

γ' Εἰς Ηιρώθ.

δ' Ἀπέναντι Μαγδώλου.

ε' Ἀπέναντι Ἡρώθ.

ς' Διέβησαν τὴν θάλασσαν εἰς τὴν ἔρημον, ὁδὸν τριῶν ἡμερῶν παράσαντες, ἦλθον εἰς Πικρίαν τρίτῃ ἡμέρᾳ τὴν διαίρεσιν τῆς θαλάσσης ὁδεύσαντες.

ζ' Σταθμὸν, ἦλθον ἀπὸ τῆς Πικρίας, ἥ ἐστι Μερρὰ πηγὴ, εἰς Ἔλειμ, ἔνθα εὗρον πηγὰς ιβ', καὶ φοίνικας ο'.

η' Σταθμὸν, ἀπὸ τῆς Ἔλειμ ἦλθον εἰς θάλασσαν Ἐρυθράν.

θ' Ἀπὸ θαλάσσης Ἐρυθρᾶς εἰς Ῥαφικά.

CAP. LXVIII. — *Quæ sunt mansiones populi ab Ægypto proficiscentis.*

Primo mense, decima quinta die mensis (is est Xanthicus apud Macedonas) profecti sunt de Ramesse, postridie Paschæ, cum comedissent agnum Phase in Ægypto. Igitur prima mansione venerunt in Socchoth.

Secunda in Buthan.

Tertia in Peroth.

Quarta e regione Magdoli.

Quinta e regione Heroth.

Sexta transierunt mare ut venirent in desertum, itinere dierum trium in illud penetrantes, veneruntque in locum ubi aquæ erant amaræ, tribus diebus per divisum mare iter facientes.

Septima mansione venerunt a loco amaræ aquæ, qui est Merrha fons, in Elim; ubi invenerunt fontes XII, et palmas LXX.

Octava mansione, ab Elim venerunt ad mare Rubrum.

Nona a mari Rubro in Raphica.

[18] Philipp. II, 10; Ephes. II, 2.

(65) Confer huc *Exod.* XIII, 20; XVIII. *Numer.* XXXIII. Joseph. *Antiquit.* II, 6.

Decima in aliam Elim.

Undecima in Raphidim, ubi Amalec aggressus est populum sed sublatis a Moyse manibus profligatus est.

Duodecima in desertum Sina.

Decima tertia in sepulcrum concupiscentiæ, ubi multum murmurantes, quia in memoriam venerunt panis carnisque quas in Ægypto comedebant, clamaverunt contra Moysem, et promissionem acceperunt mannæ, cibi videlicet e cœlo ningentis. A sepulcro concupiscentiæ,

Decima quarta statione venerunt in Aseroth.

Decima quinta in Ramatha.

Decima sexta in Remmopheres.

Decima septima in Elbona.

Decima octava in Deseleth.

Decima nona in Ismacelath.

Vicesima in Saphar.

Vicesima prima in Charadath.

Vicesima secunda in Maceloth.

Vicesima tertia in Chattoath.

Vicesima quarta in Tarath.

Vicesima quinta in Matgeca.

Vicesima sexta in Selmona.

Vicesima septima in Masuruth.

Vicesima octava in Baleth.

Vicesima nona in montem Galsad.

Tricesima in Senabatha.

Tricesima prima in Serbona.

Tricesima secunda in Gesion gaber.

Tricesimo tertia, in mense tertio ab exitu, in desertum Sina. Hic Jothor socer Moysis venit ad eum, adducens et uxorem et liberos. Hic obtigit apparitio Dei facta Moysi, et documentum et admonitio ad populum, populi quoque impietas ob vitulo oblatas victimas. Propter impia vero scelera punitus populus, ut non foret ingressurus terram promissionis, excidebatur errabundus per desertum. Et

Tricesima quarta mansione deducti sunt in desertum Phagan, quæ est Cadès.

Tricesima quinta a Cades in montem Idumææ. Hic moritur Aaron, anno quadragesimo exitus populi de Ægypto, mense quinto, qui apud Macedonas est Lous, calendis mensis, cum esset annorum CXXIII.

Tricesima sexta mansione ab Or monte venerunt in Elmona.

Tricesima septima in Phino.

Tricesima octava in Oboth.

Tricesima nona in Gæ, in finibus Moab. In his finibus rex Moabitarum advocat magum Balaam, ut maledicat populo.

Quadragesima statione, a Moab, punitus populus propterea quod initiati fuissent Beelphegoro, venerunt in Zareth.

A ι' Εἰς ἄλλην Ἐλείμ.

ια' Εἰς Ῥαφιδείμ, ὅπου ἐπῆλθεν ὁ Ἀμαλὴκ τῷ λαῷ, καὶ ταῖς ἐπάρσεσι τῶν Μωϋσέως χειρῶν κατεβλήθη.

ιβ' Ἐν τῇ ἐρήμῳ Σινᾷ.

ιγ' Ἐν μνήματι τῆς ἐπιθυμίας, ἔνθα πολλὰ γογγύσαντες, ἐπείπερ εἰς ἀνάμνησιν ἦλθον ὧν ἤσθιον ἄρτων ἐν Αἰγύπτῳ καὶ κρεῶν, κατεβόων τοῦ Μωϋσέως, τοῦ μάννα τοῦ ἐξ οὐρανοῦ νιφομένου βρώματος τὴν ὑπόσχεσιν ἐκομίσαντο. Ἀπὸ τοῦ [illegible] μίας μνήματος,

ιδ' Σταθμὸν ἦλθον εἰς Ἀσηρώθ.

ιε' Εἰς Ῥαμαθά.

ις' Εἰς Ῥεμμωφερές.

B ιζ' Εἰς Ἐλβῶνα.

ιη' Εἰς Δεσελέθ.

ιθ' Εἰς Εἰσμακελάθ.

κ' Εἰς Σαφάρ.

κα' Εἰς Χαραδάθ.

κβ' Εἰς Μακελώθ.

κγ' Εἰς Χαττοάθ.

κδ' Εἰς Ταράθ.

κε' Εἰς Ματγεκά.

κς' Εἰς Σελμῶνα.

κζ' Εἰς Μασουρούθ.

κη' Εἰς Βάβεθ.

κθ' Εἰς τὸ ὄρος Γαλαάδ.

λ' Εἰς Σεναβαθά.

λα' Εἰς Σεβρωνά.

C λβ' Εἰς Γεσιῶν γαβέρ.

λγ' Ἐν μηνὶ τρίτῳ ἀπὸ τῆς ἐξόδου, ἐν τῇ ἐρήμῳ Σινᾷ. Ἐνταῦθα Ἰοθὸρ ὁ Μωϋσέως γαμβρὸς παραγίνεται πρὸς αὐτὸν, ἄγων αὐτῷ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς υἱούς. Ἐνταῦθα Θεοῦ ἐπιφάνεια πρὸς Μωϋσῆν, καὶ διδασκαλία πρὸς τὸν λαὸν καὶ νουθεσία, καὶ τοῦ λαοῦ δυσσέβεια ἐπὶ τῇ μοσχοθυσίᾳ. Ἐπεὶ (66) δὲ δυσσεβείαις τιμωρούμενος ὁ λαὸς πρὸς τὸ μὴ ἐπιβῆναι τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας, περιεῖλκετο κατὰ τὴν ἔρημον πλανώμενος, καὶ

λδ' Τριακοστὸν τέταρτον σταθμὸν εἰς τὴν ἔρημον Φαγᾶν κατήγετο, ἥ ἐστι Κάδες.

λε' Ἀπὸ Κάδης, εἰς τὸ ὄρος τῆς Ἐδώμ. Ὧδε ἀποθνήσκει Ἀαρὼν, ἐν ἔτει τεσσαρακοστῷ τῆς ἐξ D ὁδου ἀπὸ Αἰγύπτου τοῦ λαοῦ, τῷ πέμπτῳ μηνὶ, ὅς ἐστι παρὰ Μακεδόσι λῶος, μιᾷ τοῦ μηνὸς, ἣν δὲ ἐτῶν ρκγ'.

(67) λς' Ἀπὸ Ὤρ τοῦ ὄρους, τριακοστὸν ἕκτον σταθμὸν, ἦλθον εἰς Ἐλμῶνα.

λζ' Εἰς Φινώ.

λη' Εἰς Ὠβώθ.

λθ' Εἰς Γαὶ, ἐπὶ τῶν ὁρίων Μωάβ. Ἐν τούτοις τοῖς ὁρίοις ὁ βασιλεὺς τῶν Μωαβιτῶν καλεῖ τὸν μάγον τὸν Βαλαὰμ, καταράσασθαι τὸν λαόν.

μ' Σταθμὸν, ἀπὸ τοῦ Μωάβ, τιμωρηθεὶς ἐπὶ τῷ τελεσθῆναι τῷ Βεελφεγὼρ, ἦλθον εἰς Ζαρέθ.

(66) Forte ἐπί, et mox Φαρᾶν.

(67) Deest hæc nota in edito Fabricii.

μα' Εἰς σοπερὰν (68) Ἀρνών.
μβ' Εἰς Φρέαρ.
μγ' Εἰς Δεββωγάδ.
μδ' Εἰς Γαιμῶν Δεβλαθέμ.
με' Εἰς τὰ ὄρη τὰ Ἀμωρῆ, ἀπέναντι Ναβαῦ.

μς' Ἐπὶ δυσμῶν Μωάβ, κατὰ Ἰεριχώ.

μζ' Ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, ἀναμέσον Σιμὼθ ἕως Μελσάτ, τὸ κατὰ δυσμάς. Ἐνταῦθα Μωϋσῆς κατέληξε, καὶ τὸ Δευτερονόμιον γράψας πέραν τοῦ Ἰορδάνου ἐν τῇ ἐρήμῳ πρὸς δυσμάς, κατέλεξε τῷ λαῷ, ἐν ἔτει τεσσαρακοστῷ τῆς ἐξόδου, ἑνδεκάτῳ μηνί, οὗτος δέ ἐστι δίστρος παρὰ Μακεδόσι, νεομηνίᾳ τοῦ μηνός. Καὶ κελευσθεὶς ἀνελθεῖν ἐπὶ τῇ κορυφῇ τοῦ ὄρους Φασγᾶ, καὶ θεάσασθαι πᾶσαν τὴν τῆς ἐπαγγελίας γῆν πόρρωθεν, ἐκεῖ γενόμενος ἐτῶν ἑκατὸν εἴκοσι τελευτᾷ.

A Quadragesima prima in regionem ultra Arnon.
Quadragesima secunda in Phrear.
Quadragesima tertia in Debbogad.
Quadragesima quarta in Gæmon Deblathem.
Quadragesima quinta in montes Amoræos, regione Nabau.

Quadragesima sexta in occidentales partes Moab circa Jericho.

Quadragesima septima ad Jordanem inter Simoth usque ad Melsat ad Occidentem. Hic Moyses vivere desiit, qui cum Deuteronomium scripsisset ultra Jordanem in deserto ad Occidentem, illud populo recitavit, anno ab exitu quadragesimo, mense undecimo, qui est Macedonum Distros, ipsis mensis calendis. Jussus porro ascendere in verticem B montis Phasga, et intueri omnem promissionis terram eminus, ibi annos natus centum et viginti fatis concessit.

## ΒΙΒΛΟΣ Δ'.

ΚΕΦΑΛ. ΞΘ'. — *Τίνα ἐστὶν, ἃ τεθέαται ὁ Μωϋσῆς θαυμάσια, καὶ δι' αὐτοῦ κατειργάσατο.*

Ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει τὴν βάτον ὁρᾷ καιομένην, ἀλλὰ χλοάζουσαν καὶ μὴ κατακαιομένην. Σημεῖον αἰτήσας παρασχεῖν τῆς εἰς τὴν Αἴγυπτον αὐτοῦ ἀποστολῆς, τὴν ῥάβδον τὴν ποιμενικὴν ῥίπτειν ἐκελεύετο, καὶ πάλιν τὸν ὄφιν ἀπὸ τῆς κέρκου δραξάμενος, εἰς ῥάβδον ἐπανῆγε. Τὴν χεῖρα ἀποκρύπτειν εἰς τὸν κόλπον κελευόμενος, λευκὴν ὡσεὶ χιὼν καὶ παρηλλαγμένην ἐξήγαγε, καὶ πάλιν ἀποκρύψας αὐτὴν, εἰς C τὸ κατὰ φύσιν ἀποκαταστᾶσαν ἐπανήγαγεν. Κατιὼν ἐπὶ τὴν προτεθεῖσαν αὐτῷ λειτουργίαν εἰς τὴν Αἴγυπτον, ἀγγέλῳ περιτυχὼν ἀπεπνίγετο, ἀλλ' ἡ γυνὴ γνοῦσα, τὸν ἄγγελον ἐξευμενισαμένη· *Νυμφίος σύ μοι δι' αἱμάτων*, αὐτῷ φήσασα, τῆς ἐπιθέσεως ἀπεῖρξε.

Κατελθὼν εἰς τὴν Αἴγυπτον, τὸ δαμαζόμενον τοῦ λαοῦ πλῆθος ὑπὸ τῇ τῶν Αἰγυπτίων δουλαγωγίᾳ παρεμυθήσατο, ὡς ὑπὸ Θεοῦ εἴη ἀπεσταλμένος τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς πορίσασθαι. Καὶ τῷ βασιλεῖ ἀπειθοῦντι συγχωρεῖν τὸν λαὸν ἐπὶ Θεοῦ λατρείαν ἐξιέναι, τὰς δέκα πληγὰς ἐπήγαγε, τοῦ λαοῦ συνόντος τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ μηδὲν ἐκ τῶν πληγῶν διὰ τὴν συνουσίαν ὑφισταμένου.

Πρώτῃ μὲν γὰρ πληγῇ τὰ Αἰγύπτου ὕδατα εἰς αἵματα μετέβαλε, καὶ πάλιν παρακληθεὶς ἀντεκαθίστη· β' πληγῇ, βατράχων πλήθει τὴν ἅπασαν Αἴγυπτον ἐπλήρου. Ἐπεὶ δὲ καὶ τούτοις ἀπεῖπον, συναγαγὼν σκιπῶν (69) ἄπλετον γένος, τὸν ἀέρα τῆς Αἰγύπτου συνεμέστωσε. Κυνόμυιάν τε ἐπὶ τούτοις τὴν ἀναισχυντοτάτην ἐπέφερε τοῖς Αἰγυπτίοις, ἣν, οὐκ ἐνδιδόντων τὸν λαὸν εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ λατρείαν προελθεῖν, εἰργάσατο. Ἐπὶ δὲ τούτοις, χάλαζαν ἐπήγαγεν ἀναιροῦσαν ἅπερ ὑπαίθρα κατελαμβάνετο.

## *LIBER IV.*

CAP. LXIX. — *Quænam vidit mirabilia Moyses, vel etiam ab ipso patrata sunt.*

In Sina monte rubum videt ardentem, sed tamen virentem, nec absumptum igne. Cum postulasset posse exhibere signum suæ in Ægyptum missionis, pastoralem virgam projicere jubetur, atque iterum serpentem cauda apprehendens in virgam reduxit. Manum occultare in sinu jussus, albam ceu nivem et immutatam eduxit, iterumque eam occultans, in naturalem statum restitutam extraxit. Proficiscens in Ægyptum ad munus publicum sibi divinitus impositum, angelo obvians suffocabatur : sed uxor hoc agnoscens, placato angelo, dum ait ei : *Sponsus tu mihi per sanguines*[19], ab aggressione coercuit.

Cum jam in Ægyptum descendisset, oppressum subactumque populum amplissimum ab Ægyptiorum servitute consolabatur, affirmans, quod a Deo missus fuisset ad procurandam ipsis libertatem. Regi autem, qui non obedivit concedere populo, ut liceret ei proficisci pro colendo Deo, decem plagas adduxit. Ac populus quidem una cum Ægyptiis versabatur ; nihil tamen incommodi ex plagis illis propter conversationem sustinebat. D

Prima namque plaga Ægypti aquas in sanguines convertit : rursumque rogatus in propriam eas naturam restituit. Secunda plaga, ranarum multitudine universam Ægyptum implevit. Cum vero et his inobedientes essent, adducens ingentem culicum familiam, aerem Ægypti complevit. Ad hæc, muscam quoque caninam, impudentissimum illud animal, induxit in Ægyptios, quam etiam intulit, illis nempe non permittentibus, ut populus ad Dei cultum procederet. Subinde grandinem adduxit

[19] Exod. IV, 26.

(68) Puto legendum τὸ πέραν.

(69) Forte κνιπῶν, errore typogr.

conficientem quæcunque sub dio deprendit. Fuerunt postea locustarum nubes, quæ consumpserunt fruges universas ; tenebræ item solos Ægyptios obruentes, sed nihil obscuritatis Hebræis afferentes. Decimam eamque supremam ipsis plagam inflixit, primogenitorum mortem, quæ confertim accidit uno eodemque temporis momento.

A Ἔπειτα ἀκρίδων νέφη, τοὺς καρποὺς ἅπαντας κατανα-
λώσασαι. Σκότος τε μόνους σκοτίζον τοὺς Αἰγυ-
πτίους, τοῖς Ἑβραίοις οὐ μελαινόμενον. Δεκάτην δὲ
καὶ τελευταίαν ἐπέρριψεν αὐτοῖς πληγὴν, τὸν τῶν
πρωτοτόκων, ἀθρόον ὑπὸ μίαν καιροῦ ῥοπὴν θά-
νατον.

Post egressum populi ex Ægypto, insequente eum Ægyptiorum exercitu, Erythræum mare divisit ut populus pertransiret : iterumque illud reduxit super insequentem regem, quem obruit profundo maris, quod virga percussit, quemadmodum illud ad transitum populi etiam antea percusserat.

Μετὰ δὲ τὴν ἔξοδον τοῦ λαοῦ τὴν ἀπ' Αἰγύπτου,
ἐπιδιώκοντος αὐτὸν τοῦ Αἰγυπτίου στρατοῦ, τὴν Ἐρυ-
θρὰν διεῖλεν θάλασσαν εἰς δίοδον τοῦ λαοῦ, καὶ πά-
λιν ἐπήγαγεν ταύτην κατὰ τοῦ διώκοντος βασιλέως,
ὃν ἐπεκάλυψε τῷ τῆς θαλάσσης βυθῷ, πλήξας τὴν
θάλασσαν ῥάβδῳ, ὥσπερ αὐτὴν εἰς τὴν τοῦ λαοῦ
δίοδον καὶ πρότερον ἔπληξε.

Amarulentam aquam Merrhæ fontis in fluentum convertit potabile, immerso in eam ligno, quemadmodum scilicet et jussus fuerat. Manna prædixit pluiturum Deum in deserto ad populi nutritionem, atque ita evenit. Ortygometram devolaturam prædicens, concupiscente populo manducare carnes, ita in Dei cognitionem ipsummet populum erudivit. Ex arida petra baculo percussa, fluvialium aquarum copiosum fluxum derivavit. Manuum extensione belli victoriam adversus irruentem Amalecitarum exercitum populo comparavit.

B Τὸ πικρὸν ὕδωρ Μερρᾶς τῆς πηγῆς εἰς νᾶμα μετ-
έβαλε πότιμον, ξύλον βάψας ἐν αὐτῇ, ὥσπερ δὴ καὶ
ἐκελεύετο. Μάννα προεῖπε ὕειν τὸν Θεὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ
εἰς τὴν τοῦ λαοῦ διατροφὴν, καὶ οὕτως ἐγίνετο.
Ὀρτυγομήτραν καθίπτασθαι προειπὼν, ἐπιθυμήσαν-
τος κρέα φαγεῖν τοῦ λαοῦ, εἰς θεογνωσίαν τὸν λαὸν
ἐπαιδαγώγει. Ἐκ ξηρᾶς πέτρας ῥάβδῳ πληγείσης,
ποταμίων ὑδάτων ἀθρόον ῥύσιν προήκατο. Χειρῶν
ἐκτάσει πολέμου νίκην, κατὰ τοῦ ἐπελθόντος στρατοῦ
τοῦ Ἀμαλὴκ, τῷ λαῷ εἰργάσατο.

Legem a Deo accepit in duplici tabula descriptam, postquam quadraginta jejunasset dies : atque rursum propter populi impietatem, fractis illis divinitus descriptis tabulis, iterum ascendens in montem Sina, cum similiter jejunasset alios dies quadraginta, legem iterum reportavit in iis tabulis, quas ex lapide excisas secum adduxerat. Descendit gloriticatus facie adeo, ut ne populus quidem posset in eum aciem intendere. Ipse etiam legislator fuit omnium jurium populi. Divinas visiones accipere præ universis prophetis dignatus est. Intellectualis substantiæ admirandos characteres conspicatus est, ad quorum rationem sacrum tabernaculum construere jussus fuit.

C Νόμον ἐδέξατο παρὰ Θεοῦ ἐν διπτύχῳ γραφέντα
πλαξὶ τεσσαράκοντα νηστεύσας ἡμέρας, καὶ πάλιν
διὰ τὴν τοῦ λαοῦ δυσσέβειαν, τὰς θεογράπτους συν-
τρίψας πλάκας, δεύτερον ἐπιβὰς τῷ Σινᾷ ὄρει, καὶ
νηστεύσας ὁμοίως ἄλλας ἡμέρας τεσσαράκοντα, τὸν
νόμον ἐν αἷς ἀνεκόμισε λαξεύσας πλαξὶν, ἀνενεώσατο.
Τὸ πρόσωπον κατέβη δεδοξασμένος, ὡς μήτε τὸν
λαὸν ἐνορᾶν αὐτῷ δύνασθαι. Καὶ αὐτὸς δὲ νομοθέτης
ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαιώμασι τοῦ λαοῦ γεγένηται. Θείας
ὀπτασίας παρὰ πάντας τοὺς προφήτας ἠξίωται. Τῆς
νοερᾶς οὐσίας θαυμαστοὺς χαρακτῆρας ἐθεάσατο,
πρὸς οὓς τὴν ἱερὰν σκηνὴν κατασκευάζειν ἐκελεύετο.

Sacrum tabernaculum veluti formam intellectualis essentiæ fabricavit. Sacrum chrisma, per quod sacerdotium initiavit, composuit. Summos sacerdotes creavit Aaronem fratrem ejusque liberos, per illud chrisma quod confecerat. Sacrum tabernaculum et quæcunque in ipso erant sancto D chrismate ungens sanctificavit.

Τὴν ἱερὰν σκηνὴν ἀντίτυπον τῆς νοερᾶς κατ-
εσκεύασεν οὐσίας. Τὸ ἱερὸν χρίσμα, ἐν ᾧ τὴν ἱερω-
σύνην καθεσθεὶς [sic], συνέθηκεν. Ἀρχιερέας ἀπ-
έδειξε τὸν ἀδελφὸν Ἀαρὼν καὶ τοὺς τούτου παῖδας,
δι' οὗ κατεσκεύασε χρίσματος. Τὴν ἱερὰν σκηνὴν
καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ τῷ ἁγίῳ χρίσματι χρίσας
ἡγίασε.

Sabbatum ipse primus stabilivit, demonstrans illud per duplicem mannæ collectionem, et incorruptam ejus conservationem, cum antea ignotum esset. Tres lege statas solemnitates populo præscripsit quotannis celebrandas. In eos qui vitulum conflaverant animadvertit per accurrentes sibi, interfectis tribus obstinatorum millibus.

Σάββατον αὐτὸς πρῶτος ὡρίσατο, δείξας αὐτὸ,
διὰ τῆς διπλῆς ἐκλογῆς τοῦ μάννα, καὶ τῆς ἀσή-
πτου διαμονῆς αὐτοῦ, οὐ πρότερον ἐγνωσμένον.
Τρεῖς νομίμους ἑορτὰς τῷ λαῷ παρέδωκε τοῦ
ἐνιαυτοῦ ἑορτάζειν. Τοὺς μοσχοποιήσαντας ἐτιμω-
ρήσατο διὰ τῶν προσδεδραμηκότων αὐτῷ, τρισχι-
λίους τοὺς ἀνεπιστρέπτους ἀποκτείνας.

Populo leges tulit. Numeravit etiam Levitas a populo secernens. De sacrificiis agitandis illis præcepta dedit, et de gestatione sacri tabernaculi, et de bene ordinata profectione. Ignem super altare, ubi primum ritus religionis processere, cœlitus descendentem ostendit, qui et inextinctus remansit.

Τὸν λαὸν ἐνομοθέτησεν. Ἀπηρίθμησε καὶ τοὺς
Λευίτας ἀπ' αὐτῶν διελών. Περὶ θυσιῶν αὐτοῖς δι-
ετάξατο, καὶ ἀπάρσεως τῆς ἱερᾶς σκηνῆς, καὶ πορείας
εὐτάκτου. Πῦρ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κατὰ τὴν πρώ-
την πρόοδον ἐξ οὐρανοῦ καταβιβαζόμενον ἔδειξεν,
ὃ καὶ διέμεινεν ἄσβεστον. Τοὺς προσαγαγόντας οὐκ

ἐκ τούτου πυρὸς, Ναδὰβ καὶ Ἀβιοὺδ τοὺς ἀρχιερεῖς, θηλάτῳ πληγῇ καταπεσόντας ἀπέδειξε.

Καθαρῶν καὶ μὴ καθαρῶν ζώων διάκρισιν ἐποιήσατο. Ὑπὲρ ἁμαρτιῶν λύσεως τὰς ἀφωρισμένας θυσίας ἐπέταξε δεῖν προσάγεσθαι. Λεπρῶν καὶ ἀναπήρων διακρίσεις ἀπὸ τῆς ἱερᾶς συναγωγῆς ὑπέδειξε, καὶ περὶ καθάρσεως αὐτῶν τίνα προσόγεσθαι καὶ ὅπως χρὴ διετάξατο. Τοὺς Ἀμορῥαίους ἀναιμωτὶ κατελθὼν, τὴν γῆν αὐτῶν ταῖς δύο φυλαῖς τοῦ Ῥουβὶν καὶ τοῦ Γὰδ ἀπένειμεν εἰς κλήρους. Τὸν τῶν Μαδιανιτῶν ἀνεῖλε βασιλέα, καὶ τὸν μάντιν Βαλαὰμ κακοσύμβουλον αὐτῷ κατὰ τοῦ λαοῦ γενόμενον. Τοὺς τελεσθέντας τῷ Βεελφεγὼρ ἐκ τοῦ λαοῦ δισμυρίους τετρακισχιλίους ἀναιρεθησομένους προεῖπε.

Σημεῖον καὶ τύπον τοῦ σωτηρίου σταυροῦ ἐν ᾧπερ ἀνέστησεν ὄφει χαλκῷ προκατεβάλετο, ᾧ προσέχοντες οἱ δακνόμενοι ὑπὸ τῶν ὄφεων οὐκ ἀπώλλυντο.

Πέντε βίβλους τῷ λαῷ συνέταξεν, εἴς τε μελέτην θεηνεκῆ καὶ διδασκαλίαν λόγων ἱερῶν, καὶ μνήμην τῶν ὑπὲρ αὐτῶν καὶ εἰς αὐτοὺς γεγενημένων, καὶ προφητείαν τῶν ἐπιόντων αὐτοῖς δεινῶν, ῥᾳθυμίᾳ τε ἀπὸ τῆς εὐσεβείας, καὶ ἀποκλίσει τῇ ἐπὶ δυσσέβειαν, κατέλιπεν. Ἀλλὰ καὶ ᾠδὴν αὐτοῖς, μετὰ τὴν ἐπὶ τὴν διὰ θαλάσσης σωτηρίαν καταλεχθεῖσαν, ἑτέραν ᾆσεν, ὡς τὰ ἔθνη προτιμηθήσεται αὐτῶν δυσσεβησάντων, τὰ πρότερα ἀσύνετα, καὶ ὑπὸ Θεοῦ προσληφθήσεται πρὸς παροργισμὸν αὐτῶν, τῶν ἐπὶ ταῖς πολλαῖς εἰδωλολατρείαις παροργισάντων τὸν Θεόν. Ἔστι δὲ τὰ πέντε αὐτοῦ βιβλία Γένεσις, Ἔξοδος, Λευϊτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον.

A Offerentes ex non isto igne Nadab et Abiud sacerdotes, divinitus immisso vulnere occumbentes ostendit.

Mundorum et non mundorum animalium discrimen effecit. Pro peccatorum remissione constituta sacrificia præcepit offerri oportere. Leprosorum ac defectu laborantium secretiones a sacro cœtu observandas edixit, atque pro eorumdem purificatione quæ et quomodo offerenda essent præscripsit. Amorrhæis sine suorum sanguine subactis, terram illorum duabus tribubus Ruben et Gad in sortes distribuit. Madianitarum regem sustulit, vatemque Balaam pessimi apud eum auctorem consilii adversus populum. Initiatos Beelphegoro ex populo, qui ad viginti quatuor millia erant, internecioni dandos B prædixit.

Signum ac typum salutiferæ crucis in antecessum exhibuit in eo quem erexit æneo serpente : in quem intendentes qui a serpentibus morsi fuerant, non interibant.

Quinque libros populo composuit, quos eis reliquit ad jugem meditationem ac disciplinam sacrorum sermonum, ad memoriam item eorum quæ pro ipsis vel contra ipsos facta sunt, in prophetiam quoque obventurorum ipsis malorum, sive ob socordiam in rebus religionis, sive ob propensionem in impietatem. Quin etiam carmen illis, præter illud quod recitatum fuerat ob evasionem per medium mare, aliud cecinit, aiens gentes prælatum iri ipsis impie agentibus, quæ prius insipientes C erant, quæque a Deo assumentur ad irritationem ipsorum, quippe qui multis idololatriis exacerbaverint Deum. Sunt porro quinque libri ejus Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium.

## ΚΕΦΑΛ. Ο'. — *Τίνα τὰ διὰ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἐπιτελεσθέντα σημεῖα, καὶ δι' αὐτοῦ τῷ λαῷ κατεργασθέντα θαύματα.*

Τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν, εἰς τὸ παρελθεῖν τὸν λαὸν ἐπὶ τὴν τῆς ἐπαγγελίας γῆν, διεῖλε. Δώδεκα λίθους, κατὰ ἀριθμὸν τῶν δώδεκα φυλῶν, ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἀνακομισθῆναι μεγάλους, εἰς μνημόσυνον ἀποτεθειμένους τῷ λαῷ τῆς πορείας αὐτοῦ, τῆς διὰ τοῦ ξηροῦ γενομένου ποταμοῦ, προσέταξεν. Τὰς ἑξήκοντα D μυριάδας τοῦ λαοῦ πετρίναις περιέτεμε μαχαίραις. Τὰ ἐν Ἰεριχὼ τείχη σαλπίγγων ἠχῇ κατεστρέψατο. Τὸν ἱεροσυλήσαντα Ἀχαραῖον, δι' ὃν ὁ λαὸς ἡττᾶτο, κληρωτὸν ἀνεύρηκε, καὶ λιθόλευστον ἀνεῖλε. Τὰς πόλεις τῶν ἐθνῶν, καὶ τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν ἀναιμωτὶ παρεῖλητφεν. Ὑπὲρ Γαβαωνιτῶν, τῶν αὐτομόλων τῷ λαῷ γεγονότων, πολεμῶν, εἰς τελείαν νίκην τὴν ὑπὲρ αὐτῶν τὸν ἡλίου δρόμον ἔστησε.

Ταῖς φυλαῖς κατὰ κλήρους αὐτῶν τὴν γῆν, ἣν παρειλήφει παρὰ τῶν ἐθνῶν, κατένειμε. Τῷ πιστοτάτῳ Χαλὲβ τῷ τοῦ Ἰεφωνῆ, τὸν ἄξιον αὐτοῦ κλῆρον ἀπένειμε. Τὴν Ῥαὰβ, τὴν τοὺς κατασκόπους δεξαμένην, ἐτίμησε, τῷ λαῷ συγκατατάξας αὐτήν. Τοῖς ἱερεῦσι καὶ τοῖς Λευίταις τὰς πόλεις καὶ τὰ

## CAP. LXX. — *Quæ sunt prodigia ab Jesu Nave perpetrata, et per ipsum populo effecta miracula.*

Jordanem fluvium divisit, ut populus transiret in terram promissionis. Duodecim lapides, juxta numerum duodecim tribuum, magnos ex flumine afferri jussit, deponique a populo in memoriam itineris sui, quod confecerat per medium arefactum flumen. Sexcenta millia populi lapideis gladiis circumcidit. Jerichuntis muros tubarum sono evertit. Acharæum furem sacrilegum, propter quem populus hostibus succubuerat, per sortes invenit, et lapidatum neci dedit. Gentium urbes, et reges earum citra sanguinem cepit. Pro Gabaonitis, qui sese sponte dederant populo, bellum gerens, ad perfectam victoriam pro illis referendam, solis cursum stitit.

Tribubus per sortes earum terram, quam de gentibus acceperat, distribuit. Fidissimo Chaleb Jephonis filio, dignam illo hæreditatem assignavit. Raab, quæ exploratores susceperat, honoravit, eam populi civitate donando. Sacerdotibus ac Levitis urbes atque suburbia assignavit. Sex refugii

civitates constituit, universa operatus ad amussim Mosaicarum constitutionum. Dum dimitteret populum ad hæreditates quas ipsemet distribuerat, lapidem erexit in testimonium eorum, quæ ipsis dicta fuerant, quod vera essent. Ea porro fuere, quod post obitum illius derelicturi essent Deum salvatorem atque præpositum suum necnon adhæsuri gentium idolis : quamobrem et ipsi a Deo derelicti, dæmonibus quos elegerunt tradendi essent, ac post multas animadversiones, quas etiam in paternis hæreditatibus degentes subituri sunt, ejectionem de terra illa, dispersionemque inter gentes ignominiosam sibi obventuram scient.

*Σαοὺλ*, ἐκ δικαίου καὶ ἀγαθοῦ τρόπου, διὰ φθόνον τὸν κατὰ τοῦ Δαβὶδ, εἰς ἄδικον καὶ φαῦλον μετέβαλε τρόπον.

*Ἰούδας*, κληθεὶς εἰς μαθητείαν, καὶ διὰ φιλαργυρίαν προδότης γενόμενος.

*Νικόλαος*, ἐκ τῶν ἑπτὰ διακόνων γεγονὼς, καὶ εἰς αἵρεσιν ἐκτραπείς.

[1] Matth. XXXVIII, 16.

(2) Euseb. *H. E.* lib. II, cap. 23.
(3) Forte κληδ.

(4) Forte Ἰοὰβ ex II *Reg.* XIV.

ΚΕΦΑΛ. ΡΝΖ'. — *Τίνες ἐκ φαύλων ἀγαθοὶ γεγόνασι.*

*Ματθαῖος* ἐκ τελώνου ἀπόστολος καὶ εὐαγγελιστὴς γενόμενος. *Ζαχαῖος* καταλείψας τὸ τελωνεῖον, καταδικάσας ἑαυτὸν, τετραπλάσια ἃ ἠδίκησεν ἀποδοὺς, καὶ οὕτω τὸν Κύριον δεξάμενος. *Παῦλος* ἐκ διώκτου κήρυξ τῆς πίστεως γενόμενος.

ΚΕΦΑΛ. ΡΝΗ'. — *Τίς μακρόβιος μετὰ Μωσέα ἐγένετο.*

Ἰωδαὲ ἀρχιερεὺς, ὁ τὴν Γοδολίαν ἀποκτείνας, ζήσας ἑκατὸν καὶ τριάκοντα ἔτη.

ΚΕΦΑΛ. ΡΝΘ'. — *Τίνες λέοντας χερσὶν ἀνεῖλον.*

*Σαμψὼν* ὁ Ναζωραῖος· Δαβὶδ, ὅτε τὰ τοῦ πατρὸς ἔνεμε ποίμνια. Βαναίας ὁ τοῦ Ἰωαὲ, τοῦ Δαβὶδ στρατηγός.

ΚΕΦΑΛ. ΡΞ'. — *Τίνες ὑπὸ λεόντων ἁρπρέθησαν.*

*Ἰαὼδ* ὁ προφήτης, ὁ τὸ σημεῖον εἰς τὴν Βεθὴλ δοὺς, τὴν τοῦ θυσιαστηρίου διάῤῥηξιν. Ὁ Ἄνθρωπος ὁ κελευσθεὶς πατάξαι τὸν προφήτην, τὸν βουλόμενον δεῖξαι ἑαυτὸν τετραυματισμένον τῷ Ἀχαὰβ, καὶ μὴ ὑπακούσας· οἱ κατοικισθέντες μετὰ τὴν τοῦ Ἰσραὴλ αἰχμαλωσίαν *Βαβυλώνιοι* εἰς Σαμάρειαν.

ΚΕΦΑΛ. ΡΞΑ'. — *Τίνες ἐπὶ ἱεροσυλίαις ἁρπρέθησαν.*

Ἀχὰρ ἐπὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, ἐπὶ τοῖς ἀναθήμασι τῆς Ἱεριχῶ. *Ὀφνὶ* καὶ *Φινεὲς* οἱ τοῦ Ἠλεὶ, ἐπὶ τὸ ἑαυτοῖς ἀπάρχεσθαι τὰ ἱερεῖα. *Ἀνανίας* καὶ *Σαπφεῖρα* ἡ τούτου γυνὴ, ἐπὶ τῷ μέρη τινὰ τιμῆς ἀγροῦ προσάγειν, ἐθέλειν δὲ τὴν ἀποστολικὴν πολιτείαν ἀπατᾷν, ὡς ὅλην τοῦ ἀγροῦ τὴν τιμὴν μὴ προσενέγκαντας.

ΚΕΦΑΛ. ΡΞΒ'. — *Τίνες εἰς λάκκους εἰς τὸ ἀναιρεθῆναι ἐβλήθησαν.*

*Ἰωσὴφ* ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν. *Ἱερεμίας* ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ λαοῦ. *Δανιὴλ* ὑπὸ Περσῶν.

ΚΕΦΑΛ. ΡΞΓ'. — *Τίνες δίκας ἔδοσαν πλημμελήσαντες.*

*Κάϊν* ἀποκτείνας τὸν ἀδελφὸν, εἰς ἕβδομον γενεὰν παραλυθεὶς· *Σοδόμων* αἱ πόλεις καταφλεχθεῖσαι διὰ τὴν τῆς φύσεως παραχάραξιν. Χαναναῖοι καὶ Ἀμορραῖοι τῶν οἰκείων ἐκβληθέντες διὰ τὴν εἰδωλολατρείαν· *Φαραὼ* καὶ οἱ Αἰγύπτιοι θείοις ἐναντιούμενοι σημείοις, εἰς τὸν βυθὸν συσχεθέντες. *Σαοὺλ* ἐν πολέμῳ πεσὼν ἅμα τοῖς οἰκείοις· καὶ τοῖς Γαβαωνίταις ἐκδεδομένων τῶν υἱῶν αὐτῶν εἰς ἐξιλέωσιν. *Ἡ τοῦ Βενιαμὶν* φυλὴ, ἐπὶ τῇ ἀσελγείᾳ τῆς γυναικὸς τοῦ Βηθλεεμίτου. *Ἡ Βαβυλὼν* ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ ἐγερθεῖσα, εἰς ἐρημίαν ἐκδοθεῖσα. Ἄχαρ ἱεροσυλήσας· Ὁ ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸ *Σάββατον* βεβηλώσας ἐπὶ τῇ τῶν ξύλων συλλογῇ· ὁ Θεὸν ἐν τῇ μάχῃ *βλασφημήσας* κατὰ τὴν ἔρημον. *Οἱ τοῦ Ἠλεὶ παῖδες*, τῆς ἱερωσύνης μετὰ τιμωρίας καταλυθέντες. *Σεδεκίας* ἐκτυφλωθεὶς ὑπὸ τοῦ Βαβυλωνίου. *Ὁ λαὸς ὁ Ἰουδαίων*, ἐπὶ τῇ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπαναστάσει, τὴν ἔτι κατέχουσαν αὐτὸν ὑπομένων μετὰ ἀναισθησίας αἰχμαλωσίαν.

CAP. CLVII. — *Quinam mali cum essent, probi evaserunt.*

*Matthæus* ex publicano apostolus factus et evangelista. *Zachæus*, qui reliquit telonium, seipsumque damnavit in quadruplam restitutionem eorum, quæ injuste fraudaverat, atque deinceps Dominum suscepit. *Paulus* ex persecutore effectus præco fidei.

CAP. CLVIII. — *Quis longævissimus post Moysen fuit.*

Jodae pontifex, qui Godoliam interfecit, vixitque annos centum et triginta.

CAP. CLIX. — *Qui sunt, qui leones manibus occiderunt.*

*Samson* Naziræus. David, quando pascebat oves patris sui. *Banajas* filius Joab, idemque dux Davidis.

CAP. CLX. — *Quinam a leonibus interfecti fuerunt.*

*Jaod* propheta, qui signum in Bethel edidit, altaris nempe destructionem. *Vir* ille, qui jussus est percutere prophetam, qui volebat ostendere se vulneratum Achabo, nec obtemperavit. *Babylonii* qui colonia deducti sunt in Samariam, postquam Israe. captivus abductus fuit.

CAP. CLXI. — *Quinam propter sacrilegia interfecti sunt.*

*Achar* tempore Jesu Nave, propter anathemata Jerichuntis. *Ophni* et *Phinees*, filii Heli, propterea quod partes victimarum sibi primo usurpabant. *Ananias* et *Sapphira* ejus uxor, qui partes quasdam pretii agri attulerunt, sed volebant decipere apostolicam politiam; quippe qui non integrum agri pretium attulerunt.

CAP. CLXII. — *Quinam in foveas ad certam mortem projecti sunt.*

*Joseph* a fratribus. *Jeremias* a principibus populi. *Daniel* a Persis.

CAP. CLXIII. — *Quinam pœnas luerunt suorum criminum.*

*Cain* qui fratrem suum interfecit, in septima generatione e medio sublatus. *Sodomitarum* civitates subversæ ob præposterum naturæ usum. *Chananæi* et Amorrhæi de sedibus suis ejecti propter idololatriam. *Pharao* et Ægyptii renitentes prodigiis divinis, et in profundum submersi. *Saul*, qui in bello cecidit cum suis, traditis liberis ejus Gabaonitis in placationem. *Benjamitica* tribus propter enormem libidinem cum uxore viri Bethlehemitæ. *Babylon*, quæ ob regnum elata, in desertum redacta fuit. *Achar* sacrilegus. Qui *Sabbatum* profanavit in deserto per collectionem lignorum. *Qui blasphemavit* Deum in rixa quam iniit in deserto. *Filii Heli*, qui in pœnam privati sunt sacerdotio. *Sedecias* cæcatus a rege Babylonis. *Judaicus populus* propterea quod Salvatorem iniquc persecutus sit, sustinet adhuc insensibiliter captivitatem, quæ illum premit.

CAP. CLXIV. *Quinam peccatores misericordiam sunt consecuti.*

*Fratres Joseph*, qui eum vendiderunt, attamen ab eo sunt enutriti. *David* qui seipsum humiliavit propter patrata scelera, atque prolixe reatum suum confessus est. *Salomon*, qui templa idolis gentium ædificavit, attamen propter patrem David non est punitus. *Manasses* ductus in captivitatem, et ad Deum conversus, atque idcirco in patriam revocatus. *Joacim* a vinculis solutus, honestatusque regio honore a principe Babylonis. *Latro*, qui in cruce Christum confessus est, et viam ad paradisum invenit. *Paulus* apostolus, qui persequebatur Ecclesiam, et in præconium missus est fidei Christi, cui bellum moverat. *Ecclesia* quæ est ex gentibus, quæ tot scelcribus nihil obstantibus misericordiam est consecuta, et per fidem Christi perfectæ justificationis munere donata.

ΚΕΦΑΛ. ΡΞΔ'. — *Τίνες πλημμελήσαντες ἐλέους τετυχήκασιν.*

*Οἱ τοῦ Ἰωσὴφ ἀδελφοὶ* πεπρακότες αὐτὸν, καὶ διατραφέντες ὑπ' αὐτοῦ. *Δαβὶδ* ταπεινώσας ἑαυτὸν ἐπὶ τῇ πλημμελείᾳ, καὶ ἐκτενῶς ἐξομολογούμενος. *Σαλομὼν* ναοὺς τοῖς τῶν ἐθνῶν εἰδώλοις δειμάμενος, καὶ διὰ τὸν πατέρα μὴ τιμωρηθείς. *Μανασσὴς* ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἀπαχθεὶς, καὶ ἐπὶ Θεὸν ἐπιστραφεὶς, καὶ διὰ τοῦτο ἐπαναχθείς. *Ἰωακεὶμ* λυθεὶς ἀπὸ τῶν δεσμῶν, καὶ τιμώμενος βασιλικῇ τιμῇ ὑπὸ τὸν Βαβυλωνίου. *Ὁ λῃστὴς* ἐπὶ τοῦ σταυροῦ Χριστὸν ὁμολογήσας, καὶ τὴν εἰς παράδεισον ὁδὸν εὑράμενος. Ὁ ἀπόστολος *Παῦλος* διώκων τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ κήρυξ ἧς ἐπολέμει Χριστοῦ πίστεως ἀποστελλόμενος. *Ἡ Ἐκκλησία* ἡ ἐξ ἐθνῶν, ἐπὶ ταῖς τοσαύταις πλημμελείαις ἐλεουμένη, καὶ διὰ πίστεως Χριστοῦ τῆς τελείας δικαιώσεως ἀξιουμένη.

CAP. CLXV. — *Quinam cum sibi eximium quid facere viderentur, eo ipso a scopo aberrarunt.*

*Is qui* apud David jactabatur se Saulum occidisse, atque ad illum attulit regni insignia, tanquam regno ad illum pertinente; hic interfici jussus est ab ipsomet Davide. *Rachaab* et *Banajas*, filii Remmon, qui Memphibosthe filii Saul caput ad David afferentes, atque rati magnum apud eum contulisse beneficium, propter quod et commendandos sese sperabant, eo ipso interfecti sunt. *Oza*, qui inclinatam Arcam ad se attraxerat, ut ne effunderetur de curru, et repente mortuus est. *Qui* jussus est a propheta Michæa illum cædere, neque ob verecundiam cecidit, interfectus est a leone. *Pharisæus*, qui propter suam justitiam adversus publicanum gloriabatur.

ΚΕΦΑΛ. ΡΞΕ'. — *Τίνες εἰσὶν οἱ κατορθοῦν τι δόξαντες, καὶ ἐπὶ τούτῳ διαμαρτόντες.*

Ὁ τὸν Σαοὺλ ἐπισφάξαι καυχησάμενος τῷ Δαβὶδ, καὶ κομίσας αὐτῷ τὸ τῆς βασιλείας σημεῖον, ὡς αὐτῷ προσηκούσης τῆς βασιλείας, ἀναιρεθῆναι προστάξθεὶς ὑπὸ τοῦ Δαβὶδ. *Ῥαχαὰβ* καὶ *Βαναίας*, οἱ υἱοὶ Ῥεμμὼν, οἱ Μεμφιβοσθὲ τοῦ υἱοῦ Σαοὺλ τὴν κεφαλὴν κομίσαντες τῷ Δαβὶδ, καὶ μεγάλην αὐτῷ δόξαντες κατατίθεσθαι χάριν, δι' ἧς καὶ ἤλπιζον εὐδοκιμεῖν, ἀναιρούμενοι διὰ τοῦτο. *Ὀζᾶ* ὁ τὴν Κιβωτὸν ἐπικλιθεῖσαν ἐπισπασάμενος πρὸς ἑαυτὸν, πρὸς τὸ μὴ περιτραπῆναι ἀπὸ τῆς ἁμάξης, ἀποθανὼν παραυτίκα. Ὁ κελευσθεὶς ὑπὸ τοῦ προφήτου Μιχαίου πατάσσειν αὐτὸν, καὶ δι' εὐλάβειαν οὐ πατάξας, ἀναιρεθεὶς ὑπὸ λέοντος. *Ὁ Φαρισαῖος* ἐπὶ τῇ οἰκείᾳ δικαιοσύνῃ τοῦ τελώνου καταυχώμενος.

CAP. CLXVI. — *Quæ et quot gentes subinde contra sacra loca insurrexerunt, atque divinitus immissas pœnas sustinuerunt.*

*Gog* et *Magog*, nempe Scythæ : *Mosoch*, seu Illyrii : *Thobel*, vel Thessali : *Gomer*, seu Galatæ : *Thogorma* aut Armenii : ex *Sabæis*, Arabes, qui sunt primi Indorum : *Tharsis*, seu Afri : *Chus* aut Æthiopes : *Phud*, seu Libyes : *Phares*, sive Persæ.

ΚΕΦΑΛ. ΡΞΣ'. — *Τίνα ἐστὶ τὰ ἔθνη καὶ πόσα τὰ τοῖς ἱεροῖς τόποις ὕστερον ἐπαναστάμενα, καὶ θεήλατον ὑπομείναντα τιμωρίαν.*

*Γὼγ* καὶ *Μαγὼγ*, οἵ εἰσι Σκύθαι· *Μοσὼχ*, Ἰλλυριοί· *Θωβὲλ*, Θετταλοί· *Γομὲρ*, Γαλάται· *Θεργαμὰ*, Ἀρμένιοι· *Σαβαῖων*, Ἄραβες, οἱ πρῶτοι Ἰνδῶν· *Θαρσεῖς*, Ἄφροι· *Χοῦς*, Αἰθίοπες· *Φοὺδ*, Λίβυες· *Φρὲς*, Πέρσαι.

CAP. CLXVII. — *Virtutes lapidum in zona pontificis positorum.*

*Jaspis*, adulterium avertebat. *Sapphirus*, oculis fulgentissima lampas. *Chalcedonius*, sobrietatis conciliator. *Smaragdus*, dæmonum averruncus : *Sardonix*, ignibus micans. *Sardius*, *Chrysolithus*, dolores oculorum sanant. *Beryllus*, tristitiæ medetur. *Topazius*, *Chrysoprasus*, *Hyacinthus*. *Amethystus*, ebrietatem arcens. *Anthrax*, *Achates*, *Ligurius*, *Onychinus*.

ΚΕΦΑΛ. ΡΞΖ'. — *Αἱ δυνάμεις τῶν λίθων τῶν ἐν τῇ τοῦ ἀρχιερέως ζώνῃ ἐντιθεμένων* (5).

*Ἴασπις*, μοιχείας ἀποτρεπτική. *Σάπφειρος*, ὀφθαλμοῖς στιλπνωτικὴ λαμπρά (6). *Χαλκηδόνιος*, σωφροσύνης πρόσφορος. *Σμάραγδος*, δαιμόνων ἀπελαστική. Σαρδόνυξ, διαπυρσαίνουσα. *Σάρδιος*, *Χρυσόλιθος*, ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἰῶνται. *Βήρυλλος*, λύπης ἰατική. *Τοπάζιος*, *Χρυσόπρασος*, *Ὑάκινθος*, *Ἀμέθυστος*, μέθης ἀλεξητήριον. *Ἄνθραξ*, *Ἀχάτης*, Λιτύριος, *Ὀνύχειος*.

*Finis hic est librorum Joseppi,*
*Argumenta quinque libellorum habens.*
*Finem dedi ultimo versui.*
*Auctori bonorum Deo sit gratia,*
*Qui terminum dedit mihi verba scribendi,*
*In laudem et gratiarum actiones Verbi ejus.*

*Τέρμα πυκτίδων ἐνταῦθα Ἰωσήππου,*
*Τὰς ὑποθέσεις τῶν πέντε βίβλων ἔχων* (7).
*Πέρας δέδωκα τῷ τελευταίῳ στίχῳ.*
*Τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν Θεῷ χάρις.*
*Τῷ συμπέρασμα δόντι μοι λόγους γράφειν,*
*Εἰς αἶνον εὐχάριστον αὐτοῦ τοῦ Λόγου.*

(5) Confer Epiphan. *De gemmis.*
(6) Forte λαμπάς.
(7) Forte ἔχον.

ANNO DOMINI CMI

# NICEPHORUS PHILOSOPHUS

## NOTITIA

(Oudin. *De Script. eccles.* tom. II, pag. 402.)

Nicephorus philosophus et orator patriarchæ Constantinopolitani, sub Antonio Caulea ejusdem sedis archiepiscopo et patriarcha vivens, his iisdem temporibus aliquanto post an. 890 floruit, scripsitque *Orationem funebrem* seu *Narrationem encomiasticam Vitæ sancti Antonii cognomento Cauleæ, patriarchæ Constantinopolitani*, qui anno Christi 891, *sub imperatore Leone Philosopho seu Sapiente*, die 12 Februarii mortuus est. Exstat hæc *Oratio* seu *Vita* apud Laurentium Surium, ut et apud Joannem Bollandum atque Henschenium, in *Actis Sanctorum* ad diem 12 Februarii, sed utrobique Latine tantum. Eadem autem *Oratio* seu *Vita* exstat Græce manuscripta, in bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, inter manuscriptos codices historicos Græcos, cod. XI, num. 20, et quidem a folio 95, pag. 2, col. 2, usque ad fol. 109, pag. 2, colum. 1, ut habet Petrus Lambecius libro VIII Commentariorum hujus bibliothecæ, p. 83, cujus titulus et principium : Νικηφόρου τοῦ μακαριωτάτου φιλοσόφου καὶ ῥήτορος, Ἐπιτάφιον ἤτοι βίος ἐγκωμίῳ συμπεπλεγμένος εἰς τὸν μέγαν ἐν ἀρχιερεῦσιν Θεοῦ, καὶ θαυμαστὸν ἐν πατριάρχαις Ἀντώνιον. Οὐκ ἦν ἄρα τῶν προλαβόντων καλῶν εἰς πίστιν, etc. Id est : *Nicephori beatissimi philosophi et oratoris Oratio funebris sive Vita cum encomio conjuncta, in magnum Dei archiepiscopum et admirabilem in patriarchis Antonium*, etc. Minime autem confundendus est hic Nicephorus philosophus et rhetor cum Nicephoro Gregora, integris aliquot sæculis recentiore, qui Historiam suam Byzantinam, usque ad obitum imp. Andronici Junioris, sive ad annum Christi 1341 perduxit. Nam et de eo vir doctissimus Leo Allatius in *Diatriba de Symeonum scriptis*, pag. 87, refert, quod *Vitam ejusdem S. Antonii patriarchæ* scripserit, cujus titulum et principium ibi hoc modo exhibet : Nicephori Gregoræ Βίος τοῦ ἐν ἁγίοις πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, Ἀντωνίου τοῦ τὴν μονὴν τοῦ Καλέως συστησαμένου. Εἰ δὲ καὶ θνητὴν ψυχὴν ὁ χρόνος, καὶ πάντων ἐστὶ πατὴρ ὁπόσα φθορὰ καὶ γένεσις βόσκει, etc. Quod porro ad Nicephorum Orationis seu Vitæ istius scriptorem attinet, ille sub Leone Sapiente imperatore vixit, ut ipse clare satis indicat, dum diserte ait : *Plerarumque rerum de S. Antonio patriarcha narrandarum magistram sibi non multo ante tempore fuisse ipsam inspectionem et experientiam.* Verba ejus Græca hæc sunt, καὶ τῶν μὲν ἀνελίττειν τὴν μνήμην, ὧν ὄψις μοι καὶ πεῖρα χρόνοις οὐ συχνοῖς διδάσκαλος ἦν, etc. De Nicephoro isto philosopho et oratore, Gerardus Joannes Vossius libro II *De historicis Græcis*, cap. 26, ubi perperam legitur S. Antonium Cauleam obiisse an. Christi 901, pro 891. Guillelmus Cavus in *Historia scriptorum Ecclesiæ*, ad annum 895, pag. 569. Petrus Lambecius, quem hic exscripsimus, lib. VIII Commentariorum bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, p. 83, et in indicibus, p. 562 et 578.

# NICEPHORI PHILOSOPHI

## VITA S. ANTONII COGNOMENTO CAULEÆ.

### PATRIARCHÆ CP.

(*Acta SS. Bolland.*, Februarii tom. II, die 12, p. 631.)

## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

1. Relatus in cœlitum tabulas est apud Latinos æque ac Græcos Antonius, cognomento Cauleas, qui sub exitum noni a Christi incarnatione sæculi Ecclesiæ Constantinopolitanæ præsedit. De eo Martyrol. Romanum : « Constantinopoli S. Antonii ep. tempore Leonis VI imp., » ejus nempe, qui

Basilio Macedone genitus, *Sapiens*, seu *Philosophus*, est appellatus. Antonii ejusdem memoriam ita in Addit. ad Usuardum annotavit Molanus : « Item Constantinopoli S. Antonii, magni inter Dei pontifices, et admirabilis inter patriarchas. » Præiere Menæa his verbis : « Eodem die (12 Februarii) memoria S. P. N. Antonii archiepiscopi Constantinopoleos, » adnectunt elogium, de quo infra.

2. Philippus Ferrarius in generali Catalogo sanctorum, qui desunt Martyrologio Romano, ad 11 Februarii S. Antonium inscripsit, ex Menologio Græcorum, ut in Notationibus profitetur. Sed quo? Non eo certe quod Henr. Canisius edidit : non Græco quod Venetiis excusum : non quod Basilii Macedonis jussu concinnatum asservari Romæ ferunt, cum ad plures annos superstes Macedoni Antonius fuerit. Alia peccat in iisdem Notationibus Ferrarius, dum eum ait « Photio schismatico et hæretico subrogatum sub Leone IV imp. » Coprony mi filius fuit Leo IV atque annis centum prior Antonio, qui Leone VI imperante, non Photio (quem mendose *Plotium* vocat) sed S. Stephano, Leonis imperatoris fratri suffectus.

3. Anno Leonis tertio, qui erat æræ, quam nunc Latina Ecclesia usurpat, 1388, ad patriarchatum evectus Antonius est. Ita Cedrenus in Compendio historiarum : « Anno insequenti (antea retulerat res gestas τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Λέοντος, anno secundo imperii Leonis) insequenti igitur, sive tertio imperii ejus anno, Stephanus imperatoris frater ac patriarcha excessit e vita. In ejus locum ordinatus est patriarcha Antonius, cognomento Cauleas. » Mendose ista in Curopalate vertit Gabius his verbis : « Insequenti anno Stephanus imperatoris frater, et patriarcha excesserunt e vita : in cujus locum suffectus est Antonius cognomento Cauleas. « Græce et hic Καυλέας appellatur a Cedreno ac Zonara et in Serie episcoporum Byzantii lib. IV. Juris Græcorum ; et Stephanus frater imperatoris, idem et patriarcha erat, uti ipse quoque Curopalates paulo ante retulerat ; et apud Cedrenum est ἀπέλιπε τὴν ζωήν, *excessit e vita ;* non autem *excesserunt*. Mortuus videtur Stephanus die 17 Maii, quo a Græcis coli scribit Baronius t. X. Annal. ad an. 888, n. 8.

4. Non satis perspicue traditur quo anno decesserit S. Antonius, aut quanto tempore Ecclesiam illam administrarit. Baronius in Annot. ad Martyrol. et Vossius, lib. II, *De Historicis Græcis*, cap. 26, scribunt anno 1401 obiisse. Videntur eam opinionem hausisse ex Curopalate, qui postquam scripsit « vita functo patriarcha Antonio, declaratum Nicolaum Mysticum ; » in eadem pagina (uti et Cedrenus, quem perpetuo sequitur) narrat, imperatorem Leonem, die Pentecostes in templo S. Mocii, fuste ab homine nefario fuisse vulneratum ; atque ei a Mario monacho prædictum, decem adhuc annos victurum. Ita enim videtur quis ratiocinari posse. Obiit Leo an. 1411, decem post illud acceptum vulnus annis : ergo id illi inflictum erat an. 1401, 31 Maii ; in eum enim diem Pentecoste illo anno incidit : non multo igitur ante Antonio, pridie Id. Februarii exstincto, successerat Nicolaus. Verum etsi paucis verbis perstricta sunt, quæ illi scriptores interjiciunt, pluribus tamen gesta sunt annis ; quo nimirum pacto post S. Theophanonis primæ uxoris obitum, secundam dein et tertiam duxerit Leo, atque imperatorio diademate insigni erit.

5. Retractavit quod ad Martyrologium annotarat Baronius t. X. Annal. ubi ad ann. 890, n. 13, ita scripsit : « Hoc anno moritur Antonius patriarcha Constantinopolitanus, ubi tantum annos duos sedisset. Ita in Serie patriarcharum Constantinopolitanorum in Corpore Juris intexta. » At quæ in ea Serie traduntur de annis patriarcharum, qui tempore Leonis eam rexerint Ecclesiam, haud satis apte invicem congruunt. Dicitur enim Stephanus sedisse annos 3. « Antonius 2, Nicolaus Mysticus 11, eo ejecto Euthymius annos 5, menses 6, tandemque mortuo Leone, pulso Euthymio, restitutus Nicolaus. Anno 1 Leonis, Christi 1386, in solium patriarchale evectus est Stephanus, exturbato, qui nunquam id legitime obtinuerat, Photio : decessit Stephanus tertio post anno, 1388. Antonius, si duos duntaxat sedit annos, obiisse dicendus est 1390, uti Baronius statuit : ergo 1401 ejectus Nicolaus, cum sedisset annos 11. Sequetur, Euthymium cui 5 sedis anni, menses 6, tribuuntur, anno 906 pulsum esse, quod demum 911 accidit, cum Leone mortuo, imperium capessivit Alexander. Desunt igitur numero annorum Antonii anni quinque et menses aliquot : neque enim uspiam interregni mentio fit, quin semper uno mortuo aut pulso alter creatus sit patriarcha.

6. Aliter patescit error, si ita argumenteris : Pulsus est Euthymius anno 911, mense Junio, mortuo Leone. Sed erat autem annos 5, menses 6, ab initio nempe anni 906. Ergo tunc primum ejectus erat Nicolaus, postquam annos 11 Ecclesiæ præfuisset, ab anni 895 Februario, cujus die 12 obierat decessor ejus Antonius. Denique cum an. 912, exstinctus est Alexander, Constantinus Leonis filius septimum jam annum ætatis explebat, uti Zonaras et Cedrenus scribunt : quem proinde æstate anni 905 natum fuisse oportet. Atqui eum, teste Cedreno, baptizavit in Sanctæ Sophiæ templo Nicolaus. Dein idem imperatori, quia Zoen, quæ ei nec necdum thoro juncta filium illum pepererat, sibi quartam jam conjugem copulasset, atque Augustam coronasset, sacris interdixit Nicolaus ; cumque exorari se, ut eum in Ecclesiam admitteret, nullis precibus pateretur, ipse e cathedra submotus initio anni 906, cum sedisset annos 11, ab anno nempe 895, quo obiisse Antonium oportet, postquam Ecclesiam gubernasset annos 7, qui anno, ut diximus, 888 Stephano fuerat suffectus.

7. Cedrenus et Curopalates solum narrant, Antonio mortuo designatum patriarcham Nicolaum

Mysticum, quot ille sederit annis non exprimunt. Expressisse id Zonaras videtur, sed incuria librarii, vel codicis antiqui vitio, id in editis exemplaribus omissum. Græce ita habetur. Τοῦ γὰρ Ἀντωνίου θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπιζήσαντος ἔτη.... καὶ μεταθεμένου τὴν ζωὴν, ὁ Μυστικὸς Νικόλαος πατριάρχης ἐχειροτόνητο. Wolfius vertit : « Nam cum Antonius Sede Constantinopolitana annis... gubernata decessisset, Mysticus Nicolaus patriarcha est designatus. » Quod autem in citata Serie patriarcharum contendimus inesse mendum, ita contigisse videtur quod pro ζ' sit β' positum ; vel pro IIII, solum, 11. Cum alioquin auctor forsitan recte scripserit : Ἀντώνιος ὁ Καυλέας, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Λέοντος ἔτι ζ' vel ἔτη Πιι. Antonius Cauleas, eodem Leone imperante, annos 6.

8. Edita est a Lipomano tom. V, *De Vitis SS.*, ac dein a Surio, « Nicephori, beatissimi philosophi et oratoris, Oratio funebris, seu Vita encomio contexta, magni inter Dei pontifices et admirabilis inter patriarchas Antonii. Quam et nos inde hic damus. Quis ille Nicephorus fuerit, et num alia ediderit opera, nusquam legimus. Vixisse sub Leone Sapiente imp., sub quo et Antonius, ex ipsa constat oratione.

9. Vitæ S. Antonii compendium, ex eadem concinnatum oratione, exstat in Menæis, in quo fuisse ejus nomine monasterium aliquod indicatur, ab eo fortassis conditum, aut in quo ipse monachicum habitum olim susceperat. Ita habent Menæa : Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύνταξις ἐν τῇ αὐτοῦ μονῇ. « Agitur ejus commemoratio in ipsius monasterio. »

# ORATIO IN S. ANTONIUM CAULEAM

# NICEPHORI PHILOSOPHI.

## EXORDIUM AC PROPOSITIO.

1. Fieri ergo non poterat, ut eorum qui in fide prius præclari exstiterunt, non rursus tempus, etiamsi videretur consenuisse, fœtus similes afferret, et per extremum partum, rebus ipsis et factis, præcedentium fructuum comprobaret admirabilitatem. Cum enim fictor ab initio humanam fabricatus esset naturam, et bonorum seminum ei indidisset materiam, non sivit ut ea cum tempore consenesceret, sed ut in dies repubesceret, et ferret fœtus germanos præcedentibus, supernæ cognationis minime adulteratam nobilitatem in se ferentes. Virtus enim non accipit dimensionem ex eo, quod est tempore posterius aut prius, sed ex pura et incorrupta mente eorum, qui se recte gerunt : quomodo is, qui nunc oratione laudandus est propositus, qui quotidianis accessionibus ascendit totas scalas virtutum, et pervenit ad summum.

2. Sed oportet, huic, qui per totam vitam in virtute se exercuit, eos qui per totam vitam in dicendi facultate studium posuerunt, contexere coronam, qui quidem sunt lingua boni et potentes ; et admirari res præclare et recte ab eo gestas ; me autem silentio longo os meum comprimere, et linguam vinculo continere : et dum alii oratoris officio fungerentur, me in numerum referri auditorum ; et eorum quidem revolvere memoriam, quorum inspectio et experientia (1), non longo abhinc tempore poterat esse magistra, ut veritati possem verum et firmum ferre testimonium ; eorum vero quæ ignorantur narratione per orationem percipere cognitionem : non autem lingua inerudita, et ægritudinis animi nube confusa mente, aggredi tantæ rei magnitudinem, timentem periculum, quod imminet iis, qui suscipiunt ea quæ sunt supra vires. Natura enim ita est comparatum, ut verba res non possint assequi. Hic autem nunc, ubi et longissimum tempus dimensum est virtutem, et floridissimum pratum imitantur recte facta, cum omnia tractare nulla possint ratione, merito refugiunt. Neque enim suum ingenium, nec rerum ignorantes magnitudinem, sperantes tamen se potius aliquid accepturos, quam daturos, existimant se virtutum magnitudine esse suam celaturos imbecillitatem : neminem enim judicare orationes, stupefactum rerum admiratione. Quamobrem sperant fore, ut simul et lateant, et prædicentur, dum propter horum connexionem habentur in admiratione. Sed quoniam mentis, quæ inter omnes principatum obtinet, vincit sententia, quæ post exsequias censet justa Patri esse tribuenda, jus in dicendo gratiæ universum permittentes, (quæ, etsi necesse sit ad non assequi, omnino quod deficit adjiciet, vel potius orationi integram præbebit correctionem) accedimus ad narrationem, veluti quoddam fundamentum patriam primo loco ponentes.

## CAPUT I.

*Sancti Antonii ortus, institutio, vita monachica.*

3. Sed patriæ et majorum nollem facere mentionem : quoniam nec aliquid eorum, quæ ad carnem

(1) Hinc patet, quo tempore scripserit hanc orationem Nicephorus ; cum nempe haud pridem vivere Antonius desiisset.

pertinent, cœlesti illi et carnis propemodum experti, et qui solam noverat patriam supernam civitatem, in quam cives adsciscuntur, qui sunt virtutis operatores, scimus fuisse proprium. Sed quoniam eum, qui propter nos massæ nostræ assumptione factus est sicut nos, universi opificem videmus et Dominum, admisisse patriam et majores, et humilis Bethlehem magnitudinem omni lingua prædicari; nec in sancto quoque Pontifice fas esse statui prætermittere : sed in eo potius jucunde immorari, reddendo quodammodo gratiam alimentorum. Sed in aliis quidem fortasse patria et genus proposita, laudem ex arte afferunt; in eo autem, de quo in præsentia agimus, partus potius iis, ex quibus ortus est, donat gloriam immortalem, inferne remittens splendorem, similiter solarium radiorum reverberationibus. Patria ergo, quæ sit una, non potest inveniri. Nam Asia quidem et Europa gloriam inter se partitur : hæc quidem propter Thraciam, illa vero propter Phrygiam, ejus ortum sibi vindicantes. Cum res autem sit inter eos controversa, apparet alia tertia patria, nempe regina urbium, quæ etiam eum aluit, ulnis suis amplectens, ex quo fere a puerilibus fasciis eum evolvi contigit, ut qui ei postea futurus esset decus et ornamentum. Et hæc quidem, utpote caput, ei facile et prompto animo cedit, sperans fore ut fruatur gloria. Asia vero ægre fert quidem, sed non usque ad immoderatam fertur contentionem : se reginæ autem submittens, et majorum ejus contenta gloria, a quibus sunt huic fontes generationis : quos genus ducentes ex Phrygia, propter munera imperatoria, quæ obierunt in exercitu imperatoris, habuit regina urbium habitatores, animo quidem fortes, fortes autem corpore, et ejus, qui ex ipsis erat gignendus, prius in se describentes fortitudinem contra vitia et constantiam.

4. A quibus ortus hujus pater ab ipsis parentibus ab ineunte ætate, tanquam Samuel, et habitu Dei sorti dedicatur et re ipsa : et ad generis successionem lege matrimonii conjungitur mulieri, honestæ quidem animo, honestæ vero omnibus moribus, et corporis specie non afferente dedecus nobilitati animæ : et quæ, ut semel dicam, animi et corporis dotibus, marito, qui erat in utrisque insignis, nulla in re erat inferior : sed erat biga insignis, biga veneranda, biga quæ beata censebatur : conjugium, quod multorum oculos convertebat ad admirationem; parum quidem carni, plurimum autem Deo vivens, et iis quæ vere ad Deum ferunt, factis et rectis actionibus : pro quibus et per quæ, tanquam aliquod præmium virtutis, dignati sunt sacrum fructum producere. Qui in materna quadam possessione, quæ non multum aberat a civitate, in qua habitabant, urbanos tumultus, et (2) Iconomachorum, quæ tunc vigebat,, rabiem declinantes, in lucem editus, magis pietate alebatur, quam lacte. Cum autem jam incepisset balbutire, parentibus jucundam exhibuit admirationem. Balbutienti enim linguæ nihil fere aliud præbebat loquendum, nisi quæcunque erant mystici nostri cultus, quantum a molli et tenera pueri natura potest exprimi et e labris progredi : et hoc paulatim crescens cum augmento corporis, simul etiam crescentem habebat admirationem : et quicunque id videbat, erat propheta futuri.

5. Cum ad quintum autem annum pervenisset, Litterarum figuras doctus a sancto Spiritu (neque enim venire ad ludi magistrum, puerorum irrisiones et alias pueriles ineptias declinans, in animum induxit) omnes sacras orationes, maxime quæ non mysticæ ac secreto prolatæ, sacrifici voce perveniunt ad aures eorum, qui initiantur, ingeniose memoriter pronuntians; de cætero etiam res ipsas imitabatur ac repræsentabat, panem proponens, et manu tenens thuribulum : perinde ac si non sustineret sacra anima, quo minus etiam in imperfecta ætate operaretur res divinas, et ante tempus perfectionis ea quæ ad perfectionem pertinent inchoaret : et sacrosancto puero pro quovis ludo erat opus et studium, parum quidem matrem comitanti, magna autem ex parte in his seorsum occupato. Postquam vero illa ad beatam, et quæ numquam senescit, migravit hæreditatem, cum patre versabatur tunc, se exercens in sacris discendis psalmis. Ingenii autem felicitate, intelligentiam quidem quam pro ætate majorem, maturiorem autem quam pro tempore ætatis dabat spectandam staturam corporis, mentem vero ejus, quod est bonum et honestum, capaciorem quam quantum consentaneum esset utrumque admittere dimensionem temporis.

6. Hinc cum ad annum pervenisset duodecimum, ad res diligentius considerandas se applicans, (o mentem stabilem! o bonum propositum!) genus vitæ discrevit et elegit : aliisque rejectis, ad monasticam intuens, flagrabat cupiditate. Rerum enim principia a fine dijudicata præbent tutam electionem ejus quod est melius. Non enim quod proportione ætati responderet, procedens habuit judicium : sed in juvenili corpore canam ostendebat intelligentiam, per ea quæ operabatur, suam cum eo, quod est bonum et honestum, indicans conjunctionem : et iis, ad quæ se extendebat, significabat incorruptæ mentis stabilitatem : et gloriam quidem despiciens, respuens autem quidquid non fert ad

(2) Iconomachorum rabies primum a Leone Isaurico imp. an. Chr. 726, imperii sui 9, suscitata; an. 784, sub Constantino et Irene, adnitente S. Tarasio patriarcha, repressa : demum an. 813, imperante Leone Armeno recruduit, sæviitque sub Michaele Balbo, et hujus filio Theophilo; penitus restincta Michaele III, et S. Theodora matre imperantibus, qui Remp. an. 841, capessiverunt, uti 11 Febr. ad S. Theodoræ Vitam diximus. Cum autem factus fit patriarcha Antonius an. 888, senili jam (ut Menæa habent) ætate, sexagenarius fortassis, sequitur circa initia Theophili imp. natum fuisse anno 828, aut sequenti.

Deum, elegit eam, quæ fert ad ipsum, asperam quidem, sed quæstuosam viam, et quæ sola potest bonos mercatores transmittere ad illam vere pretiosam margaritam. Sciebat enim divino amore prius capta anima, ad id solum, quod desideratur, omnino contendere, et omnia nihil ducere, quæ nihil faciunt ad id quod quæritur. Quod enim toto animo electum est ad acquisitionem, est firmum ac stabile : quod autem est firmiter acquisitum, promptum est ad conservandum. Qui enim semel fuerat incitatus ad id quod est honestum, tanquam ab aliquo carcere a virtute parentum, perpetuo ferebatur impetu, Deum quærens, et ad ipsum contendens.

7. Debinc deducitur ad virum sanctum, qui præerat sacro monasterio, et erat insignis virtute : cui magnam acquirebat gloriam actio et contemplatio, quæ corporis et animæ motus dispertiebant. Qui cum eum statim sibi coujunxisset, et, ut quæ esse potest in juvene, virtutem prævideret, eum traduxit ad suum habitum et amictum : tanquam quadam tabula ei suis propositis virtutibus, eumque suo exemplo informans, facto potius quam sermone fuit ei doctor bonarum disciplinarum. A quo exercitatus in orbe disciplinarum, attraxit dulce fluentum divinarum Scripturarum, externæ ebrietatis crapulam repellens illo institutore : et de cætero nunquam conversus, admovet manum aratro exercitationis, profundos proscindens sulcos virtutis, et ad fructus ferendos recte præparans. Et noctes quidem habebant linguam precibus et hymnis vacantem, et divinarum rerum meditationi; dies autem manus vehementer inservientes iis qui simul cum eo exercebantur. Aperte enim sciebat, quod alii labores magnum quidem, (quidni enim?) sed non tantum lucrum præbent; qui autem conferuntur ad proximo deserviendum, multiplicem fructum ferentes, quod a Deo datum est unicuique talentum, multiplicant, cujus summa est charitas, quæ est fons bonorum : a quo qui sordes abstergit rivus profluens, splendidos splendide Deo sistit, id quod est ad ejus imaginem, divina imitatione per commiserationem describens indelebile. Optime enim apud se et sapientissime dividens, hanc charitatem per totam vitam adhibuit sociam, per quam anima a sensibilibus evolans, revertitur ad primam dignitatem.

8. Hanc firmam posuit basim. Super eam domus virtutis stabile et firmum jecit fundamentum. Per eam neque vanæ gloriæ admisit vestigium. Sui enim ipsius amorem solet hoc vitium consequi. Nam quod tenetur sui ipsius amore, omnino etiam tenetur gloriæ cupiditate : sui autem amore non tenetur, qui fratres diligit. Est ergo vitio superius, quod servit per charitatem, et in servitutem redigit feras, quæ intus sunt, bestias, animi, inquam, perturbationum furiosos impetus : neque ulli iræ dedit aditum, ut qui tanquam freno aliquo eam repelleret, et pulchre veheretur et ferretur ad virtutem. Neque omnino aliquid indulsit cupiditati, a proximi et rei creatæ charitate traducens ad effectorem, quod quidem est ultimum expetendorum, et primum desiderandorum. Per hanc minime adulteratam conservabat liberalitatem, ab ineunte ætate repellens contrariam ejus affectionem : et cum ab ea conciliatam secum habitantem acquisiisset commiserationem, Dei omnino factus est. Sic ergo se recte gerens ab ineunte ætate, erat in ore omnium, et convertebat ad se omnium oculos.

9. Jam autem in genis florente lanugine et coronante vultum plenum gratia, quæ in agendo versatur, philosophiæ pratum in eo simul pulchre florebat, et in corde disponens ascensiones, perfectiore consilio perfectiora aggrediebatur opera. Consultabat vero, non divina musa, non Demosthenis utens vehementia; sed divina quadam prudentia et hominem superabat, et ubique inveniebat magnam possessionem, rem, inquam, divinam, nempe quæ deos facit charitatem, vel potius quam habebat proferens, ad scopum ferebatur, negotiali (3) Hermogenis arte nihil indigens. Per hanc ei aderat morum lenitas et moderatio, gravitas, mansuetudo, simplicitas, suavitas, serpentis prudentia contemperata columbæ sinceritate. Hinc etiam fiebat, ut sciret mensuram sermonis et silentii, et motum manus, et gressum pedis, et gustus camum, et terminum visus, et amussim odoratus, et cautionem auditus : ut in pura et secundum naturam specula maneret anima, et non mors, nempe is qui suo utitur arbitrio, per fenestras ad ipsam latenter ascenderet, ut est in proverbio. Et de cætero unum erat ei studium, ut carnem efficeret servire spiritui, et venari feras cogitationum, et antra repurgare investigantibus mentis notionibus, sobriis et vigilantibus, veluti canibus, mentis celeribus ad meliora motionibus.

10. Quamobrem nihil magnum existimabat eorum, quæ annuunt ad interitum, et quibus innatum est, ut tempore diffluant, non gloriam, non divitias, non ipsam, quæ est in dicendo, sapientiam; sed unicas habebat divitias, nempe virtutem et veram cognitionem, quam re ipsa conciliare solum scit philosophia. Sciebat enim, quod etiamsi philosophia sit eorum quæ sunt cognitio, actio tamen est ascensus veræ contemplationis. Ex contemplatione autem eorum quæ sunt, exquisita consideratio. Actione ergo videtur veram acquirere philosophiam. Talis erat quidem novus Joseph regula temperantiæ : qui adversus vitia et dæmones clara erexit tropæa : et fuit quidem ipse præclarus, multos autem præclariores reddidit suo exemplo. Quid mihi Socraticæ ad hæc admonitiones, aut leges Platonicæ, aut universa virtus gentilium, quæ ficta

(3) Hermogenes Tarsensis clari nominis rhetor fuit, cujus variæ exstant Oratoriæ institutiones, de petitione, de inventione, formis dicendi, gravitate, etc.

specie exerceter? Quis Solon legum decretis, ut hinc monitis activæ philosophiæ, quæ re ipsa et factis loquuntur, deduxit homines ad meliora studia? Quis Epimenides in rebus divinis adeo sapiens, vitæ divinæ multis fuit occasio? Per quem fuerunt quidem morte affecta vitia, purgata autem fuit anima et corpus, resplenduitque vita quieta et remota a negotiis : in quo et iræ fabricabatur camus, et frenum linguæ, et partium animæ exercebatur concentus. Ex quibus, et per quæ, pulchre efficiebatur unum genus; quod antiquæ pulchritudinis divinos emittebat splendores.

## CAPUT II.

*Sancti Antonii sacerdotium : præfectura monasterii : præclaræ in hoc munere virtutes : patris monachismus.*

11. Cum autem procedente tempore ad virilem pervenisset ætatem, et virilius activam exerceret philosophiam, lætus ejus præceptor propter incorpoream vitam in viri corpore, et tanquam propria glorians eum ducit ad illum, qui tunc tenebat clavum (4) pontificalem civitatis regiæ, ut initiaretur chrismate presbyterii. Qui non solum per gradus intermedios eum deduxit ad indumentum sacerdotii, sed illius testimonio eum etiam ordinavit, ut præesset monasterio : et de cætero novo Mosi traditur populi rectio, ut qui parva philosophia collegerit multam pulchre pascendi peritiam. Virtutis enim statuebat perfectionem non solum in eo esse sitam, ut ipse se recte gereret; sed ut etiam ex quadam redundantia esset omnibus regula. Non sunt enim tam sonoræ tubæ eo tempore quo stat instructa acies, ad milites ad pugnam excitandos, ut virtutis sudores eos qui sunt subjecti excitant ad acie decernendum adversus inimicos, qui percipiuntur intelligentia. Et quomodo dux exercitus adversus hostes omnem movet aciem, quando ipse pugnam inceperit, factis suos excitans ad virtutem; ita etiam qui sunt exercitus duces adversus vitia, cum fuerint redimiti præclaris coronis victoriæ, efficiuntur omnibus efficax admonitio.

12. Hinc erat ei perpetua propemodum inedia, et vigilia, et quæ nunquam intermittebatur precatio : ex quibus et per quæ erat corporis maceratio, et in carne vita carnis expers, et tranquillitas cogitationum. Hinc eorum, quæ oportebat, erat sincera disceptatio et judicium, et omnium simul voluptatum contemptio, et hyemis ac æstatis tempore corpus suum una amicire tunica, humique cubatio, et mensa nullo apparatu instructa, ut quæ pane et oleribus exciperet exercitatorem : non, ut multis, ad aliquot annos, sed a teneris unguiculis, a prima ineunte ætate perducta usque ad ultimam et senilem. Hinc erat austeritas temperata suavitate, et lenitate asperitas; ut neque reprehensio esset inutilis propter austeritatem, neque disciplinæ non pateret aditus propter asperitatem : adeo ut esset quidam per omnia bonorum concentus admirabilis. Licebatque videre (illic enim mea versatur cogitatio) tempore divini mysterii stantem sacerdotem ante ordinem monasticum, non secus atque Samuelem illum scribit oratio, totumque Deo affixum et tribunali, et cum Deo versantem immaculatis mentis applicationibus, et divinis contemplationibus effectum totum divinum, et pulchra mutatum alteratione. Mihi vero videntur divinæ quoque virtutes eum circumsistere, et ei ministrare. O divinum sacrificium! o perfectum efficiens mysterium! o vita, quæ ab eo degebatur, qui in corpore erat tanquam incorporeus.

13. Hæc videns ejus pater secundum carnem, desideravit mutare vitæ habitum, et indumentum induere monasticum. Nam quod ad virtutis rationem attinet, ei fere nihil deerat, ut cujus a meliori institutione tota vita penderet. Idque non per aliam manum, sed per illam sacram manum, cujus ipse fuerat agricola, hanc quoque gratiam cupiebat accipere. Pro omnibus alimentis postulabat, ut filii manu initiaretur, et suam vivendi formam mutaret. Regenerat ergo eum, qui genuerat : et ei, qui ortus corporis fontem præbuerat, animæ filius puram efficit regenerationem. Et cum aliquot annos fortiter jugum traxisset monasticum, plenum diérum, plenum virtutum, plenum gratiarum, tanquam maturum aliquem fructum, in cœlestia horrea, cum advenisset tempus, cum bona spe transmittit, laborum dignas coronas accepturum. Atque sic quidem admirabiliter res ejus se habebant. Neque enim fieri potest, ut omnia describat oratio.

14. Oblatum autem tempus tanquam lucrum accipiens, misericordis animi, quod jam diu ante conceperat, fontes aperuit, et rivos emisit misericordiæ, solventes squalorem pauperum, expromens quidem, si quid redundabat, ad illorum usum, expromens autem multa quoque ex necessariis. Non enim in iis, quæ redundant, impertiendis, sed in iis etiam quæ desunt, ille veram statuebat misericordiam. Et communis simul proposita erat utilitas divitibus et pauperibus : his siquidem solvens inopiam, illos autem eripiens ab invidia, quæ est reposita iis, qui nulla moventur misericordia : communis benefactor, communis curator, magistratibus et privatis, omnium mentes suo exemplo transformans et componens ad meliora, parum quidem verbis, factis vero plurimum provocans ad virtutem. Unde etiam erat reverendus magistratibus, reverendus iis qui erant in dignitatibus, atque ipsis adeo imperatoribus : recteque ei procedebat universum opus administrationis, nemine repugnante. Ex his autem non erat incredibile, quod Deus ad communem utilitatem multa quoque per ipsum fecit admirabilia, etiamsi quantum per virtutem erat potens facere miracula, tantum ut ea celaret et te-

(4) Is videtur S. Ignatius fuisse, aut ejus fortassis decessor S. Methodius, si senior quam conjecimus fuit Antonius. Tradunt autem Menæa invitum fuisse sacerdotio initiatum.

geret, nonnunquam cum fecisset, ænigmatibus et umbris assequeretur. Sed quod ad multorum venit cognitionem, et factum esse creditur, persequi tentabit oratio.

15. Nolebat una civitate, etsi sit tam magna, suam circumscribi commiserationem : sed ad quantam sol aspicit, eam contendebat extendere. Hinc manus scatentis misericordia participes erant Scythæ et Thraces, et cum aliis Mysi quoque qui sunt in Asia. Quin etiam cum ad eos, qui exercebantur in Olympo, quibus studium erat se fortiter gerere adversus vitia et dæmones, aliquando transiisset, et quidquid auri habebat in manibus, in usus eorum consumpsisset, reversus est ad civitatem, apud se agitans et undique considerans, undenam rursus vectigal compararet pauperibus. Sed non sivit eum Deus diu esse anxio animo. Rem autem facit, ut solet, admirabilem, et eum liberat a sollicitudine. Quidam enim ignotus, simul atque ingressus est civitatem, sive homo, sive angelus qui formam hominis susceperat, transeunti per porticum ex quodam angiportu accedens, ei tradit auri manipulum; et cum dixisset : Accipe, quod insumas in usus eorum, quorum curam geris, dicto citius evolavit et recessit. Et manus quidem habebat aurum, oculi autem non poterant assequi eum qui præbuerat. Hoc non est leve signum illius cum Deo conjunctionis : hoc est non leve indicium illius magni et excelsi animi : hoc Abrahæ benedictionis habuit multiplicationem, quod fuit hospitali dexteræ velut quædam sementis. Propter hæc bona magnus recte se gessit Antonius. Hæc manui pauperum amanti, ne suppeditans egeret, fuit occasio. Cum qua re Crœsi quidem illius Lydi felicitas, et aurei lateres, neque fabula Midæ potest conferri.

## CAPUT III.

### *Sancti Antonii patriarchatus, in eo labores. Leo imperator laudatus.*

16. Eum autem, cum in his esset, aspiciebat civitas, et virtutum non celabat magnitudinem; neque egregia facta terræ mandabat; fama vero excipiebat : et licet non adesset, eum omnibus ipsis factis ostendebat, et propemodum responsa ab ore omnium excidentia, futurum tanquam præsens prædicabant. Hæc canebantur in multis civitatibus, canebantur in agris, dicebantur in montibus, in antris, in gentibus. Per omnes enim pervadebat miraculum, et erat communis orbis terræ narratio. Hæc Ecclesiæ Christi sponsæ movebant amorem, ardebatque sitiens eum, quem diligebat, et quærebat tempus conjunctionis, et prævidens tempus desponsionis, spe dulci jucunde ducebatur. Sciebat enim fore ut præcedentis sponsi dignitate minime viduetur : sed cum transmiserit sacrosanctum virum, qui ab infantia ad Deum vocabatur, eum, inquam, qui ex corona nominatus fuit (5) Stephanus, ei qui ex fasciis est sacrosanctus, sacrosancte conjungatur, qui ex illius privatione ab ea acceptum mœrorem solvet. Cum itaque advenisset tempus, quo hæc fieri oportebat, suffragia universi cœtus pontificum et sacerdotum, et eorum qui vitam agebant monasticam, et ipsius quoque Senatus, ad dignum sponsæ Christi Ecclesiæ sponsum ferebantur. Hoc quoque magnus videns imperator, in omnem partem circumferens oculos cogitationis, semper curam gerens ejus quod urgebat, ut qui pulchre sciret metiri præteritum, et id quod adest, considerare, et per utrumque de futuro certam facere conjecturam, confirmavit electionem; vel potius Deus per ipsum obsignavit universum : et tanquam quempiam victoriam consecutum athletam transmittens ad Olympiam, evehit ad sedem pontificalem, majora habiturum certamina, et coronas præclariores.

17. Et deinceps habebat sponsa Christi eum, qui recte tenebat leges sacerdotii, et vivebat spei indigentium, et abunde effundebat misericordiam, et erat manibus pauperum propositus : qui in rebus divinis, initiabat, et iis, qui initiabantur, exemplar virtutis, imaginem fortitudinis, simulacrum temperantiæ et justitiæ ostendebat regulam : qui vitam magis, quam linguam, proferebat magistram. Sed non fuit contentus iis, quæ præcesserunt : non ad relaxationes aspexit, ut aliquis alius; neque pepercit senectuti : sed sudores succedebant sudoribus, et labores laboribus, et sanctis curis curæ magis sanctæ : et perinde ac alatus quispiam, virtute sancti Spiritus, in (6) senili corpore assumit vigentem animi alacritatem, et omnes Christi Ecclesias, tum precibus Deum placans, tum eas, quæ tempore laboraverant, et male erant affectæ, pro viribus recreans (7) : iisque qui e suggestu in inopiam deciderant copiosis succurrens suppeditationibus, et quotidianis proventibus distribuens eleemosynam innumerabilibus pauperibus. Quamobrem et qui laborabat inopia, lætum diem agebat, et hospes obliviscebatur patriæ, et orphanus lacrymabatur, et viduitatis ferream fornacem exstinguebat vidua. Quis tantam curam gessit justitiæ? Quis injuria affectis magis fuit salutaris? Quis eorum, qui injuriam faciebant, sic propulsavit impetus? Quis lites composuit? Quis nimis erectum detraxit supercilium? Quis superbum et arrogantem animum traduxit ad moderationem? Omnia et per omnia ipse suo exemplo complanabat, salutare medicamentum affectus morbis animæ. Sed quis ex pauperibus cum aspersisset lacrymis forum judiciale, ut jus suum obtineret, cum paupertate

(5) Hic est, de quo ante dictum, S. Stephanus patriarcha, Basilii Macedonis imp. filius, Leonis frater, qui colitur 17 Mali, quo mortuus, tertio anno Leonis, Chr. 888.

(6) Hinc patet, quod antea diximus, sexagenarium, aut non multo minorem fuisse.

(7) Menæa ita habent : Καὶ τοῖς ἀπορίᾳ συνεχομένοις τῶν κληρικῶν, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεῶς ἐχουσιν, ἀφθόνῳ τῶν χριμάτων χορηγίᾳ, τὴν παροῦσαν ἀπορίαν διέλυε· *Inopiam quoque clericorum, qui necessariis quoque rebus destituebantur, liberali pecuniarum erogatione sublevabat.*

abiit, deflens quod jus suum non posset assequi? Quænam autem vidua, quis orphanus, si venissent in ipsius conspectum, aut ipsam postea deflevit orbitatem, aut non levatus fuit calamitate? Omnibus aderat sua providentia, malum, quod unicuique afferebat molestiam, suis auferens beneficiis, verbis consolans, auro opem ferens, tegens vestibus. Videbant etiam quædam supra rationem in ipso convenire, quæ secundum naturam non conveniunt; austeritatem et suavitatem, humilitatem et gravitatem, severitatem et lenitatem. Quorum alia quidem applicabat iis, quibus vis afferebatur; alia autem iis, qui vim afferebant: et alia quidem erant medicamenta, quæ superbiam et fastum detrahebant eorum, qui adversus proximum attollebant supercilium; alia autem recreabant id, quod erat afflictum.

18. His Ecclesiæ cœtus traducebatur ad meliora, Deusque propitius, et magnus imperator gaudens delectabatur. Incorrupti vero animi videns in suffragio judicium, quod in rebus ipsis falli non posset, cum per ipsum statuisset vetus Ecclesiæ ulcus, seu (8) schisma, ad cicatricem deducere, in unum cogit orientalia et (9) occidentalia: et cum philosophiæ florem arte dicendi temperasset, linguam profert salutarem, et justa persuasione, læto vultu et ridentibus oculis solvit offensiones, et re ipsa ostendit, quantum intersit inter regem in doctrina educatum, et potestatem quæ ejus non est particeps; tunc maxime temperans viventem Ecclesiæ craterem in pontifice, qui mensam proposuit activæ philosophiæ bonis lautam et refertam, decebatque et imperatoris philosophi, et pontificis in agendo industrii illud magnum et admirabile opus esse et studium, per quæ est incorruptum judicium, et tribunal muneribus impollutum, et continuorum judiciorum sapiens excogitatio: per quæ et libere loquitur et sic gerit justitia, et locum non invenit adversaria: per quæ et reprimi poterant orphanorum lacrymæ, gemitusque viduarum, omnisque malignæ et dolosæ machinationis nodi dissolvi, et dux exercitus imperium accipere præmium virtutis, et e turpi lucro manum præbere mundam communia et publica; et dives non sustinere bonorum publicationem, et pauper nulla affici contumelia; et agricola sulcos jucunde proscindere, non timens vectigalium exsolutionem agri, cujus fructus non percepit. Horum manus in cœlum extensæ, et rivi lacrymarum emissi ex oculis, Deum jam olim placaverunt, et quam, qui eis erant subjecti, justam iram in se suis peccatis provocaverant, eam lacrymarum fluentis (O benignam et clementem mentem!) sedatam immutarunt, et lacrymas omnium represserunt, fusis misericordiæ lacrymis, et sua in eos, qui erant ejusdem generis, misericordia, e superis divinam attraxerunt misericordiam, et terræ faciem, quæ squalore et siccitate interibat, divinas miserationes coegerunt renovare.

19. Hæc sunt philosophicæ mentis facta præclara, quæ sunt germana factis Mosis et Aaronis, conferenda cum factis Eliæ et Elisæi, similia factis Davidis et Samuelis. Magnum illius virtutis indicium, quod tunc curam sustineret pontificalem, quando imperator a pueris laute nutritus justitiæ, non se dans voluptatibus, non recusans labores, quorum fructus sinceram afferunt voluptatem; sed se doctrinæ dedicans et eloquentiæ, philosophiam magis, quam alia bona, ut quæ propter ipsam conferantur, eligendam esse ducens, concionantem movebat linguam, quæ profundebat verba melle suaviora, similia verbis Salomonis, conferenda cum Davidis. Quo tempore magis apponebat mensam verborum quam ciborum, et dogmatum tanquam ex fonte aliquo fluentum copiose emittebat, et Scripturæ profunditatis citra offensionem latens sensus ab eo investigabatur, et universus bonorum chorus poterat loqui libere.

20. Cum in his esset homo Dei, et florentem doctrinam videret cum virtutibus in imperatoris anima, quæ juvenili utebatur corpore, et vestigia antiquæ felicitatis, et universum alium consequentem statum tam civilem, quam œconomicum, et quæcunque de judicio rerum habita oratio, morum tribuit disciplinæ, gaudio totus diffundebatur, et Deum laudabat, rem eam ducens occasionem gratiarum actionis, et dicens se ab imperatore lubenter superari; qui etsi mundanis obruatur sollicitudinibus, accuratius tamen res assequitur, quam ii qui in spiritualibus rebus consenuerunt, tum ingenii felicitate, tum dicendi facultate: et cum aliis ea quoque apprime sciat quæ pertinent ad animam, tanquam qui non solum corporibus, sed etiam animis imperet solertia ingenii et mentis acumine.

21. Unde etiam tanquam sui pudore affectus vir ille admirabilis, omnem sui curam despiciebat in ætate illa senili, corpus omnino negligens, et ea quibus sciebat id recreari, et quæ ad opem ferendam animæ in certaminibus virtutis, corpus minime læderent. Quamobrem in longa inedia, et vincendo dolores corporis, suscipiebat labores, qui vires corporis superabant; quod quidem est naturæ inimicum, et quod aversatur ars medicinæ. Etsi esset ejus corpus calidius temperatione, et significaret, non esse ei aptum quod deficit, ne videretur tamen

(8) Schisma a Photio invectum intelligit. Nil mirum desiderari hujus conc. Acta, a Græcis, recrudescente post longum tempus schismate, penitus erasa. Minime dubium est, in hoc concil. damnata, vel emendata, quæ in Constantinopol. pseudo-concil. post mortem S. Ignatii habito, gesta ac statuta erant.

(9) Non arbitror Latinos episc. eo evocatos, nisi si qui Constantinopol. imperat. subjecti erant. Adfuerunt tamen fortassis aliqui a pontifice legati, quandoquidem antea ab eo petiisset Leo, ut qui a Photio pseudo-patriarcha sacris initiati ordinibus erant, interque eos Stephanus frater suus, munere fungi suo possent. Qui hic occidentales dicuntur, sunt qui Europam incolebant.

esse remotus a natura hominum, quid fit? Anima nonnunquam veluti in se contracta, et ad Deum excedens, vi naturæ, veluti consulto procurans corpori relaxationem, parum remittebat laborum tenorem perpetuum. Hoc autem iis quidem, qui recte nolebant intuerl, esse visum est ostentatio; iis vero, qui erant recti corde, et non tardi ad adspiciendum vetera Patrum exempla, virtus et summum virtutum, et re vera ad Deum excessus et emigratio. Talis cursus, talis vita, talia ejus recte facta. In necessitatibus tolerantia, in fortunæ casibus magnus et excelsus animus, in laboribus perpetua constantia, in ærumnis fortitudo, in laboribus pro virtute, animi alacritas, in imbecillitatibus robur, in morbis, minime omnino cedere et consumi.

## CAPUT IV.

### *Sancti Antonii obitus, sepultura, miracula.*

22. Sed venit morbus ultimus, et aderat excessus, et quæ ad excessum pertinent : et humana arguebatur imbecillitas, intima penetrante febre, et depascente humorem naturalem, et dissolvente vires illas adamantinas. Ille autem benigno aspectu, omnes prosequens benedictionibus, ultimam dedit salutem : et cum lingua esset impotens, sacra manus obsignavit eas, quæ dici non poterant, benedictiones, Deusque eum vocabat ad supernum tabernaculum, et chorus Angelorum eum quærebat, qui ipsum in terra recte est imitatus : a venerandoque et sacro corpore divina separata anima vespere, cum accenduntur lucernæ, cum lampade virginitatis plena oleo sublatus fuit ad magnam lucem.

23. Nox deinde est consecuta, et fit miraculum, quod potest conferri cum iis, quæ unquam fuerunt, miraculis, quod publicabat illius germanam ad Deum fiduciam, et aperte describens magnitudinem virtutis. Nam cum consuetum signum ex alto patriarchæ decessum, circa magnum templum civitati significasset, mulier paupercula, quæ per manum beneficio afficientem sibi quotidianum parabat alimentum, cum ex vehementi lapsu crus haberet fractum, in tugurio facto ex fœno et palea jacens immobilis, audita causa ejus, quod significabatur, tristi nuntio repente voce privata, ad apoplexiam tendebat et paralysim. Cum autem parum respirasset, et ad se rediisset, flevit et ejulavit miserabiliter, et lamentari incipiens, tragice deplorabat calamitatem, appellans benefactorem, servatorem, nutrimentum esurientium, nudorum tegumentum, opes indigentium, dicens : O duram et immanem hanc noctem, in qua exstincta fuit benigna lux pauperum! O tristem noctem, quæ obscura effudit tenebras oculis pauperum! O Eva prima parens, et inobedientia, et invidia, et serpens, et mors, humanæ naturæ pœnæ inevitabiles! O simul mecum nutrita paupertas, quæ perpetuo assides, et acerbe invadis, non habes ergo amplius venerandam et sacram manum, quæ tuam a nobis expellat deformem feritatem! Secure deinceps invade, insulta jacentibus : cum corporis confractione spes quoque est confracta vitæ, periit pauperum viaticum. O quænam Erinnys meas pedum plantas mutilavit, ut nec funus quidem, quod effertur, possim consequi ejus, qui multos extraxit a sepulcro molestiarum? Cum hæc et plura alia, ut est verisimile, deflendo diceret mulierula, et acerbis perfunderetur lacrymis, molestiaque et doloribus ei vires defecissent, somno opprimitur, et dulci somnio videt accedentem patriarcham, manu signum crucis in ejus fractura effingentem, et dicentem : Jam es curata, et citra impedimentum tibi licet ingredi; et evanuisse protinus ab oculis. Somnium autem fuit res ipsa, et quæ fuit in somnis visio, est veritas. Nam cum a somno esset experrecta, etsi dolores ei amplius nullam afferrent molestiam, rei tam admirabili, et tam præter opinionem non poterat credere mulier, sed putabat se adhuc ali somnio. Sed cum perfectius excitata sustulit dubitationem, læta exsiluit, gratias agentibus vocibus narrans miraculum, et salutem sibi datam publice celebrans.

24. Alia quoque mulier, quæ laborabat diuturna plaga occulti morbi, non secus atque illa quæ laborabat profluvio sanguinis, tactu loculi suffuratur salutem, et liberationem a longo tormento invenit brevi momento temporis. Quis Æsculapius, quis Chiron tale temperavit medicamentum? Quanam medendi disciplina potest inveniri hujusmodi genus curationis?

25. Sed venerandum quidem et sacrum corpus, cum multorum manus vix tandem effugisset, alios aliunde partem aliquam festinantes accipere; confluebat enim undique multitudo, omne genus, omnis ætas, utpote quod cum appropinquarent exsequiæ, imbecilli plurimi violento impetu studerent rapere aliquam partem et salutis animæ sibi aliquod auferre viaticum, robore tamen et studio eorum, quibus sapienti consilio impositum fuerat, ut hæc reprimerent, postquam mandatum est sepulcro, et natura terræ solvit debitum, et lutum datum est pulveri; ne sic quidem sivit figulus lutum inhonoratum, sed etiam conditum sepulcro, honorat miraculo.

26. Quidam enim ex iis, qui præerant texendæ lanæ sericæ imperatoris, correptus morbo lateris, cum vidisset præcisam sibi omnem spem salutis, et medicum dies numerantem, et horas observantem, et tempus curiose inquirentem, et his tempus terentem; uxorem autem et liberos cum ultimis aspergentes lacrymis, et dolorem graviorem efficientes ejulatibus; cum ergo hæc vidisset, et omni humana ope morbum potentiorem, confugit ad divinum ejus servum Antonium : et cum se unxisset oleo, quod lumen alebat in loculo, (nam cum esset fidelis, habebat modicum, quod acceperat) morbum statim fugat, et fruitur curatione, et præter omnem

spem accedit ad loculum, confitens, et beneficium clara voce prædicans.

27. Cum vero capsa pontificis octavo die post justa facta, quoniam non recte se habere videbatur, mutaretur in meliorem, novus quidam et insignis odor unguenti sacratissimi, implevit sensum eorum, qui aderant, tacite honorans eum qui jacebat, et describens eam, quæ intercedebat cum Deo, conjunctionem et familiaritatem. Nam qui hanc caruncula, in quam cadit interitus, Christum magnificaverat, et mysticus quidam bonus odor ei fuerat ostensus, ut prius describitur apostolicis eloquiis; merito etiam dignatur gratia, quæ spirat unguentum, virtutem immortalem prædicante operationem.

28. Nonus autem magnificentius præbuit miraculum, ad beneficium pauperum, qui ab ipso de more alebantur, vel potius a Deo per ipsum, qui etiam per Mosem in deserto alimentum pluit admirabile : et viduæ Sarephtanæ, adventu prophetæ, parvum multiplicavit viaticum : quinque vero panibus, quinque millia; et rursus septem, aluit quatuor millia, et certos testes, quæ satietati reliquiarum super fuerunt sportas, præbuit. Miraculum autem erat hic quoque additamentum ciborum, qui distribuuntur pauperibus. Id vero erat panis et frumentum coctum, non numero quidem indefinito, sed quantum definita mensura distributionis solebat sufficere mille animabus. Quin etiam erant omnes eædem mensuræ, quæ solebant, iidem cophini qui acceperunt, eædem manus eorum qui ministrabant. Et numerus quidem fuit consumptus eorum, qui tesseras ferebant manibus, (iis enim prius distributis, numerabatur mille hominum multitudo) remanserunt autem tres cophini, qui sufficerunt pauperibus, qui venerunt absque tesseris.

29. Cujusmodi autem fuit id miraculum, quod factum est in Leonem patricium, qui præerat militaribus numeris, dicatur a nobis. Vir ille laborabat difficultate anhelitus, quod causis, quæ affluxerunt, obstructa essent instrumenta, et anhelitus liberum non haberet meatum. Qui cum adeo graviter obsideretur, tenuemque et imbecillam vocem ederet, aderant quidem qui ad eum genere attinebant, maxime ejulantes (eos enim, qui sunt gloria insignes, mors magis exagitat); ei autem nusquam erat morbi solutio, nisi a solo divino Pastore. Accedit enim ad eum dormientem, et cum eum e lecto excitasset, rogavit, quemadmodum morbus se haberet. Qui tangens caput et membrum, quod dolebat, non Pæanicum remedium, neque medicamenta Chironis suis applicabat manibus, (nam neque aliis est ex his rebus curatio) sed cum adhibuisset preces morbo convenientes, et incomparabilem malorum nostrorum curatorem Christum invocasset, ille quidem liberatur a gravi morbo; verus autem fuit precum eventus : protinus enim convaluit, absque impedimento miraculum aperiens, et in tota domo suam salutem celebrans. Hæc sunt facta pontificis in ejus dormitionem. Quæ autem in oratione a me sunt prætermissa, in juvenili ejus ætate facta miracula, ea narrabo repetens.

30. Cum olim esset ætate juvenis, et Davidicam pulsaret citharam in templo Divi Theodori Martyris, quod erat situm super quoddam cœmeterium, in quod projiciebantur cadavera condemnatorum, vidit quosdam duos aspectu deformes, (solent enim plurimum tales, quales sunt, apparere) apud se iracunde dicentes : Abeamus hinc. Præsente enim adolescente, non sustinebimus hic manere. Qui quidem repente aufugientes, simul cum hoc verbo evanuerunt. Hoc ostendit potestatem, quæ prius sancto in eos data fuerat.

31. Hoc quoque secundum conscribatur, quod præcedenti fuit æquale tempore. Mulier illustris, in equo transiens per monasterium cum mundo muliebri, prope fracta delapsa est in terram. Nam cum divinus Antonius tunc esset inter adolescentes, et improviso esset e porta egressus, contigit currum repente conturbari, quod ex alto deorsum deturbasset, nisi eam conservassent, qui cum ipsa ambulabant. Illa autem conturbata eo quod acciderat, venerandum ludificabatur habitum, ut in rebus hujusmodi solent, qui sunt pusilli et abjecti animi. Cui dixit is qui erat perfectus in juventute : Mulier, noli eum incessere maledictis; meis enim manibus venies ad hunc habitum. Hæc dixit sanctus; et cum multi anni præteriissent, ad effectum pervenit prædictio, cum ipse quidem beatus horum esset oblitus, mulier vero ei revocasset in memoriam, et aperuisset eum esse, qui hæc tunc ei denuntiasset.

## CAPUT V.

*Sanctus Antonius cum veteribus SS. comparatus : invocatus ab Auctore.*

32. Hæc sanctorum Deus, qui omnia facit et transformat, qui dat alimentum omni carni, qui aperit manum, et implet omne animal benedictione; qui glorificat eos, qui ipsum glorificant, et est mirabilis in sanctis suis. Sed quoniam brevi calice orationis tanquam magno mari, admirabilis Antonii, et magni inter patriarchas, parvam vitam hausimus, age ex doctorum comparatione discamus discipulum. Adam habetur in admiratione, ut principium et radix generis. Sed hic quoque fuit princeps et auctor multorum, qui non sunt nati ex conjunctione corporum, sed sunt multiplicati spiritali conjunctione : quibus non obligerunt pœnæ paternæ damnationis; sed donorum potius hereditatem, nempe vitam æternam, non mortem, sibi conciliarunt : per quam exprimitur vera et germana paterna cognatio. Et illi quidem cessit ferarum natura; sed non eorum, qui intus erant, et cohabitabant. Hinc serpens et invidia et dolus mortem sunt fabricati. Hic autem imperio rationis cum quidquid est ferum et agreste reddidisset obediens, nullum inimico ad fraudem aptum reliquit instrumentum. Abel fuit primus operator Deo acceptorum

sacrificiorum; sed cruentorum, et partis quæ caret ratione. Hic autem sacrificus incruenti sacrificii, cujus illa erant typus et umbra ratione sacrificans et spiritu, et quotidie seipsum immolans, a ratione alienarum animi perturbationum mortificatione, erat invidia superior et ejus fœtibus, dolo et cæde, et universa denique simili catena. Magnus fuit Seth; sed habuit nepotes ex conjunctione cognationis, quæ fratrem occiderat, qui magnitudine corporum describebant delicti magnitudinem. Hic vero illius quidem virtutem superavit; iis autem, qui ex ipso nati erant spiritaliter, nullum fere dedit aditum per bona sua præcepta et monita, ut essent vitii participes. Enoch et Noe ille quidem beatus ducitur propter translationem; hic autem, quod omne genus animantium conservarit in diluvio. Noster vero hic quoque exemplis non inferior, est moribus superior: et translatio non habet lætitiam, quæ spe mortis interrumpatur, sed vitæ æternæ successio puram percipit voluptatem: et servat arcam, non plenam animantibus rationis expertibus; sed Ecclesiam, cujus illa sunt imagines, omni genere et ætate rationis participum refertam.

33. Cum Abraham vocationi ejus, qui ipsum vocavit e paterna domo, emigrando peregrinus effectus paruit usque ad mortem. Sed ille quidem fugiens errorem cultus dæmonum, quem fugere vel ipsa docet natura et mens, quæ dominatu deterioris non omnino perdidit vim judicandi, tenebras et mortem luce commutavit, et pietate impietatem, quæ sunt res per se expetendæ universæ naturæ, quæ est particeps rationis. Hic autem a pueris lacte pietatis enutritus, et vivens in iis, quæ erant expetenda, (nullius enim rei fugiendæ ne vestigium quidem ullum unquam admiserat) perfectiori judicio quærebat magis pium statum et magis eligendum; vita vitam, et luce lucem, et eligendis, ut semel dicam, permutans magis eligenda. Quantum vero interest inter eligenda, et ea quæ sunt magis eligenda; tantum etiam omnino interest inter eos qui eligunt. Sed Abraham quidem eos hospitio accipiens, qui transibant per Mambre, semel imprudens hospitio accepit angelos. Hic vero totius orbis terræ pauperes perpetuo excipiens, Christum hospitio per totam vitam excipiebat, qui ineffabili benignitate ea, quæ sunt illorum, sibi attribuit: per quæ non in specie angelorum, sed in rei veritate, omnium effectricem Trinitatem in animam admittens, non habuit promissionem unius filii qui carnali præter spem erat nasciturus conjunctione; sed ut multorum potius filiorum activæ philosophiæ conjugio, in spiritu vocaretur pater, habuit promissionem, et præter spem vidit multiplicationem dignam promissione, ut qui non trecentorum vernarum irruptione, multorum regum represserit impetum; sed virili impetu tripartitæ animæ, universam everterit aciem eorum, qui invadebant, et tyrannice id, quod est cognatum, per voluptatem redigebant in captivitatem, sub ficta regni specie.

34. Cum Isaac ascendit, cœlestem patrem sequens jubentem, non in tumulum aliquem, sed in montem virtutum, onustus lignis continentiæ. Per quæ in ara cordis desiderii ad Deum ignem accendens, se hostiam præbuit acceptam. Invenio autem eum valde esse Jacob imitatum, non solum in eo quod non fictis moribus varie vitam suam instituerit, sed etiam in eo, quod recessit a patria, et in aliena regione degere statuerit: sed non propter cohabitationem mulierum, sororum, sed propter virtutum sororum desiderium, contemplationis, inquam, et actionis; ut actione particeps esset contemplationis, et quæ quidem ad unum fontem, nempe ad primum bonum, referuntur et erigunt; per quas multiplicatione insignium, non a ratione alienarum pecudum, sed ratione præditarum, evasit insignis inter patriarchas.

35. Aaron fuit primus pontifex, sed typici et umbratilis tabernaculi. Hic autem veri, et cujus illud erat figura. Cum Mose fuit Dux novi Israelis. Cum Samuele fuit sacer ab infantia, et ad senectutem usque Deo serviens. Imitatus est Davidis mansuetudinem, et, si vis, etiam fortitudinem: ut qui non adversus Goliath, hominem quemdam magnitudine corporis gloriantem, se recte gesserit; sed adversus Goliath qui percipitur intelligentia, malignum, inquam, et carnis, expertem dæmonem, cum virga continentiæ egressus est virga fidei, et præclarum erexit tropæum. Elias effugit insidias Jezabelis. Hic autem insidias impudentis peccati. Habuit cum Eliæo duplicem Spiritus gratiam, ut qui monasticis et sacerdotalibus donis esset ornatus. Et ut eos, qui intercedunt, omittamus propter multitudinem, Joannis, vitam non agens solitariam, in media civitate imitatus est philosophiam. Hic quoque quod ad se attinebat, habebat mensam absque ullo apparatu, et hic ex pilis contexta veste corpus tegebat, et veluti quadam pellicea zona, nempe perturbationum animi mortificatione, lumbos suos constringebat, et ad eum confluebat non una civitas, neque una gens, sed turbæ plurimæ populo frequentis civitatis, collectæ ex omne genus gentibus et civitatibus, tam orientales, quam occidentales; non aqua tingendæ, sed spirituali purificandæ mysterio, quod peragebatur divinis instrumentis illius manus et linguæ, et initiabat eos, qui dignabantur communione deificæ participationis.

36. Apostolorum autem sequens doctrinas et traditiones, et eis suam vitam semper componens, factis germanum confirmavit martyrium, in quod martyrum zelum haberet pro pietate, et quotidie sua moreretur conscientia; monasticorum laborum diuturna et acerba perpessione: quod martyrica virtute nulla in re est abjectius. Omnium ergo sanctorum et justorum, illorum quidem mores, horum vero cursum, aliorum autem actionem, simul vero omnium ad primum bonum, vehementissimum et constantissimum imitatus est desiderium. Quo nunc aperte fruens, protegas et defendas, o

divinum et sacrum caput, sacrum gregem, et tuis precibus corrobora sceptra pietatis, et manum præbeas piæ potentiæ, mundi curas cum eo participans : et intercedas apud Deum assistens sine intermissione pro eo, quod orasti, cum esses cum ipso, et ejus vitæ interesses : et mundanam ei con- A serves navem in tuto portu divinæ tranquillitatis, omnes sedans turbines et tempestates improborum, et obruens insultus inimicorum, tam eorum, qui sub oculos cadunt, quam qui non cadunt, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potentia nunc et semper, et in sæcula sæculorum, Amen.

# ANDREAS

## CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPUS.

## NOTITIA

(Cas. Oudin, *De script. eccles.*, tom. II, p. 93)

Andreas Cæsareæ Cappadocum archiepiscopus, de quo eximie Guillelmus Cavus in *Historia scriptorum ecclesiasticorum*, ad annum 500. pag. 379, his verbis : « Andreas Cæsareæ Cappadocum archiepiscopus, vixisse videtur circa exitum seculi VI ac floruisse anno 500. Incerta enim prorsus illius ætas, nec ulla ejus apud veteres mentio. Id tantum certum, eum post Basilium ac Cyrillum Alexandrinum et ante Aretham Cæsariensem scripsisse. Scripsit ad Macarium quemdam *Commentarios in Apocalypsim*, quos Latine vertit Theodorus Peltanus, Soc. Jesu. Exstant Græco-Latine ad finem Commentariorum sancti Chrysostomi *in Evangelium Joannis*, in editione Morelliana tomo VIII. » Ita Cavus fere verbotenus ex Bellarmino, quem etiam non nominatum expressit; quam mihi culpam tam sæpe Cavus, alios etiam sæpe exscribens, exprobrat. Unum tamen Bellarminus addit, quod Cavus suppressit, nempe quia cum non legisset Commentarios istos Andreæ Cæsariensis nomine inscriptos, errare post Bellarminum timuit. Addit ergo Bellarminus, Andream in Commentario *Basilium Cæsariensem sæpe citare*. Quod certe falsum est, quem ne semel quidem in *Commentario* suo Andreas allegavit, licet plurimorum Patrum aliorum et verba et nomen in opere suo expresserit. Porro mss. codices hujus Commentarii, maxime in bibliothecis variant, ut habet Lambecius libro IV seu tomo Commentariorum bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, ad codices mss. theologicos Græcos 172, 173 et 174, pag. 180, his verbis :

« Codex ms. Theologicus Græcus 172, est chartaceus, mediocriter antiquus, in folio, constatque foliis 120, et ad Andream Taumarum Epidauriotam olim pertinuit. Continetur eo, *Andreæ Cæsariensis in Cappadocia, archiepiscopi Commentarius in Apocalypsim sancti Joannis apostoli et evangelistæ*, cujus præfatio inscribitur atque incipit hoc modo : Ἀνδρέου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας ἐπιστολή. Κυρίῳ μου ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ. Πολλάκις αἰτηθεὶς παρὰ πολλῶν ἐξ ἀγάπης, μείζονα τῆς ἐμῆς δυνάμεως ὡς ἐσχηκότων ὑπόληψιν, etc. Ipse autem Commentarius incipit his verbis : Ἀποκάλυψις μέν ἐστιν ἡ τῶν κρυπτῶν μυστηρίων δήλωσις, καταυγαζομένου τοῦ ἡγεμονικοῦ εἴτε διὰ θείων ὀνειράτων, εἴτε, etc. Primus hunc Commentarium, sed Latine tantum edidit Theodorus Peltanus Soc. Jesu, Ingolstadii, typis Davidis Sartorii 1584, in-4. Eodem quoque modo exstat idem Commentarius in Magna Bibliotheca veterum Patrum Græco-Latina Parisiensi, anni 1654, tomo I, a columna 1529 usque ad col. 1622.

172, Codex ms. Theologicus Græcus, est chartaceus, mediocriter antiquus, in quarto, constatque foliis 151. Continetur eo, *Andreæ Cæsariensis in Cappadocia archiepiscopi Commentarius in Apocalypsim sancti Joannis apostoli et evangelistæ*, sed perperam attribuitur Origeni, ut videre est ex titulo Præfationis, qui ibi talis est : Εἰς τὴν τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου Ἀποκάλυψιν ἐξήγησις Ὠριγένους, θαυμαστῶς τὴν ἀσάφειαν ταύτης εἰς φῶς παράγουσα. Ipsa quoque Præfatio ibidem in principio est mutila, et quasi integra esset, incipit hoc modo : Προοίμιον. Πρῶτον μὲν οὖν ὡς οἶσθα καὶ αὐτὸς, πᾶσα θεόπνευστος Γραφὴ, etc. *In sancti apostoli atque evangelistæ Joannis Theologi Apocalypsim, Commentarius Origenis, mirabili modo obscuritatem illius ad lucem adducens.*

« Codex ms. 174 theologicus Græcus, est chartaceus et bonæ notæ, in 4, constatque foliis 83, qui ad Joannem Sambucum, ut ipse solita propriæ manus inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo, *Andreæ Cæsariensis in Cappadocia archiepiscopi Commentarius in Apocalypsim sancti Joannis apostoli et*

*evangelistæ*, sed perperam ibi attribuitur Methodio monacho, ut ex sequenti inscriptione videre est : Ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου, τοῦ ἠγαπημένου καὶ θεολόγου, ὑπὸ Μεθοδίου μοναχοῦ ἑρμηνευθεῖσα. *Apocalypsis sancti apostoli et evangelistæ Joannis, dilecti et theologi, a Methodio monacho interpretata.* Similiter etiam ibidem, in fine ejusdem Commentarii legitur : Τέλος τῆς Ἐξηγήσεως Μεθοδίου μοναχοῦ εἰς τὴν Ἀποκάλυψιν Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου. *Finis Expositionis Methodii monachi in Apocalypsim Joannis Theologi.* Quibus constat auctorem hujus Commentarii esse maxime incertum; cum nunc Andreæ Cæsareæ in Cappadocia archiepiscopo, nunc Origeni auctori antiquissimo, nunc Methodio monacho, in mss. codicibus ascribatur, ad quem pertinere creditur.

« Denique codex ms. theologicus Græcus 248 num. 24, et quidem a fol. 124, pag. 1, usque ad folium 173, pag. 2, idem continet absque nomine auctoris, ut habet Lambecius tomo V Commentariorum hujus bibliothecæ, pag. 141. » Præter istud exstabat olim in patriarchio Constantinopolitano, vel etiamnum exstat ms. *D. Andreæ Cæsareæ Cappadociæ metropolitæ Explicatio in visiones Danielis prophetæ*, ut habet Antonius Possevinus ad calcem *Apparatus sacri*, p. m, 45.

Exstat quoque in bibliotheca Bodleiana in mss. Baroccianis codice 212, num. 4, *Andreæ Cæsariensis episcopi Commentarius in Apocalypsim* Græce fol. 108 : Πολλάκις αἰτηθεὶς ὑπό, etc. Itemque in bibliotheca nostra Lugduno-Batava, inter mss. codices Græcos Isaaci Vossii, ab ejus hæredibus emptos, codice 26, n. 3, *Andreæ Cæsareæ archiepiscopi Commentarius in Apocalypsim.*

Bernardus de Montfaucon, monachus Benedictinus congregationis Sancti Mauri in Gallia, in *Diario Italico*, anno 1702, Parisiis in 4, apud Joannem Anisson impresso, cap. 15, splendide admodum loquitur de bibliotheca monachorum Sancti Basilii Romæ, quam Petrus Mennitius, ordinis præfectus, ingenti Græcorum mss. copia codicum adornavit, quos in variis sibi subjectis Calabriæ monasteriis, neglectos intactosque jacere audiverat. Hos inter libros, pagina 216, enumerat hujus operis duos codices Græcos mss. in hac bibliotheca exstantes, his verbis : « Codex bombycinus XIV sæculi : Ἀνδρέου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας τῆς Καππαδοκίας, τῆς πρὸς τὸ Ἀργέῳ, εἰς τὴν Ἀποκάλυψιν ἑρμηνεία. Initium : Πολλάκις αἰτηθεὶς ὑπό, etc. Hoc est, *Andreæ sanctissimi archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ, ad montem Argæum, interpretatio in Apocalypsim*, etc. Opus excusum cum sanctissimi Joannis Chrysostomi operibus, et Andreæ Cretensi vulgo adjudicatur. Item pag. 221, de codice altero et antiquiore, *Andreæ Cretensis in Apocalypsim* in codice bombycino, ubi, deletis iis quæ prius scripta fuerant, erantque XI sæculi, hoc Andreæ opus descriptum fuit. Andreæ Cæsareæ in Cappadocia episcopo, idem opus superius ascribitur. » Hæc Bernardus de Montfaucon loco citato.

Diffusius ista retuli, ut maximam partem Græcorum mss. codicum in Europæ bibliothecis exstantium, Andreæ Cæsareæ Cappadocum archiepiscopo faventem esse lector audiat : quorum unus tantum Origenis, duo Methodii monachi, unus Andreæ Cretensis, quinque autem Andreæ Cæsariensis archiepiscopi nomen præ se ferant. Majus autem adhuc argumentum ad Commentationem huic Andreæ attribuendam desumeretur ex Commentario Arethæ, Cæsareæ Cappadocum archiepiscopi, in Apocalypsim, Græce et Latine Parisiis anno 1631 ad calcem Operum Œcumenii impresso, pag. 640, sub hoc lemmate : Ἐκ τῶν Ἀνδρέᾳ τῷ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Καισαρείας Καππαδοκίας εἰς τὴν Ἀποκάλυψιν πεπονημένων θεαρέστως σύνοψις; σχολικὴ παρατεθεῖσα ὑπὸ Ἀρέθα ἀναξίου ἐπισκόπου τῆς Καισαρείας Καππαδοκίας. *Brevis quædam Explicatio ex Commentariis beatissimi Andreæ Cæsareæ Cappadociæ archiepiscopi divinitus elaboratis, exposita ab Aretha indigno Cæsareæ Cappadociæ episcopo.* Cum autem hic scriptor vix ante sæculi IX medium scripsisse hunc Commentarium credatur, Arethas Ecclesiæ ejusdem archiepiscopus et Andreæ successor, qui anno 914 certo præfuisse legitur, testis idoneus et omni exceptione major est, ad commentationem hanc Andreæ prædecessori asserendam, cujus ab ætate annis 60 vel circiter recentior fuisse habetur.

Jam ad editiones hujus operis, quæ omnes sub Andreæ Cæsareæ Cappadocum archiepiscopi nomine exstant, veniamus. Primam omnium ex mss. codicibus Bavarico et Augustano, edidit Latine tantum Theodorus Peltanus Soc. Jesu, anno 1584, Ingolstadii, in 4. Alteram Græce et Latine cum mss. codicibus collatam, notisque illustratam Fridericus Silburgius Heidelbergæ anno 1596, in folio, quæ cum Operibus sancti Joannis Chrysostomi Græco-Latinis editionis Commelinæ adjungi solet, atque etiam habetur tomo VIII Morellianæ editionis Græco-Latinæ Parisiensis in folio. Editio autem Peltani Latina transiit in *Bibliothecam Veterum Patrum* omnium fere editionum, anni 1589, Parisiis tomo I, col. 1262; 1609, Parisiis tomo I, col. 1049; 1624, Parisiis tomo I, col. 1529; 1654, Parisiis in Magna Bibliotheca Veterum Patrum tomo I, col. 1529 usque ad col. 1622. Sic autem in Præfatione Latinæ suæ versionis anno 1584, Ingolstadii in 4, editæ Theodorus Peltanus :

« Quis Commentarii hujus auctor exstiterit, candide Lector, satis opinor, ex titulo toti operi præfixo aperte constat. Quo tempore autem vixerit aut Cæsariensi Ecclesiæ præfuerit, id certo nondum comperi. Basilio Magno ejusdem sedis antistite posteriorem fuisse, extra controversiam est, ut qui non semel in hoc Commentario nominetur. Cæterum ad libri hujus interpretationem, præter utilitatem quam inde in Ecclesiam redire posse sperabam, duo præcipue me impulerunt : operis brevitas seu verius ejusdem mediocritas, et codicum Græcorum præterea non levis commoditas. Nam præter præsidia quæ ad eam rem suppeditavit amplissima illa principis Bavariæ bibliotheca, singulari favore et benevolentia

nobilis et senatorii ordinis viri, domini Quirini Rellingeri : aliud pervetustum exemplar ex reipublicæ Augustanæ bibliotheca impetravi, quod sane plurimum mihi contulit. Quamvis enim quæ ducalis bibliotheca suppeditaverat, ad id quod institueram, satis esse potuerint, Augustanus tamen codex multis locis perquam opportunus mihi fuit. Habebat autem is non Andreæ Cæsariensis, sed *Methodii* titulum. Verum id minus recte, siquidem Commentarii hujus architectus, cum in ipsa præfatione, tum alibi persæpe Methodium nominat. Nihilominus tamen qui Græcorum librorum indicem confecit, culpa omnino caret. Nam cum primæ pagellæ desiderarentur, nulliusque certi auctoris nomen illud volumen præfixum haberet, probabili ductus ratione, Methodio quem in Joannis Apocalypsim scripsisse audierat, opus illud attribuit. »

Hæc Peltanus, primus hujus operis editor, qui in multis peccat, cujus errores duos animadverti. *Primum*, dum ait hunc auctorem *Basilio Magno ejusdem sedis antistite posteriorem fuisse, extra controversiam est, ut qui non semel in hoc Commentario nominetur.* Hoc enim verum non est, et quomodo a Theodoro Peltano dici potuerit, non video : quippe cum nullam prorsus Basilii Cæsariensis archiepiscopi vel alterius ejusdem nominis, mentionem vel citationem faciat, ut mihi accurate legenti constitit. Imo si conjecturis indulgendum esset, cum tam multorum scriptorum antiquiorum frequentem mentionem faciat, altumque de Basilio Cæsariensi silentium observet : inde argumento contrario nec improbabili conjicere liceret, auctorem illius fuisse Andream istum Cæsariensem archiepiscopum, qui dubio procul, locum aliquem Basilio Magno ejusdem sedis antistiti cum aliis scriptoribus dedisset, unde suum Commentarium hausit, nec ab eo citando et allegando prorsus temperasset. *Secundus* error est, dum cap. 63, post allegatum Irenæum, citat Methodium patriarcham Constantinopolitanum his verbis ; *Et magnus patriarcha Methodius in sermone* de Resurrectione, *de his ita scribit*, etc. Hac enim citatione haberemus aperte, scriptorem hunc non esse antiquiorem ultimis sæculi IX temporibus. Nam licet ad Methodium Olympi episcopum spectet liber *de Resurrectione* quem profert, cum tamen illum indoctus et incautus iste scriptor sub nomine *Magni patriarchæ Methodii* proferat, diserte hac hallucinatione ætatem suam prodit, seque vixisse post tempora *Methodii patriarchæ Constantinopolitani*, quem cum Methodio Olympi Lyciæ seu Patarensi episcopo confudit. Methodius autem, patriarcha Constantinopolitanus anno 842 factus a Michaele III Porphyrogenito, anno 847 die 14 Junii obiit, ut habent Acta Joannis Anachoretæ apud Simeonem Metaphrastem. Floruisset ergo juxta hanc Peltani versionem, hic Andreas Cæsariensis archiepiscopus sive anonymus, post medium sæculi noni, annis circiter 50 Methodio patriarcha citato junior. Ita certe juxta Latinam hujus loci versionem in *Bibliotheca Veterum Patrum* editionis 1589, Parisiis tomo I, col. 1262, capite 63, col. 1360, et in aliis editionibus omnibus, usque ad Maximam Lugdunensem anni 1672. Sed Græca editio hujus operis inter Opera D. Chrysostomi sic habet : Ὁ δὲ μέγας Μεθόδιος ἐν τῷ *Περὶ ἀναστάσεως* λόγῳ αὐτοῦ ἐξέθετο οὕτως· editionis Commelinæ anni 1596, Heidelbergæ in fol., serm. 22, sectione 63, pag. 96.

Jam ad ætatem qua vixisse et scripsisse hic auctor creditur, accedamus. Joannes Jacobus Frisius in *Bibliotheca universali* Andream Cæsareæ episcopum anno 579, et Arethan ejusdem sedis antistitem anno 587 assignat ; quem secutus est Christophorus Helvicus in *Theatro historico*, pag. 106, editionis Marpurgi Cattorum 1638, in folio. Ita ut ambos sibi synchronos constituat. Guillelmus Caveus in *Historia rei litterariæ seu de scriptoribus Ecclesiasticis*, Andream anno 500, pag. 379, Arethan anno 540 alligat, Bellarminum hac in parte cæcutientem amplexus. Jacobus Perizonius in erudita Dissertatione adversus Gronovium collegam *de morte Judæ et voce* τοῦ ἀπάγχεσθαι, cap. 4, pag. 40, de his duobus ita loquitur. « At Arethas iste contraxit Andreæ Cæsariensis Commentarios in epitomen, atque ideo locutiones si non plane omnes, ut pleræque sunt illius Andreæ, qui seculo IV, successit Basilio Magno in Cæsariensem Cappadociæ episcopatum. Sed et Arethas ipse refertur ad sæculum VI, atque ita longe antiquior est jurisconsultis qui *Basilica* confecerunt, et quorum tamen auctoritate ad probandam verbi ἀπάγχεσθαι significationem, utitur vir clarissimus Henricus Stephanus, p. 68. » Hæc incaute vir doctus scripsit, cujus verbis paucis tres errores insunt. *Primus* dum Andream Cæsareæ Cappadocum archiepiscopum sæculo IV assignat, qui medio sæculi IX anterior non est. *Secundus* dum Andream eumdem successisse inquit Basilio Magno Cæsareæ Cappadocum archiepiscopo, qui anno 369 episcopus factus, anno 378 sub Gratiano et Valentiniano mortuus est Kalendis Januarii, juxta Baronium in *Annalibus ecclesiasticis*. *Tertius* dum Arethan sæculo VI refert, quem postea sæculo X ad annum 914 et 920 claruisse probabimus.

Jam igitur, ut ætatis epocham aggrediamur, post attentam Commentarii hujus, ut aliquid ab eo expiscaremur, iteratamque lectionem : dico hunc Andream Cæsariensem archiepiscopum, hujus expositionis collectorem, sub sæculi tantum IX medium scripsisse, atque adeo et Bellarminum et scriptorem ejus Caveum, annis errasse CCCL vel circiter, in ætate istius assignanda, longe turpius quam ego in ætate Simeonis Metaphrastis assignata. His argumentis ductus ita sentio. 1. Auctor hujus commentarii in Apocalypsim, ex aliis transcribit atque transcribere se profitetur, quod sæculis Ecclesiæ quinque et sex primis inauditum fuit, sæculique noni proprium, ut eruditi omnes norunt. Ergo hic auctor spectat tantum ad sæculum Ecclesiæ IX. Id probamus ex ipsis hujus Commentarii verbis, ut profitetur expresse auctor in Prologo. *Constat namque beatos illos viros Patresque nostros, Gregorium Theologum, Cyrillum Alexandrinum, multosque hisce vetustiores Papiam, Irenæum, Methodium et Hippolytum, divinum fideque dignum*

*esse e quorum monumentis occasione accepta, nos ad hoc consilium venimus : sicuti multas quoque sententias ex eorumdem scriptis mutuavimus, hisque nostris Commentariis inseruimus.* Et cap. 1 : *Atque hæc hactenus, quatenus constat nostram Expositionem, sanctorum Patrum vocibus atque sententiis neutiquam adversari.* Cap. 17 : *Qui vero receptiorem doctorum Ecclesiæ sententiam secuti, hæc tanquam futurorum prædictionem accipere malunt*, etc. Cap. 23 : *Cæterum per montem magnum diabolum designatum arbitramur, id quod quibusdam quoque doctoribus visum est.* Capite 36 : *Per hos testes, plerique doctorem acceperunt Enoch et Eliam, qui sub sæculi finem accepturi sunt a Deo*, etc. Qui ergo sic loquitur, non sæculi v sed ix ut plurimum omnibus emunctæ naris videbitur. Præterea perpetuus est in citatione et appellatione veterum. Cap. 1 citat Epiphanium, et eodem capite Gregorium Theologum semel et iterum. Capitibus item 2 et 3 et 9 eumdem, quasi in Apocalypsim Commentarium scripserit. Capite 3 Epiphanium et Irenæum ; cap. 13 Methodium ; cap. 16 Eusebium Cæsariensem lib. ix *Historiæ Ecclesiasticæ* cap. 8 ; cap. 18 Irenæum ; cap. 33 Methodium ; cap. 34 S. Antonium in *Vitis Patrum ;* cap. 36 Methodium et Hippolytum, cap. 38 Hippolytum ; cap. 44 in fine Dionysium Areopagitam ; cap. 47 Vitas Patrum, quoad angelos custodes. Cap. 49 ambigere videtur an pœnæ dæmonum ac damnatorum æterna futura sit, licet nihil definiat. Cap. 53 Hippolytum et Irenæum citat ; cap. 63 Irenæum et magnum Methodium ; capite 66 Epiphanium. Qui igitur hos omnes Patres ut fidei suæ regulam profert, ab illorum temporibus se multis annorum centuriis esse remotum indicat, ac proinde hominem esse Græciæ mediæ vel inferioris. 2. Attribuit hic auctor *Commentarium in Apocalypsim* S. Gregorio Nazianzeno, idque non uno in loco, capitibus nimirum 1, 2, 3 et 9. Cum ergo hujus Commentarii nullus veterum meminerit, non Hieronymus, ipsius Gregorii Nazianzeni discipulus, qui ejus Opera exacte recenset in libro *de scriptoribus ecclesiasticis*, cap. 127 ; non Suidas, qui ea exactissime prosecutus est in Lexico, verbo Γρηγόριος ; non Photius in *Bibliotheca :* inde conjicimus auctorem hunc esse recentioris Græciæ, scribentem post *Commentarium in Apocalypsim* S. Gregorio Nazianzeno suppositum : qui mos Græcorum recentiorum fuit. 3. Allegat hic idem auctor cap. 44 Dionysium Areopagitam his verbis : *Quod angeli phialus ira divina plenas, ex quatuor animalibus, quorum apud prophetam Ezechielem quoque fit mentio, accipiant : hoc secundum magnum Dionysium significat agibilium notitiam a primis, ordine quodam ad alios et alios dimanare*, etc. Ubi supponit opera divi Dionysii Areopagitæ, quem *magnum Dionysium* vocat, omnibus esse nota. Atqui nihil unquam auditum de operibus istis, ante collationem quamdam Constantinopolitanam anno 533 inter Catholicos et Severianos, allegantibus hæreticis, Catholicis rejicientibus. Auctor ergo qui hoc scribit, nec floruisse sæculo v, nec ad illud spectare potest, quo ignota omnino erant opera S. Dionysii Areopagitæ, quæ tunc a Severianis conficta fuisse Catholici credebant. 4. Hæc scribendi ratio ex laciniis veterum Patrum simul junctis sæculo ix primum incepit, in eo invaluit, et usque ad sæculi hujus finem continuavit. Juxta enim Trithemium, Walafridus Strabus anno 830, *Glossam ordinariam* in Scripturam sacram ex fragmentis sanctorum Patrum, totam collectam scripsit, a seipso nihil proferens, qui, abbas Fuldensis anno 842 factus, anno 849 mortuus scribitur. Jonas quoque, episcopus Aurelianensis anno 821 factus, circa annum 830 libros tres *De institutione laicorum* composuit, ex sententiis veterum Patrum integre collectos, quos ex mss. codicibus Lucas Acherius Parisiis anno 1665 in 4 tomo I *Spicilegii* edendos sategit. Post annum 850 Photius ille magnus, adhuc laicus exsistens et officiis imperii publicis ab imperatore occupatus, Μυριόβιβλον seu *Bibliothecam* ex scriptis CCLXXX veterum opusculis collegit, in qua omnia fere verbotenus ex aliis accepta, si censuras paucas præmissas operibus, quæ simul comportavit, excipias. Circa annum 870 Anastasius, Romanæ Ecclesiæ bibliothecarius, scripsit *Historiam Ecclesiasticam* seu *Chronographiam Tripartitam*, ex Georgii Syncelli, Theophanis confessoris et Nicephori patriarchæ Constantinopolitani Chronicis, ab ipso e Græca lingua in Latinam translatis, maximam partem desumptam : quod ipse in Præfatione ingenue fatèri non erubescit. Jure igitur merito cum Andreas Cæsareæ Cappadocum archiepiscopus, eadem methodo Commentarium suum in Apocalypsim scripserit, anno 840 vel circiter assignandus videtur. Hæc ad confutationem Guilielmi Cavei diffusius a nobis scripta sunt.

Alia quoque Commentaria Andreæ attribuuntur a Caveo ad annum 500, quo eum assignat, tomo II seu parte II *Historiæ litterariæ* præter *Commentarium in Apocalypsim* præfatum ; nempe *Therapeuticam spiritualem* scripsisse asserit, ex cujus libro secundo fragmenta quædam habentur in *Eclogis asceticis Joannis patriarchæ Antiocheni*, folio 38, pag. 2, ab his verbis : Ποῦ αἱ ψυχαὶ μετὰ τὴν ἐκδημίαν τοῦ σώματος ἀπέρχονται, de quibus vide Lambecium libro v Commentariorum, codice ms. theologico Græco 251, num. 1, pag. 105. Atque eædem illæ habentur in *Nova Bibliotheca mss. codicum Græcorum Latinorum atque Gallicorum*, seu *Specimine antiquarum lectionum Græcarum, Latinarum et Gallicarum*, ex mss. codicibus Regiæ Galliarum Bibliothecæ potissimum collecta, et edita a Philippo Labbeo Soc. Jesu, Parisiis anno 1653, in 4, apud Joannem Henault. Illic parte II, pag. 82, *Andreæ archiepiscopi Cæsareæ quæstiones ex libro Therapeuticon, quo abeant animæ post mortem corporis*, in Regio codice ms. Græco 950, quem escitantur Andreæ Cretensium archiepiscopo assignasse me recordor.

At Petrus Lambecius libro III Commentariorum bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis pag. 40 Commentaria duo alia ipsi attribuit codice ms. theologico Græco 26 his verbis : « Vicesimus sextus codex manuscriptus Theologicus Græcus est chartaceus, antiquus, in folio, constatque foliis 329 et ab Augerio Busbechio, ut ipse solita propriæ manus subscriptione testatur, Constantinopoli olim comparatus fuit.

Continentur eo *primo* et quidem a fol. 1 usque ad fol. 71, *Proverbia Salomonis* cum amplissima catena sive commentario ex variorum sanctorum Patrum, aliorumque veterum scriptorum ecclesiasticorum operibus collecto, cujus principium : Αἱ παροιμίαι περιέχουσιν παίδευσιν ἠθῶν καὶ παθῶν ἐπανόρθωσιν, etc. *Secundo*, et quidem a fol. 72 usque ad fol. 329, *Isaias propheta* cum amplissima *catena* sive commentario ex variorum sanctorum Patrum aliorumque veterum scriptorum ecclesiasticorum operibus collecto, cujus principium : Τοῦ ἁγιωτάτου Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν Ἡσαΐαν προοίμιον. Ἀσυμφανὴς μὲν τῶν ἁγίων προφητῶν λόγος, etc.

« Collector utriusque hujus catenæ, nempe tam *in Proverbia Salomonis*, quam *in Esaiam*, fuit quidam Andreas presbyter, uti videre est folio 329 sive ultimo : quippe ubi scriba qui totum hunc codicem sua manu exaravit, lectores rogat orare Deum, ut in tremendo ultimi judicii die misereatur non solum sui, verum etiam Ἀνδρέου ἐλάει θεοῦ πρεσβυτέρου, τοῦ συναγαγόντος καὶ παραθεμένου τὰς ἐμφερομένας τῇ βίβλῳ ταύτῃ παραγραφάς. Tempus autem quo idem codex exaratus est, indicatur folii 73 pagina secunda, per fragmentum *canonis Paschalis* ab anno mundi secundum communem Ecclesiæ Constantinopolitanæ supputationem 6744, hoc est anno æræ Christianæ 1236, usque ad annum mundi 6749, sive annum Christi 1241. »

De hoc Commentario et illius auctore agunt in *Apparatu sacro* Antonius Possevinus tomo I, verbo *Andreas Cæsureæ in Cappadocia episcopus*. Et ad calcem *Apparatus sacri* in catalogo mss. codicum Bibliothecæ Bavaricæ, cod. 43, ubi *Andreæ* nomine inscribitur. Et in catalogo Augustanæ bibliothecæ, codice 72, ubi sub *Methodii monachi* nomine, juxta ipsum Peltanum editorem, legitur ; Bellarminus in libro *de scriptoribus ecclesiasticis*, ad annum 500, cujus sententiam secutus est Caveus ad eumdem annum pag. 379.

---

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΟΝΤΟΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

# ΑΝΔΡΕΟΥ

## ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ

# ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΝ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΚΑΙ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ.

—

# S. P. N. ANDREÆ

## ARCHIEPISCOPI CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ

IN

## DIVI JOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTÆ

# APOCALYPSIN

## COMMENTARIUS.

Theodoro Peltano interprete. — Opus Græce primum in lucem prolatum ex illustri bibliotheca Palatina. Fredericus Sylburgius archetypum Palatinum cum Augustano et Bavarico mss. contulit, notis et indicibus illustravit. — E typographeo Hieronymi Commelini. MDXCVI.

—

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS CLARISSIMISQUE VIRIS,
SERENISSIMI PRINCIPIS PALATINI ELECTORIS SENATORIBUS INTIMIS
PATRONIS S. O. M.

Cum B. Chrysostomi opera Græco-Latina typis mandare apud me statuissem, amplissimi, nobilissimi clarissimique viri, a commentario in Paulinas epistolas initium faciendum existimavi, interea dum ea

quæ in evangelistas et Actus apostolorum, quæ supersunt, describerentur, conferrentur. Cæterum cum animadverterem, Chrysostomi ad Joannis Theologi Apocalypsin nihil exstare, commodumque in serenissimi principis nostri bibliotheca Andreæ Cæsariensis episcopi ad illam ipsam commentarius Græcus, qui hactenus in bibliothecis conclusus delituerat, sese obtulisset, ab instituto nostro minime alienum sum arbitratus, si illum Chrysostomo comitem adjungerem, in eo Giberti Veronensis episcopi exemplum secutus, qui OEcumenio olim, Aretæ (qui nostro Andrea ætate inferior est) collectanea in Apocalypsin appendenda curavit. Nactus itaque alterum Andreæ Cæsariensis exemplum ms., id negotii Friderico Sylburgio, doctrinæ et diligentiæ eximiæ viro, dedi, ut archetypum utrumque compararet, verborum discrepantiam observaret, notisque et indicibus illustraret. Ad postremum sacri hujus operis ubi pervenit, a Deo O. M. appellatus, vi morbi manum statim de tabula, mihique cursu, quod aiunt, lampada tradidit. Postremo itaque viri hujus mihi amicissimi posthumo fetui, opera nostra in auras producto, tutores quærendi cum essent, vos nominare visum fuit, quos si vixisset ipse parens L. M. Q. nominaturus fuisset : quippe quem vestrum alii συμμαθητὴν habuerunt modestissimum, alii præceptore fideli usi sunt : reliqui vero, qui ipsum prius minus noverant, ubi eum cognoverunt, propter raram eruditionem et indefessum erga rem p. litterariam studium amarunt, et jam ipsius memoriam laudibus prosequuntur. Quod superest, viri nobilissimi, ac patroni, vos vehementer etiam atque etiam rogo, ut hoc meum consilium, et προσφωνήσεως officium in bonam partem accipiatis, laboribusque nostris, quod facitis, favere pergatis. Valete.

## De Apocalypsi Joannis Hieronymi testimonium in epistola ad Paulinum.

Apocalypsis Joannis tot habet sacramenta, quot verba. Parum dixi pro merito voluminis; laus omnis inferior est : in verbis singulis multiplices latent intelligentiæ.

## De horum commentariorum auctore Theodorus Peltanus interpres in epistola dedicatoria.

Cum hic Apocalypseos liber tot abditis mysteriis sit gravidus, totque implicatus tenebris et difficultatibus, utiliter meo judicio operam collocant, qui, veterum theologorum vestigiis insistentes, explicationi illius viriliter incumbunt; tantisque illis obscuritatibus et tenebris lucem aliquam afferre contendunt, et quæ vel ipsi apud se non absque labore meditati sunt, vel apud alios orthodoxos et eruditos interpretes studiose observarunt, liberaliter in medium conferunt. Inter hos autem vel primum, vel primo certe proximum locum promeretur Andreas Cæsareæ Cappadociæ archiepiscopus. Nam etsi ante ipsum Justinus martyr et philosophus, et Irenæus Lugdunensis episcopus, et alii præterea nonnulli Apocalypsin exposuerint, nullus tamen uno hoc Patre aut copiosius, aut eruditius, aut luculentius hoc præstitit. Quamobrem haud indignus nobis visus est, qui in linguam Latinam converteretur, et ad communem Ecclesiæ usum in lucem ederetur. Quamvis enim homo Græcus et Cappadox, et quod ad hæc loca attinet, hospes quoque et peregrinus sit, nihil tamen aut erroneum, aut barbarum, aut circulatorium sonat : quin miram potius pietatem ubique spirat, magnamque in singulis propemodum pagellis eruditionem, et singularem insuper ab omnibus hæresibus et hæreticis animi alienationem ostendit, maxime vero ab Origenistis et Chiliastis, qui Ecclesiam Catholicam per id tempus præ cæteris infestabant. Fuit itaque commentarii hujus auctor non modo insignis episcopus pastorque apprime vigilans et fidus, ut testantur quotquot vitam illius vel obiter attingunt, verum egregie quoque pius magnaque divinarum humanarumque litterarum eruditione ornatus, et acer denique hæresum et sectarum omnium hostis.

## Idem Peltanus in epistola ad Lectorem.

Quis commentarii hujus auctor exstiterit, candide Lector, satis, opinor, ex titulo toti operi præfixo aperte constat. Quo tempore autem is vixerit, aut Cæsariensi Ecclesiæ præfuerit, id certo nondum comperi. Basilio Magno ejusdem sedis antistite posteriorem fuisse extra controversiam est, ut qui non semel in hoc commentario nominetur. Cæterum ad libri hujus interpretationem, præter utilitatem quam inde ad Ecclesiam redire posse sperabam, duo præcipue me impulerunt : operis brevitas, seu verius ejusdem mediocritas, et codicum præterea Græcorum non vulgaris commoditas. Nam præter præsidia, quæ ad eam rem subministravit amplissima illa principis Bavariæ bibliotheca, singulari favore et benevolentia nobilis et senatorii ordinis viri, domini Quirini Rellingeri, aliud pervetustum exemplar ex reipub. Augustanæ bibliotheca impetravi : quod sane plurimum mihi contulit. Quamvis enim quæ ducalis bibliotheca suppeditaverat, ad id, quod institueram, sat esse potuerint, attamen Augustanus codex multis locis perquam opportunus mihi fuit. Habebat autem is non Andreæ Cæsariensis, sed Methodii titulum : verum id minus recte, si quidem commentarii hujus architectus, cum in ipsa præfatione, tum alibi persæpe Methodium nominat : nihilominus tamen qui Græcorum librorum indicem confecit, culpa omnino caret.

stigatione indigent, irroganda a Deo constituti. Porro *silentium*, quod factum dicitur *in cælo*, compositam angelorum modestiam, modestamque eorumdem compositionem et reverentiam significat; vel secundum Christi adventum : nam hic ipsis quoque angelis incognitus est : *Horæ* denique *dimidium*, temporis brevitatem, quod inter plagas illatas resque in terra consummatas, et regni Christi manifestationem intercedet.

A τὸ δὲ *ἡμιώριον* τὸ τοῦ καιροῦ ἐμφαίνει βραχύ· ἐν ᾧ τῶν πληγῶν ἐπαγομένων, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς συντελουμένων, ἡ τοῦ Χριστοῦ βασιλεία φανήσεται.

VIII, 3. *Et alius angelus venit, et stetit ante altare, habens thuribulum aureum.*

*Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἦλθε, καὶ ἐστάθη ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἔχων λιβανωτὸν χρυσοῦν.*

Etsi ea quæ sanctis ostenduntur, non absque materiæ colorumque schemate ostendi soleant, sive id altare sit, sive thuribulum, sive aliud quippiam ejusmodi, sunt tamen ea omnia materiæ et colorum expertia, neque sub corporalium oculorum obtutum veniunt. Juxta istiusmodi igitur mysticam *aram* stetit angelus, *acerram thurisve receptaculum* B manu tenens, precesque sanctorum tanquam quædam suffimenta Deo offerens. Per quæ petebat ut orbe consummato, pœnæ et flagella quæ impiis et prævaricatoribus hic inferuntur, supplicia in altero sæculo in illos constituta, diminuerent, simulque per suum adventum justam mercedem illis qui laboraverant, persolveret; atque hoc ex proxime sequentibus clarius evadet.

Εἰ καὶ σχηματίζονται εἰς ὕλας καὶ χρώματα τὰ τοῖς ἁγίοις ὁρώμενα· εἴτε θυσιαστήριον, εἴτε θυμιατήριον, εἴτε ἕτερόν τι· ἀλλ' ἀόρατα καὶ νοητὰ τυγχάνουσιν. Ἐπὶ τοιούτου τοίνυν *θυσιαστηρίου* στὰς ὁ ἄγγελος, καὶ *τὸν λιβανωτὸν*, δηλαδὴ *τὸ τὸν λίβανον δεχόμενον θυμιατήριον*, κρατῶν, τὰς εὐχὰς τῶν ἁγίων ὡς θυμιάματα τῷ Θεῷ προσέφερε· δι' ὧν ἠτοῦντο διὰ τῆς παγκοσμίου συντελείας, ταῖς μὲν τιμωρητικαῖς μάστιξι τῶν δυσσεβῶν καὶ παρανόμων ἐλαττῶσαι τὴν ἐν τῷ μέλλοντι [αἰῶνι] κόλασιν· τῇ δὲ οἰκείᾳ παρουσίᾳ τοὺς μισθοὺς καταγεῖμαι τοῖς κοπιάσασι. Καὶ τοῦτο ἐκ τῶν ἑξῆς δείκνυται.

*Et data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum.*

*Καὶ ἐδόθη αὐτῷ θυμιάματα πολλά, ἵνα δώσῃ ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων πάντων ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν τὸ ἐνώπιον τοῦ θρόνου.*

*Altare* hoc, est Christus; in quo omnis sancta et ministratoria vis posita est, omniumque martyrum victimæ et sacrificia immolantur et offeruntur : cujus quoque typus erat illud quod simul cum tabernaculo ostensum est Moysi in monte. *Thymiamata* autem sunt orationes sanctorum, quæ Deo, ut dictum est, grati odoris loco sunt. Cæterum *altare* illud, quod Christum esse diximus, *ante thronum*, hoc est in conspectu sanctarum supremarumque virtutum, quæ proximum ad Deum accessum habent, situm est. Hæ enim propter effusum incensumque divinæ charitatis ardorem, exquisitamque scientiam et sapientiam, quæ in ipsis exsistunt, et singularem præterea excellentiam, thronorum appellationem haud incommode sortiuntur; quemadmodum ex nominum quoque, quæ illis imposita sunt, interpretatione facile ostendi id queat.

*Θυσιαστήριον* δὲ *χρυσοῦν* ὁ Χριστός ἐστιν· ἐν ᾧ πᾶσα λειτουργικὴ καὶ ἁγία συνέστηκε δύναμις, C καὶ αἱ μαρτυρικαὶ θυσίαι προσκομίζονται· οὗ ἦν τύπος τὸ δειχθὲν ἐν τῷ ὄρει τῷ Μωσῇ σὺν τῇ σκηνῇ θυσιαστήριον. Τὰ δὲ *θυμιάματα*, αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων, ὡς εὐώδεις τῷ Θεῷ, καθὰ λέλεκται. *Ἐνώπιον* δὲ *τοῦ θρόνου*, δηλαδὴ τῶν ὑπερτάτων [ἁγίων] δυνάμεων [τὸν Χριστὸν] εἴρηκε, διὰ τὴν χύσιν τῆς ἐν αὐταῖς ἐμπύρου θείας ἀγάπης, καὶ τῆς ἀκραιφνοῦς σοφίας τε καὶ γνώσεως. Ὅπερ ἐμφαίνει ἡ ἑρμηνεία τῶν ὀνομάτων τῶν τῷ Θεῷ πλησιαζουσῶν ὑπερτάτων δυνάμεων.

VIII, 4. *Et ascendit fumus incensorum, de orationibus sanctorum, de manu angeli, coram Deo. Et accepit angelus thuribulum aureum et implevit illud de igne altaris, et misit in terram.*

*Καὶ ἀνέβη ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου* D *ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· καὶ εἴληφεν ὁ ἄγγελος τὸν λιβανωτὸν, καὶ ἐγέμισεν αὐτὸν ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν.*

Sanctorum preces per angelum acceptæ et oblatæ, effecere ut **35** *thuribulum punitorio igne plenum* in terram effunderetur, sicuti olim quoque unus ex Cherubim apparuit Ezechieli, qui istiusmodi punitorium ignem accepit, acceptumque angelis, qui ad impiorum habitatorum civitatis Hierosolymorum internecionem mittebantur, tradidit. Hujus autem angeli typum gerit unusquilibet pontifex, utpote mediator inter Deum et hominem constitutus. Nam et hujus preces sursum evehit, illius autem gratiam et propitiationem deorsum revehit. Alios rursum

Αἱ διακονηθεῖσαι δι' ἀγγέλου τῶν ἁγίων προσευχαὶ προσδεχθεῖσαι, καὶ *τοῦ τιμωρητικοῦ πυρὸς τὸν λιβανωτὸν πληρώσασαι*, ἐπὶ τὴν γῆν ἐκχυθῆναι πεποιήκασιν· ὥσπερ πάλαι τῷ Ἰεζεκιὴλ ἐφάνη ἐξ ἑνὸς τῶν Χερουβὶμ ἐκ τοῦ τοιούτου πυρὸς ληφθὲν τοῖς ἀγγέλοις δίδοσθαι, τοῖς πεμφθεῖσιν εἰς τὴν τῶν οἰκητόρων τῆς Ἱερουσαλὴμ τῶν δυσσεβεστέρων ἐκκοπήν. Τοῦ δὲ ἀγγέλου τούτου τύπον ἐπέχει ἕκαστος ἱεράρχης, ὡς μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· καὶ τῶν μὲν τὰς κλήσεις ἀνάγων· τῶν δὲ τὸν ἱλασμὸν κατάγων· τοὺς δὲ τῶν

ἁμαρτανόντων ἐπιστρέφων, ἢ λόγῳ, ἢ παιδείαις αὐστηροτέραις.

A suavi blandoque admonitionis verbo a peccatis avertit; alios autem severiori quadam castigatione et disciplina ad sanam mentem reducit.

*Καὶ ἐγένοντο φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ σεισμός· καὶ οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι οἱ ἔχοντες τὰς ἑπτὰ σάλπιγγας, ἡτοίμασαν ἑαυτοὺς ἵνα σαλπίσωσιν.*

VIII, 5, 6. *Et facta sunt tonitrua et voces, et fulgura, et terræmotus. Et septem angeli, qui habebant septem tubas, præparaverunt se ut tuba canerent.*

Διὰ τούτων πάντων τὰ πρὸ τῆς συντελείας χαρακτηρίζονται φόβητρα, καθάπερ ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει θείας παρουσίας ἐγνωρίζοντο σύμβολα, πάντας καταπλήττοντα, καὶ πρὸς ἐπιστροφὴν τοὺς εὐγνωμονεστέρους ἐνάγοντα. Ἄγγελοι δὲ τούτοις διακονοῦσιν, ὡς ἰατροὶ συμπαθεῖς Χριστομιμήτως· καυτῆρσι καὶ τομαῖς τοὺς τὴν δεινοτάτην τῆς ἁμαρτίας νόσον ἀσθενοῦντας θεραπεύοντες· ἢ τό γε μετριώτερον, τοῖς ῥᾳθυμοτέροις τὴν μέλλουσαν ἐπικουφίζοντες κόλασιν, εἰ ὁπωσοῦν εὐχαρίστως ἐνέγκωσιν. Ἡμᾶς δὲ, τοὺς τῷ τιμίῳ [τοῦ] Χριστοῦ ἐσφραγισμένους ὀνόματι, καὶ τὴν δόξαν τῶν ἁγίων ἐπιπυθοῦντας, καὶ τοῖς ἐνταῦθα ἀλγεινοῖς τὴν τῶν μελλόντων πόνων φυγὴν εὐχομένους, παιδεύων ὁ φιλάνθρωπος Κύριος, τῷ τῆς ἁμαρτίας θανάτῳ μὴ παραδώσοι, καθὼς γέγραπται· ἀλλὰ πραΰνοι ἡμῖν τὰς πονηρὰς ἡμέρας τῶν αἰωνίων κολάσεων, ὅταν ὀργῇ βόθρος τῷ τῆς ἁμαρτίας εὑρετῇ ὁ ἀφεγγὴς τῆς γεέννης χῶρος καὶ βαθύτατος· ὅπως, ἔνθα εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία, τοῖς ἁγίοις συναυλιζόμενοι, σὺν αὐτῷ τῷ Σωτῆρι Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν [ἐσόμεθα]· ᾧ πρέπει πᾶσα δοξολογία, τιμή τε καὶ προσκύνησις, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Per hæc omnia terrores illi et minæ, quæ sæculi consummationem antecedent, adumbrantur: sicut eadem in monte Sina quoque certi divinæ præsentiæ indices erant, salutaremque timorem omnibus, bene præsertim affectis incutiebant. *Angeli* autem harum rerum administri, tanquam misericordes condolentesque medici, dum ad Christi exemplum cauteria et sectiones illis adhibent qui B graviori peccatorum morbo tenentur, aut omnino curant morbumque profligant, aut ignavis certe ingratisque hominibus futurum supplicium nonnihil sublevare moderatiusque reddere satagunt. Nos autem, qui pretioso Christi nomine insigniti sumus, sanctorumque gloriam expetimus, necnon per pœnas et molestias, quæ hic inferuntur, futurorum laborum et molestiarum pondus evadere peroptamus, misericors Deus clemensque Pater in hac mortali vita ita expiet et castiget, ut in peccati mortem non tradat; quin potius acerbos illos æternorum cruciatuum dies nobis tum mitigare, imo vero prorsus adimere dignetur, cum impietatis inventori fovea fodietur, obscurus nimirum profundissimusque gehennæ locus: quo tandem omnibus C lætantibus in sanctorum habitaculum recepti, una cum illis Christoque Deo et Servatore nostro perpetuo vivamus: quem decet omnis gloria, et honor, et adoratio, simul cum Patre et sanctissimo Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'. ΛΟΓΟΣ Η'.

*Περὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων· [ἐξ] ὧν τοῦ πρώτου σαλπίσαντος, χάλαζα καὶ πῦρ καὶ αἷμα ἐπὶ τῆς γῆς φέρεται.*

*Καὶ ὁ πρῶτος ἄγγελος ἐσάλπισε· καὶ ἐγένετο χάλαζα καὶ πῦρ μεμιγμένον ἐν αἵματι· καὶ ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν· καὶ τὸ τρίτον τῆς γῆς κατεκάη· καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων κατεκάη· καὶ πᾶς χόρτος χλωρὸς κατεκάη.*

Ταῦτά τισιν ἔδοξεν αἰνίττεσθαι τὴν ἐν γεέννῃ τῶν ἁμαρτωλῶν κόλασιν, πολυτρόπως διὰ τῶν αἰσθητῶν D ἰδυνηρῶν τροπολογουμένην· ἡμεῖς δὲ νομίζομεν διὰ τὸ μάλιστα οὐ τὴν τρίτην μοῖραν εἶναι τῶν κολαζομένων ἐν τῷ μέλλοντι [αἰῶνι] ἐκ τοῦ παντὸς τῶν ἀνθρώπων πληρώματος, ἀλλὰ τὴν πλείονα (*Πλατεῖα γὰρ* [φησὶν] *ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν*), τὰς πρὸ τῆς συντελείας μᾶλλον ταῦτα πληγὰς ἰμφαίνειν· καὶ τὴν μὲν *χάλαζαν* δηλοῦν τὸ ὡρανόθεν ἥκειν κατὰ δίκαιον κρῖμα τὰς τοιαύτας μάστιγας· *τὸ δὲ πῦρ σὺν τῷ αἵματι*, τὰς ἐκ βαρβαρικῶν χειρῶν γινομένας πυρπολήσεις τε καὶ ἀνδροκτασίας ὀσημέραι. Ὑφ' ὧν οὐκ ἔλαττον τοῦ τρίτου μέρους, ὡς ὁρῶμεν, τῶν ἐν τῇ γῇ κτισμάτων

## CAPUT XXII. SERMO VIII

*De septem angelis, e quorum numero dum primus tuba canit, grando, et ignis, ac sanguis in terram fertur.*

VIII, 7. *Et primus angelus tuba cecinit; et facta est grando et ignis mista in sanguine; et missum est in terram et tertia pars terræ combusta est; et tertia pars arborum concremata est; et omne fenum viride combustum est.*

Isthæc, ut quibusdam placet, denotant supplicia impiis et peccatoribus apud inferos constituta, variis modis atque metaphoris per res sensiles, pœnam inferre aptas, adumbrata. Nos autem arbitramur non tertiam tantum mortalium partem ex tota hominum multitudine in futuro sæculo pœnas daturam, sed longe maximam: **36** *Lata namque*, ut Dominus ait, *est porta, et spatiosa est via, quæ ducit ad perditionem* [18], adeoque per hæc significari tormenta et cruciatus, qui hominibus ante sæculi consummationem inferentur: et *grandinem* quidem indicare, Deum justa ira provocatum *ejusmodi* flagella cœlitus immittere: *ignem* autem *sanguine mistum*, quotidianas depopulationes, incendia iti-

[18] Matth. VII, 13.

dem et cædes per Barbarorum manus illatas, a quibus nimirum tertia pars rerum quæ in terra exstant, absumetur. Bellum enim non tantum homines, sed humi quoque nascentia, ut videmus, lædere et consumere solet. Quin beatus Joel quoque, dum ante magnum diem Domini *sanguinem, et ignem, et vaporem fumi* exoritura dicit, nostram de jam propositis opinionem valide confirmat.

## CAPUT XXIII.

*De secundo angelo, eorumque interitu quæ vitam in mari degunt.*

VIII, 8, 9. *Et secundus angelus tuba cecinit; et tanquam mons magnus igne ardens, missus est in mare: et facta est tertia pars maris sanguis: et mortua est tertia pars creaturæ eorum quæ habebant animas in mari, et tertia pars navium interiit.*

Quin ipsum quoque *mare* simul cum iis quæ vitam in eo degunt, expiatorio igne post communem carnis resurrectionem conflagraturum, hoc loco insinuari videtur: quam insinuationem, eruditorum quorumdam opinionem secuti, haud improbabilem existimamus. Nihil sane obstare videtur, nisi forsan tertiæ partis mentio. Nam multo plures, ut dictum est, sempiternis pœnis subjiciuntur, quam æternam salutem consequantur. Interim minus fortassis a scopo aberrabimus, si præsentem vitam, quæ metaphorice *mare* appellatur, isthæc incommoda subituram, tertiamque, quæ in ipsa vivit, partem plagis istis exercendam, et consumendam dixerimus, siquidem ob divinorum judiciorum abyssum fit, ut alii quidem scelerati evestigio puniantur; alii vero ad conversionem et pœnitentiam diu multumque exspectentur. Cæterum per *montem magnum* diabolum designatum arbitramur: id quod quibusdam quoque doctoribus visum est. Hic enim est qui et furoris igne contra genus nostrum ardet, et gehennæ incendiis reservatur, et tempore illo quod illi ad tentandum permissum est, tertiam insularum, et navium, et animantium quæ in mari natant, partem corrumpere et interimere enixe contendet, quemadmodum olim ætate nimirum beati Job, clarum ejus rei specimen dedit. Nam et mortalium hostis, et justo Dei judicio peccatorum vindex est; et lege præterea receptum est, ut quivis ejus efficiatur servus, a quo legitime superatus est. Quod si illis qui vitam in mari agunt, sacramque Triadem per verba vel opera blasphemant, mors animæ infertur, nihil est novum aut a ratione alienum.

## CAPUT XXIV.

*De tertio angelo, et profluentium aquarum amaritudine.*

VIII, 10, 11. *Et tertius angelus tuba cecinit: et cecidit e cœlo stella magna, ardens tanquam facula; et cecidit in tertiam partem fluminum, et in fontes aquarum: (et nomen stellæ dicitur Absinthium:) et facta est tertia pars aquarum in absinthium; et multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt.*

37 Amaritudinem *absinthii* vocabulo denotatam, dolorem qui peccatores in gehenna torquet, hic significare tradunt nonnulli; eosdemque peccatores,

καὶ κατὰ τὸ αἰσθητὸν ἀνήλωται· τοῦ πολέμου οὐ τοὺς ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς γῆς ἐκφόρια πάντα καταναλίσκοντος. Καὶ ὁ μακάριος δὲ Ἰωὴλ *αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ* πρὸ τῆς μεγάλης ἡμέρας εἰπὼν ἐλεύσεσθαι, τὴν ἡμετέραν κρατύνει περὶ τῶν ἐκτεθέντων ὑπόληψιν.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

*Περὶ τοῦ δεύτερου ἀγγέλου, καὶ τῆς ἀπωλείας τῶν ἐν θαλάσσῃ ἐμψύχων.*

*Καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ὡς ὄρος μέγα πυρὶ καιόμενον ἐβλήθη εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ ἐγένετο τὸ τρίτον τῆς θαλάσσης αἷμα· καὶ* B *ἀπέθανε* [*καὶ*] *τὸ τρίτον τῶν κτισμάτων ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ τὰ ἔχοντα ψυχάς· καὶ τὸ τρίτον τῶν πλοίων διεφθάρη.*

Καὶ τὴν θάλασσαν, κατὰ τὸ δόξαν τισὶ, σὺν τοῖς ἐν αὐτῇ τῷ καθαρσίῳ πυρὶ καιομένην μετὰ τὴν ἀνάστασιν διὰ τούτων δηλοῦσθαι ἐνομίζομεν, εἰ μὴ ἡ τοῦ τρίτου μνήμη ἀνάρμοστος ἡμῖν πρὸς τοῦτο κατεφαίνετο· πλείονες γὰρ, ὡς εἴρηται, τῶν σωζομένων οἱ κολαζόμενοι. Κατὰ μέντοι ἀναγωγὴν οὐδὲν ἀπεικὸς τὸν παρόντα βίον, τροπικῶς ὠνομασμένον *θάλασσαν*, ταῦτα ὑφίστασθαι, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ τὸ τρίτον ταῖς πληγαῖς συντελεῖσθαι· διὰ δὲ τὴν τῶν θείων κριμάτων ἄβυσσον, [ἢ] τοὺς μὲν παρὰ πόδας κολάζει, τοῖς δὲ μακροθυμεῖ, πρὸς ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν [ἄγουσα]. *Ὄρος* δὲ *μέγα* ἡγούμεθα νοεῖσθαι τὸν διά- C βολον, ὡς καί τισι τῶν διδασκάλων ἔδοξε, [τῷ] πυρὶ τοῦ καθ' ἡμῶν θυμοῦ καιόμενον, [καὶ] τῇ γεέννῃ τηρηθησόμενον, ἐν τῷ καιρῷ [δὲ] τῆς αὐτοῦ συγχωρήσεως, τὸ τρίτον τῶν ἐν θαλάσσῃ νήσων τε καὶ πλοίων καὶ νηκτῶν διαφθείροντα, ὥσπερ πάλαι ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ πεποίηκεν· ἐχθρὸς γάρ ἐστι καὶ ἐκδικητὴς κατὰ τὸ θεῖον δίκαιον κρῖμα. Ὧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται. Εἰ δὲ καὶ τοῖς ἐν θαλάσσῃ τοῦ βίου δι' ἔργων ἢ λόγων τὴν Τριάδα βλασφημοῦσιν, ὁ ψυχικὸς ἐπάγεται θάνατος, οὐδὲν ξένον οὐδὲ τοῦ σκοποῦ ἀπεμφαῖνον.

## CAPUT XXIV.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

*Περὶ τοῦ τρίτου ἀγγέλου καὶ τοῦ πικρασμοῦ τῶν ποταμίων ὑδάτων.*

*Καὶ ὁ τρίτος ἄγγελος ἐσάλπισε· καὶ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀστὴρ μέγας, καιόμενος ὡς λαμπάς· καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ τρίτον τῶν ποταμῶν, καὶ ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων· καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀστέρος λέγεται Ἄψινθος· καὶ ἐγένετο τὸ τρίτον τῶν ὑδάτων εἰς ἄψινθον· καὶ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀπέθανον ἐκ τῶν ὑδάτων, ὅτι ἐπικράνθησαν.*

Τὴν διὰ τοῦ *ἀψινθίου* δηλουμένην πικρίαν, τὴν τοῖς κολαζομένοις ἐν γεέννῃ ἁμαρτωλοῖς ἐγγινομένην ὀδύνην φασί τινες αἰνίττεσθαι· οὓς διὰ τὸ πλῆ-

θος εἰκὸς καλεῖσθαι ὕδατα· ἡγούμεθα δὲ καὶ διὰ τούτων τὰ κατὰ τὸν δηλωθέντα καιρὸν ἀλγεινὰ σημαίνεσθαι. Τὸν δὲ ἀστέρα δηλοῦν, ἢ οὐρανόθεν ταῦτα τοῖς ἀνθρώποις ἐπέρχεσθαι· ἢ τὸν διάβολον διὰ τούτου σημαίνεσθαι· περὶ οὗ φησιν [ὁ] Ἡσαΐας· *Πῶς ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ Ἑωσφόρος ὁ πρωὶ ἀνατέλλων;* Οὗτος γὰρ ἀνατροπὴν θολερὰν καὶ πικρὰν δι' ἡδονῆς ποτίζων τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ ταύτην συγχωρούμενος τὰς τιμωρητικὰς αὐτοῖς ἐπάγειν ἐνταῦθα μάστιγας, οὐ πᾶσι, τῷ δὲ τρίτῳ μέρει, διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν, καὶ τὸ μὴ ἀπιστεῖσθαι τὴν ἐν τῷ μέλλοντι [αἰῶνι] ἀνταπόδοσιν, τοῖς ἀνυπομονήτοις θανάτου ψυχικοῦ καθίσταται αἴτιος. Ὅτι γὰρ πικρὰ συμβήσεται τοῖς πρὸ τῆς συντελείας εὑρισκομένοις· ὧν τὰ ὁρώμενα πρόδρομα, μᾶλλον δὲ προοίμια, προλαβὼν ὁ Κύριος ἐπιστώσατο. Δέον τοίνυν μὴ βουλομένους κρίνεσθαι, ἡμᾶς αὐτοὺς ἀνακρίνειν, κατὰ τὸν [θεῖον] Ἀπόστολον· *Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς*, φησὶν, *ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα*· κρινομένους δὲ ὑπὸ [τοῦ] Κυρίου παιδεύεσθαι καὶ εὐχαρίστως τὰς ἐπαγωγὰς τῶν ἀλγεινῶν δέχεσθαι· ὡς ὁρῶμεν τοὺς εὐγνώμονας τῶν ἀσθενῶν τῷ σώματι, μεθ' ὑπομονῆς τὰς ἐκ τῶν ἰατρῶν τομὰς καὶ τοὺς καυστῆρας φέροντας, ἐπιθυμίᾳ τῆς ἰάσεως· ἵνα καὶ ἡμεῖς ψυχικῶς ὑγιαίνοντες, καὶ μηδεμίαν ὕλην πρὸς τροφὴν τῇ γεέννῃ τοῦ πυρὸς ἐπαγερόμενοι, μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν, ἀλλὰ τῷ Χριστῷ αἰωνίως συμβασιλεύσωμεν. ὯΙ πρέπει [πᾶσα] δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις [μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια], ἅμα τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

propter multitudinem, *aquarum* nomine convenienter exprimi. Nos vero per hæc ipsa etiam tristia illa et acerba vulnera denotari existimamus, quæ tempore de quo supra diximus, hominibus peccatis obstrictis passim inferentur: per *stellam* autem, vel mala hæc cœlitus venire, vel ipsum certe diabolum. De hoc enim apud Isaiam scriptum exstat: *Quomodo e cœlo cecidisti, Lucifer, qui mane oriebaris* [19]? Diabolus namque dum homines per carnis voluptates inebriat, amaram turbulentamque eversionem inducit, necnon flagella cruciatibus plena propter illa inferre sinitur; non quidem omnibus, sed tertiæ tantum mortalium parti: atque hoc partim quidem propter Dei patientiam et longanimitatem, quæ eos tuetur; partim etiam quod non omnes supplicia, quæ in altero sæculo illis sunt præparata qui propter impatientiam, mortis causam sibi attulerunt, vel contempserunt, vel perfide inficiati sunt. Quod vero illis qui circa sæculi consummationem in vivis comperti fuerint, multa acerba evenient, quorum malorum prodromos aut proœmia verius nos jam experti sumus, Dominus ipse dudum ante prædixit. Si ergo judicari a Deo non volumus, nos ipsos judicemus oportet: *Si nosmetipsos judicaremus*, inquit Apostolus, *non utique judicaremur* [20]. Par est ergo ut resipiscamus, illataque ab illo vulnera et tristia cum gratiarum actione suscipiamus: sicut videmus homines ægro corpore affectos, modo judicio destituti non sint, sectiones et adustiones, quæ a medicis adhibentur, sanitatis desiderio, æquo patientique animo ferre; quo nos quoque ab animo valentes, nullamque ad

A

B

C

ferendum gehennæ ignis incendium materiam afferentes, mundi hujus condemnationem evadamus; cum Christo vero in omne ævum felices regnemus; quem decet omnis gloria, et honor, et adoratio, et majestas, et magnificentia, cum Patre principii experte, et sanctissimo Spiritu, nunc, et semper, et in infinita sæcula sæculorum. Amen.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'. ΛΟΓΟΣ Θ'.

### *Περὶ τοῦ τετάρτου ἀγγέλου καὶ τοῦ σκοτισμοῦ τῶν φωστήρων.*

*Καὶ ὁ τέταρτος ἄγγελος ἐσάλπισε· καὶ ἐπλήγη τὸ τρίτον τοῦ ἡλίου, καὶ τὸ τρίτον τῆς σελήνης, καὶ τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων, ἵνα σκοτισθῇ τὸ τρίτον αὐτῶν, καὶ ἡ ἡμέρα μὴ φαίνῃ [τὸ τρίτον αὐτῆς], καὶ ἡ νὺξ ὁμοίως.*

Ἡγούμεθα συγγενῆ καὶ ταῦτα τοῖς παρὰ τοῦ Ἰωὴλ εἰρημένοις περὶ ἡλίου καὶ σελήνης, τοῖς ἤδη προεκτεθεῖσι κατὰ τὴν Δεσποτικὴν περὶ τῆς συντελείας ἀπόφασιν. Φαμὲν δὲ *διὰ τοῦ τρίτου τῶν φωστήρων τε καὶ ἀστέρων* τὸ τρίτον τῆς ἡμέρας τε καὶ [τῆς] νυκτὸς δηλοῦσθαι διάστημα· ὡς ἂν γνοῖημεν ὅτι οὐδὲ τότε ἄκρατον ὁ Θεὸς ἐπάγει τὴν κάκωσιν· ἀλλὰ τὸ τρίτον τοῦ χρονικοῦ διαστήματος συγχωρῶν τοὺς πεπληγότας ἀλγύνεσθαι, λελῃθότως αὐτοὺς παρακαλεῖ κατὰ τὸ πλεῖον μέρος τὸ λειπόμενον· τίς γὰρ οἶσει τὸ ποτήριον τῆς θείας ὀργῆς ἄκρατον;

## CAPUT XXV. SERMO IX.

### *De quarto angelo, et luminarium obscuratione.*

*Apoc.* VIII, 12. *Et quartus angelus tuba cecinit; et percussa est tertia pars solis, et tertia pars lunæ, et tertia pars stellarum; ita ut obscuraretur tertia pars eorum, et diei non luceret pars tertia, et noctis similiter.*

D

Arbitramur hæc quoque illis cognata esse quæ de sole et luna et utriusque obscuratione apud prophetam Joelem leguntur; quæ multo ante Dominicam de sæculi consummatione sententiam prædicta fuisse constat. Per *tertiam* autem *luminarium et stellarum partem* tertium diei et noctis spatium significari putamus: ut hinc discamus neque tunc quoque Deum pœnam omnis misericordiæ expertem illaturum: neque enim die et nocte tota sauciatos affligi patietur, sed tertia tantum, hoc est minori temporarii intervalli parte: per illam indulgentiam pœnarumque relaxationem

[19] Isa. XIV, 12. [20] I Cor. XI, 31.

ad resipiscentiam tacite eos provocans. Quis enim divinæ iræ calicem perferre posset, si pure, hoc est, nulla clementia temperatus, propinetur?

**38** VIII, 13. *Et vidi, et audivi vocem unius aquilæ volantis per medium cæli, dicentis* [Aliter, *unum angelum volantem per medium cæli, dicentem*] *voce magna: Væ, væ, væ, habitantibus in terra, de cæteris vocibus trium angelorum qui erant tuba canituri.*

Ex his quoque discimus quanta divinorum angelorum sit miseratio, quantaque eorumdem erga homines humanitas. Etenim ad Dei imitationem miseret eos hominum, qui durius propter peccata excipiuntur; multo vero magis illorum, qui ne plagis quidem suaviter admoniti, emendantur: in quos vel maxime ipsum Væ quadrat; ut qui in terra degant et terrena tantum sapiant; et cœnum verius et pulverem, quam suave unguentum, quod nostri causa Christus effudit. Porro autem, qui suam conversationem in cœlis habent, iis tristia resque adversæ immortalem coronam amplissimaque præmia conciliant.

A *Καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἀγγέλου πετομένου ἐν μεσουρανήματι, λέγοντος φωνῇ μεγάλῃ· Οὐαὶ, οὐαὶ, οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκ τῶν λοιπῶν φωνῶν τῆς σάλπιγγος τῶν τριῶν ἀγγέλων τῶν μελλόντων σαλπίζειν.*

*Οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς.* Καὶ διὰ τούτων τὸ συμπαθὲς καὶ φιλάνθρωπον τῶν θείων ἀγγέλων δείκνυται· θεομιμήτως οἰκτειρόντων παιδευομένους τοὺς πλημμελήσαντας· πολλῷ δὲ πλέον τοὺς μηδὲ ταῖς μάστιξι πρὸς ἐπιστροφὴν βλέποντας· οἷς [καὶ] μάλιστα τὸ Οὐαὶ ἁρμόζει· ὡς ἐπὶ γῆς οἰκοῦσι καὶ φρονοῦσι τὰ γήϊνα, καὶ χοῦν ἀντὶ τοῦ ἐκχυνωθέντος μύρου δι' ἡμᾶς πνέουσι. Τοῖς γὰρ ἐν οὐρανῷ ἔχουσι τὸ πολίτευμα ἀφορμὴ τὰ δυσχερῆ στεφάνων ἀμαράντων καὶ βραβείων γίνονται.

B

## CAPUT XXVI.

*De quinto angelo, mysticisque locustis, ac varia earumdem forma.*

## ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

*Περὶ τοῦ πέμπτου ἀγγέλου καὶ τῶν νοητῶν ἀκρίδων, καὶ τοῦ ποικίλου τῆς μορφῆς αὐτῶν.*

IX, 1-5. *Et quintus angelus tuba cecinit: et vidi stellam de cœlo cecidisse in terram; et data est ei clavis putei abyssi, et aperuit puteum abyssi, et ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ; et obscuratus est sol et aer de fumo putei; et de fumo exierunt locustæ in terram; et data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ: et præceptum est illis, ne læderent fenum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem, nisi tantum homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis: et datum est illis ne occiderent eos, sed ut cruciarentur mensibus quinque: et cruciatus eorum, ut cruciatus scorpii, cum perculit hominem.*

*Καὶ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐσάλπισε· καὶ εἶδον ἀστέρα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεπτωκότα εἰς τὴν γῆν· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἡ κλεὶς τοῦ φρέατος τῆς ἀβύσσου· καὶ ἤνοιξε τὸ φρέαρ τῆς ἀβύσσου· καὶ ἀνέβη καπνὸς ἐκ τοῦ φρέατος ὡς καπνὸς καμίνου μεγάλης· καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος καὶ ὁ ἀὴρ ἐκ τοῦ καπνοῦ τοῦ φρέατος· καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ ἐξῆλθον ἀκρίδες εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐδόθη αὐταῖς ἐξουσία ὡς ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ σκορπίοι τῆς γῆς. Καὶ ἐρρέθη αὐταῖς ἵνα μὴ ἀδικήσωσι τὸν χόρτον τῆς γῆς, οὐδὲ πᾶν χλωρὸν, οὐδὲ πᾶν δένδρον· εἰ μὴ τοὺς ἀνθρώπους οἵτινες οὐκ ἔχουσι τὴν σφραγῖδα [τοῦ Θεοῦ] ἐπὶ τῶν μετώπων [αὐτῶν]. Καὶ ἵνα βασανισθῶσι μῆνας πέντε· καὶ ὁ βασανισμὸς αὐτῶν ὡς βασανισμὸς σκορπίου, ὅταν παίσῃ ἄνθρωπον.*

C

*Stellam*, quæ hic in terram, nempe in vallem Josaphat, quæ una ex omnibus ad universalis judicii usum reliqua fiet, delapsa asseritur, quidam Dei angelum pœnis irrogandis præfectum esse dixerunt: *puteum* vero *abyssi*, gehennam; *fumum* autem qui inde continuo exhalat, sua obscuritate solem et aerem tenebrosum et quasi inaspectabilem illis reddere, qui æternis cruciatibus addicti sunt. *Locustas* porro, vermes illos de quibus propheta ait: *Et vermis eorum non moritur* [81]. Ideo autem locustis illis mandavit ne terram aut fœnum offendant, sed homines tantum, quod isthæc jam tum ab interitu et corruptione immunia erunt, cui hoc tempore nostri causa obnoxia sunt: *menses* denique *quinque* insinuare inferorum pœnis traditos, brevi quidem prælimitoque tempore intensius cruciandos; post illud vero exactum, remissius, in omnem tamen æternitatem. Ego autem una cum illis fatcor,

D

*Ἀστέρα* τινὲς ἔφησαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάντα ἐν τῇ γῇ, ἕως τῇ ὑπολειφθείσῃ κοιλάδι Ἰωσαφὰτ ἐν τῇ κρίσει, ἄγγελον θεῖον εἶναι ἐπὶ τῶν κολάσεων. *Φρέαρ* δὲ *τῆς ἀβύσσου*, τὴν γέενναν· καὶ ἐξ αὐτῆς τὸν *καπνὸν* ἐξιόντα, ἀθέατον τοῖς κολαζομένοις τὸν ἥλιον καὶ τὸν ἀέρα ἀπεργάζεσθαι. *Ἀκρίδας* δὲ, τοὺς σκώληκας· περὶ ὧν φησιν ὁ προφήτης· *Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει.* Τὸ δὲ μὴ τὴν γῆν ἢ τὸν χόρτον, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους βασανίζεσθαι, διὰ τὸ ἀπαλλάττεσθαι ταῦτα τῆς φθορᾶς, ἣ δι' ἡμᾶς ἐουλεύει σήμερον. *Μῆνας* δὲ *πέντε* τούτους βασανίζεσθαι, χρόνον τινὰ ὡρισμένον ἐπιτεταμένως τούτους κολάζεσθαί [φησι·] μετὰ δὲ τοῦτον, ὑφειμένως μὲν, αἰωνίως δέ. Ἐγὼ δὲ τὸν μὲν *ἀστέρα* συνομολογῶ εἶναι θεῖον ἄγγελον· τοῦτον δὲ κατὰ θείαν συγχώρησιν τοὺς καταδεδικασμένους [τῇ ἀβύσσῳ] πονηροὺς ἀνάγειν δαίμονας· οὓς ὁ Χριστὸς ἐνανθρωπήσας ἔδησεν· ὅπως πρὸ τῆς συντελείας τὰ οἰκεῖα ἐνεργή-

[81] Isa. LXVI, 24.

σαντες, ἀτελευτήτου τύχωσι κολάσεως· *καπνὸν* δὲ, τὸν προηγούμενον τῶν πονηρῶν ἔργων τῶν προσβώλων αὐτῶν ζόφον· ὧν παραδειχθεισῶν ἐξουσία τούτοις βασανίζειν τοὺς ἀνθρώπους δέδοται. Ἡ δὲ τοῦ *ἡλίου* καὶ τοῦ *ἀέρος σκότωσις*, τὴν τῶν ἀπολωλυότων ἀνθρώπων τοῦ φωτὸς αὐτῶν δηλοῖ ψυχικὴν τύφλωσιν· ἢ τὴν ἐπὶ τοῖς δυσχερέσι διάθεσιν· σκότος γὰρ τοῖς ἐν ὀδύναις τὸ φῶς νενόμισται. Τὸ δὲ τὰς νοητὰς *ἀκρίδας* πλήττειν τοὺς ἀνθρώπους κατὰ τὴν τῶν σκορπίων ὁμοιότητα, δηλοῖ τὸ ἐν τῷ τέλει τῶν πονηρῶν πράξεων τὸν βλαπτικὸν τῆς ψυχῆς ἐγκεκρύφθαι θάνατον· ὃν ὑφίστανται οἱ μὴ σεσημειωμένοι τῇ θείᾳ σφραγῖδι τὰ μέτωπα· καὶ τῷ φωτισμῷ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ διὰ Πνεύματος ἁγίου [μὴ] περιλαμπόμενοι, ὥστε κατὰ τὸν Δεσποτικὸν λόγον [μηδὲ] λάμπειν καὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, τὸ φῶς αὐτῶν, πρὸς δόξαν τοῦ θείου ὀνόματος. *Τοὺς δὲ πέντε μῆνας* τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν, σημαίνειν ἡγούμεθα, ἢ τὸ τοῦ χρόνου μικρόν· *Εἰ γὰρ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ*, κατὰ τὸ Δεσποτικὸν λόγιον· ἢ χρόνον τινὰ πεμπταῖον, διὰ τὰς πέντε αἰσθήσεις, δι' ὧν ἡ ἁμαρτία τοῖς ἀνθρώποις εἰσέρπει· ἢ καιρὸν ὡρισμένον, Θεῷ δὲ μόνῳ γνώριμον.

A *stellam*, de qua hic sermo, divinum esse angelum: hunc autem malignos dæmones, quos Christus homo factus ad abyssum ablegaverat, inde rursum ad tempus, secundum sapientem Dei permissionem, educturum; quo ante sæculi consummationem, quæ ipsorum sunt propria molientes, suppliciis demum nunquam finem habituris mancipentur. *Fumum* autem, significare tenebras illas quæ ex improbis illorum conatibus atque insultibus ortæ, potestatem illis faciunt homines, quos seduxerunt, excruciandi et divexandi. Ast vero *solis et aeris* 39 *obscuratio*, interiorem hominum, qui luce illorum utuntur, cæcitatem, aut pravam sane eorumdem in rebus adversis dispositionem insinuat. Siquidem lux, illis qui in gravioribus doloribus et cruciatibus B versantur, obscuritas videtur. Quod autem intelligentes *locustæ* ad scorpionum similitudinem feriunt, mortem animæ in pravis operibus inclusam ad finem se prodere indicat; quam etiam sustinebunt quotquot frontes divino sigillo signatas non habent, neque vivificæ crucis luce per Spiritum sanctum undequaque illustrati sunt, ita ut juxta Domini verbum luceant coram hominibus, qui lumen illorum ad divini nominis gloriam referant. *Quinque* porro *mensium* spatium, temporis, quo afflictio et cruciatus ille durabit, brevitatem exprimere arbitramur. *Nisi enim Dominus abreviasset dies illos*, scribit Marcus, *non fuisset salva omnis caro* [39]: aut alium quemdam quinarium numerum propter quinque sensus, per quos peccatum in animam illabitur: aut aliud tempus definitum, soli Deo notum.

*Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ζητήσουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν θάνατον, καὶ οὐ μὴ εὑρήσουσιν αὐτόν· καὶ ἐπιθυμήσουσιν ἀποθανεῖν, καὶ φεύξεται ὁ θάνατος ἀπ' αὐτῶν.*

IX, 6. *Et in illis diebus quærent homines mortem, et non invenient eam: et desiderabunt mori, et fugiet mors ab eis.* C

*Καὶ ζητήσουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν θάνατον.* Καὶ διὰ τούτου ἡ ὑπερβολὴ σημαίνεται τῶν κακώσεων. Ἔθος γὰρ τοῖς ἐν ὀδύναις, ἐπικαλεῖσθαι τὸν θάνατον. Τὸ δὲ, τοῖς αἰτοῦσι τοῦτον ἐν ὀδύναις μὴ παραγίνεσθαι, τῶν θείων κριμάτων ἧρτηται· οἷς λυσιτελὲς κρίνεται, τῇ πικρίᾳ τῶν ὀδυνηρῶν ἐπιφορῶν στυγητὴν γίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἁμαρτίαν, ὡς τούτων μητέρα καὶ πρόξενον.

Per hæc ingens suppliciorum magnitudo subindicatur: solent namque qui magnis cruciatibus detinentur, mortem invocare et exoptare. Quod autem ad eos qui in tormentis vitam degunt, vocata non accedat, illud ex occulto Dei judicio provenit: judicat enim is mortalium generi utile ac salutare esse, peccatum quod tormentorum parens et conciliator est, pœnarum quæ inferuntur, amaritudine et gravitate exosum illi reddere.

*Καὶ τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀκρίδων, ὅμοια ἵπποις ἡτοιμασμένοις εἰς πόλεμον. Καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ὡς στέφανοι ὅμοιοι χρυσῷ· καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὡς πρόσωπα ἀνθρώπων. Καὶ εἶχον τρίχας ὡς τρίχας γυναικῶν· καὶ οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὡς λεόντων ἦσαν· καὶ εἶχον θώρακας, ὡς θώρακας σιδηροῦς.*

IX, 7-9. *Et similitudines locustarum, similes equis paratis ad prælium: et super capita earum tanquam coronæ similes auro; et facies earum tanquam facies hominum. Et habebant capillos sicut capillos mulierum: et dentes earum quasi leonum erant: et habebant loricas sicuti loricas ferreas.* D

Per hæc omnia et ea præterea quæ mox subjicientur, ut quidam putant, insinuatur, *locustas* de quibus hoc loco agitur, angelos esse divinæ punitionis administros, per singula arma et ornamenta, quæ parabolicos hic exponuntur, et metaphoricos illis tribuuntur, delineatos. Tribuuntur autem hæc tam varia et admirabilia illis, ut ipsi aiunt, ad designandam admirabilem qua pollent virtutem, sive sontes terrere, sive gehennæ supplicia promeritos

*Καὶ τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀκρίδων ὅμοια ἵπποις ἡτοιμασμένοις εἰς πόλεμον.* Διὰ πάντων τούτων καὶ τῶν ἑφεξῆς λεχθησομένων, τὰς ῥηθείσας *ἀκρίδας* τιμωρητικοὺς θείους ἀγγέλους τινὲς ἐξελάβοντο, παραβολικῶς ἐξ ἑκάστου τῶν εἰρημένων τροπολογουμένους· ἢ διὰ τὸ φοβερὸν καὶ καταπληκτικόν· ἢ διὰ τὸ ταχύ· ἢ διὰ τὸ κολαστικὸν τοῖς ἀξίοις ἐπάγον τὴν ἐν γεέννῃ κόλασιν. Οἶμαι δὲ καὶ διὰ τούτων τῶν *ἀκρίδων* τοὺς πονηροὺς μᾶλλον νοεῖσθαι δαίμονας,

[39] Marc. XIII, 20.

punire; sive aliud quodcunque ejusmodi moliri libeat. Nobis autem vero similius fit, per prædictas *locustas* malignos dæmones significari. Hi enim semper accincti sunt ad bellum nobis inferendum; gestantique in capitibus suis coronas auri speciem præ se ferentes, certos utique victoriæ contra nos obtentæ indices; nos enim sumus qui toties illos coronamus, propositamque victoriam turpiter abjicimus, quoties voluptatis sensu superamur. Per *mulierum* porro *capillos*, feminarum blandimenta, quibus ad sui amorem carnisque illecebras allectare solent. Per *dentes* autem *leonum* lethale venenum, quod spargunt. Per *loricas* denique *ferreas*, cordis obfirmatam duritiem.

A τοὺς ἡτοιμασμένους εἰς τὸν καθ' ἡμῶν πόλεμον· καὶ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν στεφάνους χρυσοειδεῖς τῆς καθ' ἡμῶν νίκης φέροντας· οἷς ἡμεῖς, ὅταν ἡττηθῶμεν, τὴν κακὴν νίκην δι' ἡδονῆς νικῶντες στεφανοῦσθαι νομίζομεν. *Τὰς δὲ τρίχας τῶν γυναικῶν*, σημαίνειν τὸ ἡδυπαθὲς τῶν δαιμόνων, καὶ πρὸς πορνείαν διεγερτικόν· *τοὺς δὲ λεοντείους ὀδόντας*, τὸ φονικὸν καὶ λοβόλον· *τοὺς δὲ σιδηροῦς θώρακας*, τὸ σκληροκάρδιον.

40 IX, 9-12. *Et vox alarum earum, sicut vox curruum equorum multorum currentium ad bellum. Et habebant caudas similes scorpionum, et aculei erant in caudis earum. Et potestas earum, nocere hominibus mensibus quinque. Et habent super se regem angelum abyssi; cui nomen Hebraice Abbadon, Græce autem Apollyon, Latine habet nomen exterminatoris. Væ unum abiit, et ecce veniunt adhuc duo væ post hæc.*

B *Καὶ ἡ φωνὴ τῶν πτερύγων αὐτῶν ὡς φωνὴ ἁρμάτων, ἵππων πολλῶν τρεχόντων εἰς πόλεμον. Καὶ εἶχον οὐρὰς ὁμοίας σκορπίοις· καὶ κέντρα ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν. Καὶ ἡ ἐξουσία αὐτῶν, ἀδικῆσαι τοὺς ἀνθρώπους μῆνας πέντε. Καὶ εἶχον ἐπ' αὐτῶν βασιλέα τὸν ἄγγελον τῆς ἀβύσσου. Ὄνομα αὐτοῦ Ἑβραϊστὶ Ἀβδαδών· ἐν δὲ τῇ Ἑλληνικῇ [ῥήσει] ὄνομα ἔχει Ἀπολλύων. Ἡ οὐαὶ ἡ μία ἀπῆλθεν· ἰδοὺ ἔρχονται [αἱ] δύο οὐαὶ μετὰ ταῦτα.*

*Strepitum alarum intelligentium locustarum ob id militarium curruum strepitui* assimilatum putamus, quod fastu sint elatæ, ingentique celeritate præditæ. Nam, ut propheta alicubi innuit, ex alto nos illæ impugnant. Quod autem earum *caudas scorpiis similes* asserit, illud infaustum peccatorum exitum ob oculos nobis ponit; qui utique non est alius quam certus animæ interitus. Peccatum enim cum C consummatum fuerit, generat mortem. Hoc idem quoque peccatum in causa est, ut quinque mensium cruciatus in homines invadat. *Quinque* porro *mensium spatio* peccatum affligere dicitur; partim quidem propter quinque numero sensus, per quos ingreditur; partim vero propter temporis brevitatem, si affectionem illam cum futuri sæculi suppliciis, sicut jam ante monuimus, comparemus. Per *harum* denique *regem* diabolum merito accipimus, ut qui vere illos perdat qui fidem ipsi habent. Contra quem proinde irreconciliabile bellum geramus oportet; quo væ illa quæ post hæc ventura comminatur, minus sentiamus.

*Τὴν δὲ φωνὴν τῶν πτερύγων τῶν ἱππικῶν ἀκρίδων*, ἀπεικασθῆναι φωνῇ ἁρμάτων πολεμικῶν νομίζομεν, διὰ τὸ μετάρσιον αὐτῶν καὶ ὀξύ· πολεμοῦσι γὰρ ἡμᾶς ἀπὸ ὕψους, ὥς φησι Δαβὶδ ὁ μακάριος. *Τὰς δὲ ὁμοιωθείσας τοῖς σκορπίοις* οὐρὰς αὐτῶν, τὰ τῶν ἁμαρτιῶν τέλη [αἰνίττεσθαι] τίκτοντα ψυχικὸν θάνατον· ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα, ἀποκύει θάνατον· *δι' ἧς ἡ πεντάμηνος* βάσανος τοῖς ἀνθρώποις ἐπέρχεται· διά τε τὸ τοῦ χρόνου ὀλίγον, τῷ μέλλοντι αἰῶνι συγκρινόμενον· διά τε τὰς πέντε αἰσθήσεις, οὕτω παρ' ἡμῶν ἐκληφθείσας ὡς γέγραπται. *Τὸν δὲ τούτων βασιλέα* τὸν διάβολον νοεῖσθαι ἀκόλουθον, τὸν ἀληθῶς τοὺς αὐτῷ πειθομένους ἀπολλύοντα· πρὸς ὃν ὅπως ἀσπονδον ἀναλάβωμεν πόλεμον, ἀπειλεῖ ἡμῖν ἐλεύσεσθαι τὰς μετὰ ταῦτα δύο οὐαί.

## CAPUT XXVII.

*De sexto angelo, et quatuor angelis qui juxta Euphratem ligati tenebantur.*

## ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

*Περὶ τοῦ ἕκτου ἀγγέλου καὶ τῶν ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ λυομένων ἀγγέλων.*

IX, 13-16. *Et sextus angelus tuba cecinit: et audivi vocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei, dicentem sexto angelo, qui habebat tubam: Solve quatuor angelos qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati erant in horam, et diem, et mensem, et annum; ut occiderent tertiam partem hominum: et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Et audivi numerum eorum.*

D *Καὶ ὁ ἕκτος ἄγγελος ἐσάλπισε· καὶ ἤκουσα φωνῆς μιᾶς ἐκ τῶν τεσσάρων κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ χρυσοῦ τοῦ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, λεγούσης τῷ ἕκτῳ ἀγγέλῳ· Ὁ ἔχων τὴν σάλπιγγα, λῦσον τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους τοὺς δεδεμένους ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ [μεγάλῳ] Εὐφράτῃ· καὶ ἐλύθησαν οἱ τέσσαρες ἄγγελοι οἱ ἡτοιμασμένοι εἰς τὴν ὥραν, καὶ ἡμέραν, καὶ μῆνα, καὶ ἐνιαυτόν· ἵνα ἀποκτείνωσι τὸ τρίτον [μέρος] τῶν ἀνθρώπων· καὶ ὁ ἀριθμὸς τῶν στρατευμάτων τοῦ ἱππικοῦ, μυριάδες μυριάδων. Ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν.*

Sunt qui hosce angelos quatuor ex primariis et illustrioribus esse putant; nempe Michaelem, Gabrielem, Raphaelem, et Urielem; qui hactenus qui-

Τούτους φασί τινες τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους, Μιχαὴλ εἶναι, καὶ Γαβριὴλ, καὶ Οὐριὴλ, καὶ Ῥαφαὴλ· τοὺς προσδεδεμένους τῇ εὐφροσύνῃ τῆς

[θείας] θεωρίας· ἀπολύεσθαι δὲ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως μετὰ ἀναριθμήτων ἀγγέλων, εἰς τὴν τῶν ἀσεβῶν κατάκρισιν· δι' ὧν τὸ τρίτον ἀφανισθήσεται. Ἐγὼ δὲ καὶ τούτους οἶμαι πονηροτάτους εἶναι δαίμονας, δεθέντας ἐν τῇ Χριστοῦ παρουσίᾳ· οὓς κατὰ θεῖον πρόσταγμα ἐκ τοῦ ὑπερουρανίου θυσιαστηρίου ἐξερχομένους, οὗ ἦν τὸ ἐν τῇ παλαιᾷ σκηνῇ ἀντίτυπον, ὑπὸ θείου ἀγγέλου λύεσθαι, ὥστε ταράξαι τὰ ἔθνη, οὐ μόνον κατὰ Χριστιανῶν, ἀλλὰ καὶ κατ' ἀλλήλων· ὡς ἂν οἱ μὲν δόκιμοι καὶ πιστοὶ φανεροὶ γένωνται, καὶ μειζόνων ἀμοιβῶν καὶ τῶν ἄνω μονῶν καὶ ἀποθηκῶν ἄξιοι φανῶσιν, ὡς σῖτος ὥριμος· οἱ δὲ ἀχυρώδεις, ἀσεβεῖς, καὶ λίαν ἁμαρτωλοὶ καὶ ἀμετανόητοι, ἐνδίκως ἐνταῦθα [δι' αὐτῶν] κολαζόμενοι, ἡμερωτέρας τῆς καταδίκης ἐν τῇ κρίσει τύχωσιν. Εἰ δὲ τῷ Εὐφράτῃ προσδέδενται, οὐδὲν ξένον· οἱ μὲν γὰρ, εἰς τὴν ἄβυσσον· οἱ δὲ, εἰς τοὺς χοίρους [τότε·] οἱ δὲ, εἰς ἑτέρους τόπους, κατὰ τὸ παραστὰν τῷ θεῷ, ἄχρι καιροῦ κατεδικάσθησαν, μετὰ τὸν παντελῆ αὐτῶν κατ' ἀνθρώπων πόλεμον αἰωνίως κολασθησόμενοι. Ἴσως δὲ [καὶ] διὰ τῆς *τοῦ Εὐφράτου* μνήμης δηλοῦται ἐκ τῶν μερῶν ἐκείνων ἐξιέναι τὸν Ἀντίχριστον. Περὶ δὲ τοῦ πλήθους τῶν δαιμόνων ἀμφιβάλλειν οὐ χρή. Πάντες γὰρ οἱ ἅγιοι πεπληρῶσθαι αὐτῶν τὸν ἀέρα λέγουσι. Τί δὲ δηλοῖ τὸ τρίτον τῶν ἀποκτενομένων, καὶ ἤδη προειρήκαμεν.

A dem divinæ contemplationis jucunditati et ubertati alligati tenentur; tunc vero, nimirum sub diem judicii, cum innumerabilium angelorum multitudine ad impiorum condemnationem solventur, ac tanquam Dei ministri tertiam mortalium partem internecioni dabunt. Ego vero hosce etiam non angelos, sed pessimos dæmones esse existimo; quos juxta divinum mandatum e sublimi cœlorum altari (cujus exemplum in veteri tabernaculo exstabat) ejectos, et per Christi in carnem adventum ad certum locum ablegatos et alligatos, unus quispiam ex angelorum numero liberos eo tempore dimittet, quo gentes conturbent et vexent, easdemque non tantum adversus Christianos, sed contra se invicem quoque instigent; ut hac demum ratione tentationis igne probati fideles manifesti fiant, ampliorique B mercede et splendidiori in cœlis mansione, et apotheca denique tanquam maturum purumque triticum nobiliori digni habeantur: palcæ autem et impii insignesque peccatores 41 et obstinari, ad unum omnes juste hic puniti, clementiori condemnationis sententia in judicio illo feriantur. Si autem quatuor pluresve dæmones Euphrati vere alligari asserantur, nihil novi aut inusitati asseritur. Constat namque alios in abyssum sæpe amandatos, alios in porcos ejectos, alios alio pro Dei voluntate ad tempus ablegatos fuisse, in omne postea ævum ubi primum videlicet bellum, quod adversus hominem gerunt, integre absolverint, apud inferos cruciandos. Credibile fit quoque *Euphratis* ob id mentionem fieri, quod Antichristus ex illis locis exoriturus credatur. De lugenti autem dæmonum multitudine non est dubitandum, cum omnes sancti aerem hunc dæmonibus refertum asserant. [Quid vero demonstret tertia pars interemptorum, et jam diximus.]

*Καὶ ὅπως εἶδον τοὺς ἵππους ἐν τῇ ὁράσει, καὶ τοὺς καθημένους ἐπ' αὐτῶν, ἔχοντας θώρακας πυρίνους, καὶ ὑακινθίνους, καὶ θειώδεις· καὶ αἱ κεφαλαὶ τῶν ἵππων ὡς κεφαλαὶ λεόντων καὶ ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν ἐκπορεύετο πῦρ, καὶ καπνὸς, καὶ θεῖον. Ἀπὸ τῶν τριῶν πληγῶν τούτων ἀπεκτάνθη τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων, ἀπὸ τοῦ πυρὸς, καὶ τοῦ καπνοῦ, καὶ τοῦ θείου, τῶν ἐκπορευομένων ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν. Ἡ γὰρ ἐξουσία τῶν ἵππων, ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἐστι, καὶ ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν· αἱ γὰρ οὐραὶ αὐτῶν, ὅμοιαι ὄφεσιν ἔχουσαι κεφαλὰς, καὶ ἐν αὐταῖς ἀδικοῦσι.*

C IX, 17-19. *Et ita vidi equos in visione: et qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, et hyacinthinas, et sulphureas: et capita equorum erant tanquam capita leonum; et de ore eorum procedebat ignis, et fumus, et sulphur. Ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne, et de fumo, et sulphure, quæ procedebant de ore ipsorum. Potestas enim equorum in ore eorum est, et in caudis eorum. Nam caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita; et in his nocent.*

Ἵππους δὲ [δικαίως] οἶμαι λέγεσθαι, ἢ τοὺς θηλυμανεῖς καὶ κτηνώδεις ἀνθρώπους· ἢ τοὺς ὑποδεδηκότας καὶ ἀρχομένους ἐν τοῖς δαίμοσιν· ἐπιβάτας δὲ, τοὺς τούτων κατάρχοντας. Ἔθος γὰρ τούτοις, οὐ μόνον ἀλλήλοις ὑπηρέταις, ἀλλὰ καὶ πονηροῖς ἀνθρώποις ὀργάνοις πρὸς τὴν τῶν ὁμοφύλων ἀνθρώπων ἐπιβουλὴν κεχρῆσθαι. *Τοὺς δὲ πυρίνους καὶ ὑακινθίνους καὶ θειώδεις θώρακας*, τῆς ἀερίου τῶν πονηρῶν πνευμάτων οὐσίας, καὶ τῆς καυστικῆς ἐνεργείας εἶναι σημαντικοὺς νομίζομεν· τὰς δὲ *κεφαλὰς τῶν λεόντων*, τὸ φονικὸν αὐτῶν καὶ θηρώδες αἰνίττεσθαι· τὸ δὲ ἐκπορευόμενον *πῦρ* σὺν καπνῷ καὶ θείῳ ἐκ τοῦ στόματος αὐτῶν, δι' οὗ τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων ἀποκτένεσθαι ἠπείληται, ἢ τὰς διὰ τῶν ἰοβόλων [αὐτῶν] προσβολῶν καὶ εἰσηγήσεων ἁμαρτίας τοὺς καρποὺς τῆς καρδίας φλογιζούσας αἰνίττεται· ἢ τὰς ἐκ τῶν βαρβαρικῶν χειρῶν

D Per *Equos* hoc loco designari arbitramur homines veneri luxuique deditos, belluinamque vitam ducentes: aut dæmones sane, qui aliorum imperio veluti servi subjacent; quorum vectores sunt Spiritus qui principatum inter reliquos tenent. Dæmones namque, recepto apud ipsos more, non modo mutuas sibi invicem operas præstant, verum pravis quoque hominibus famulari, iisdemque vicissim tanquam organis ad aliorum cognatorum hominum fraudem et insidias uti solent. Cæterum per *igneas*, *et hyacinthinas*, *et sulphureas loricas*, aereas sceleratorum spirituum naturas, igneasque eorumdem vires et operationes insinuari credimus. Per *leonum capita* autem letale efferatumque nocendi studium: Per *ignem* denique, qui cum fumo et sulphure ex ore illorum egressus, tertiam hominum partem non absque comminatione interem-

pturus asseritur; aut peccata quæ per letiferos dæmonum insultus, versutasque illorum suggestiones in animum ingrediuntur, cordisque fructus incendunt; aut vastitatem et deprædationem illam, quæ per Barbarorum manus civitatibus inferetur; aut frequentes certe cædes sanguinisque effusiones, quæ juxta divinam interminationem tertiam hominum partem e medio tollent. Recte autem illorum *caudas serpentibus* assimulat; siquidem omnium diabolicarum suggestionum scopus est, infundere virulentum peccatum, quod est mors animæ.

A ἐπαγομένας πυρπολήσεις ταῖς πόλεσι καὶ αἱματεκχυσίας κατὰ θείαν συγχώρησιν· δι' ὧν, ὡς ὁρῶμεν, οὐχ ἧττον τοῦ τρίτου μέρους τῶν ἀνθρώπων ἠφάνισται. Καλῶς δὲ *τὰς οὐρὰς* αὐτῶν ὁμοίας, φησὶν, *ὄφεσι* [κεκτημένοις κεφαλάς·] τὰ γὰρ τέλη τῶν δαιμονικῶν ὑποσπορῶν, ἰοβόλος ἁμαρτία καὶ ψυχικὸς [ὑπάρχει] θάνατος.

IX, 20, 21. *Et cæteri homines, qui non sunt occisi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia, et simulacra aurea et argentea et ærea, et lapidea et lignea; quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare: et non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis, neque a veneficiis suis, neque a fornicatione sua, neque a furtis suis.*

*Καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, οἳ οὐκ ἀπεκτάνθησαν ἐν ταῖς πληγαῖς αὐτῶν, οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν, ἵνα μὴ προσκυνήσωσι τὰ δαιμόνια, καὶ τὰ εἴδωλα τὰ χρυσᾶ. καὶ τὰ ἀργυρᾶ, καὶ τὰ χαλκᾶ, καὶ τὰ λίθινα, καὶ* B *τὰ ξύλινα, ἃ οὔτε βλέπειν δύνανται, οὔτε ἀκούειν, οὔτε περιπατεῖν· καὶ οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν φόνων αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῶν φαρμακειῶν αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῆς πορνείας αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῶν κλεμμάτων αὐτῶν.*

42 Hæc cum præcedentibus cohærent: nam cum paulo ante dixisset tres illas plagas tertiam hominum partem absumpsisse, et quædam interea interposuisset, hic nunc subjicit cæteros homines, quibus parcitum erat, hoc est, quibus plagæ prædictæ illatæ non fuerant, pœnitentiam repudiasse; neque ab idololatria, neque a cædibus, neque a scortationibus, neque a furtis, neque a veneficiis, quibus assueverant, sese continuisse; adeoque easdem quas reliqui, vel graviores quoque calamitates et miserias propediem subituros esse. Significatur autem per hæc universalem cladem ex divina ira profectam, mundum olim oppressuram. Multus namque et varius error bacchatur inter illos qui veritatem non cognoverunt; e quibus alii adorant simulacra; alii creaturam pro Creatore observant; alii alio modo errant. Et quamvis comperiantur qui Deum se agnoscere non diffitentur, attamen factis illum negant. Cujusmodi inter cæteros sunt, qui, externa pietatis larva contenti, virtutem illius nihil curant. Alii avaritiæ dæmoni serviunt: quibus divinus Apostolus idololatriæ notam impingit. Ait enim: *Et avaritiam, quæ est simulacrorum servitus* [13]. Faxit Dominus, ut nos sinceram germanamque in Christum fidem vivis D operibus ostendentes, terribilem illam Christi vocem, *Amen, amen dico vobis, nescio vos* [14]: et alteram illam: *Discedite a me, omnes operarii iniquitatis* [15], nunquam audiamus; verum beatam illam modisque omnibus optabilem patentibus auribus hauriamus; *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis a constitutione mundi regnum* [16]. Gratia et clementia et misericordia illius qui crucem sponte propter nos sustinuit, hoc est, Christi Dei et Domini nostri: cum quo, Patri una cum sancto vivificoque Spiritu sit gloria, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[*Καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων οἳ οὐκ ἀπεκτάνθησαν.* —] καὶ τοῦτο τῶν προηγουμένων ἥρτηται. Εἰπὼν γὰρ ἀνωτέρω ἀπὸ τῶν τριῶν [πληγῶν] τούτων ἀποκτανθῆναι τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐν τῷ μεταξὺ παρενθείς τινα, ἐπήγαγε· Καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοι φειδοῦς ἀξιωθέντες, καὶ ταῦτα μὴ πεπονθότες, ἀμετανόητοι μεμενήκασι, μήτε τῇ εἰδωλολατρίᾳ, μήτε τοῖς φόνοις καὶ ταῖς πορνείαις, καὶ τοῖς κλέμμασιν αὐτῶν καὶ ταῖς γοητείαις ἀποτα- C ξάμενοι, τοῖς αὐτοῖς ὑποκείσονται. Δηλοῦται δὲ ἐκ τούτων παγκόσμιον τὴν ὀργὴν ἐπάγεσθαι. Ποικίλη γὰρ πλάνη βακχεύει ἐπὶ τοῖς μὴ ἐπιγινώσκουσι τὴν ἀλήθειαν ἔθνεσι, [καὶ] τοῖς μὲν, εἰδώλα προσκυνοῦσι· τοῖς δὲ, τὴν κτίσιν ἀντὶ τοῦ Κτίσαντος· καὶ τοῖς μὲν τὸν Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, ἀρνουμένοις δὲ δι' ἔργων· καὶ τὴν μὲν μόρφωσιν τῆς εὐσεβείας περικειμένοις, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἀποβαλλομένοις. Καὶ τοῖς τῷ μαμμωνᾷ δουλεύουσι διὰ τῆς φιλαργυρίας, εἰδωλολατρίαν ἐγκαλεῖ ὁ [θεῖος] Ἀπόστολος, εἰπών· *Καὶ τὴν φιλαργυρίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρία.* Γένοιτο δὲ ἡμᾶς ἔργοις ἐπιδεικνυμένους τὸ εἰλικρινὲς καὶ γνήσιον τῆς εἰς Θεὸν πίστεως, ἀνηκόους γενέσθαι τῆς φοβερᾶς ἐκείνης φωνῆς τῆς [οὕτω] λεγούσης· *Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ* D *οἶδα ὑμᾶς·* [καὶ τὰ ἑξῆς·] *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ,* [*οἱ*] *ἐργάται τῆς ἀνομίας.* Τῆς δὲ μακαρίας [μᾶλλον] ἀκοῦσαι καὶ εὐκταίας· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.* Χάριτι [καὶ φιλανθρωπίᾳ] καὶ οἰκτιρμοῖς τοῦ δι' ἡμᾶς σταυρὸν ἑκουσίως ὑπομείναντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ [καὶ ζωοποιῷ] Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[13] Coloss. III, 5. [14] Matth. XXV, 12. [15] I Mac. III, 6. [16] Matth. XXV 34.

*Περὶ τοῦ ἀγγέλου τοῦ περιβεβλημένου νεφέλην καὶ Ἶριν, καὶ τὴν συντέλειαν προμηνύοντος.*

*De angelo circumdato iride et nube, qui sæculi consummationem denuntiabat.*

*Καὶ εἶδον [ἄλλον] ἄγγελον ἰσχυρὸν καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· περιβεβλημένον νεφέλην· καὶ Ἶρις ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ· καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος· καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς στῦλοι πυρός.*

X. 1, *Et vidi alium angelum fortem, descendentem de cœlo, amictum nube : et iris in capite ejus; et facies ejus erat ut sol, et pedes ejus tanquam columna ignis.*

Τοῦτον ἅγιον ἄγγελον νοεῖσθαι ἥ τε *νεφέλη* καὶ ἡ Ἶρις καὶ τὸ *ἡλιοπρεπὲς φῶς* [αὐτοῦ] ἐμφαίνουσι· διὰ τούτων γὰρ τὸ οὐράνιον καὶ ποικίλον ἐν ἀρεταῖς καὶ τὸ φωτεινὸν τῆς ἀγγελικῆς οὐσίας τε καὶ νοήσεως δείκνυται. *Οἱ* δὲ *τοῦ πυρὸς στῦλοι*, τὸ φοβερὸν καὶ κλαστικὸν κατὰ τῶν ἀνοσιουργῶν σημαίνουσι, τῶν τε ἐν τῇ γῇ λῃστευόντων, τῶν τε ἐν τῇ θαλάσσῃ πειρατευόντων. Διὸ τῇ μὲν *τὸν δεξιὸν*, τῇ δὲ *τὸν ἀριστερὸν πόδα* ἐπέθηκεν, ἵνα τῶν ἐν ἑκατέρᾳ παρανόμων τὴν δίκην αἰνίξηται.

Hunc aliquem ex sanctorum angelorum numero exstitisse, indicium faciunt *nubes*, et *iris*, et *solare lumen*. Per hæc enim varius virtutum cultus, angelicæque substantiæ atque notitiæ splendor et lux indicantur. At vero *columnæ igneæ*, vim illam denotant qua angeli eos perterrefacere et punire valent et solent, qui impia designant, præcipue vero illos qui latrocinantur in terra, aut piraticam exercent in mari. Ea propter huic *dextrum pedem*, ut paulo post audiemus, imposuit; illi vero *sinistrum*; nempe quo utrobique prævaricantium pœnam exprimat.

*Καὶ εἶχεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ βιβλαρίδιον ἠνεῳγμένον. Καὶ ἔθηκε τὸν πόδα αὐτοῦ τὸν δεξιὸν ἐπὶ τῆς θαλάσσης· τὸν δὲ εὐώνυμον ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, ὥσπερ λέων βρυχᾶται· καὶ ὅτε ἔκραξεν, ἐλάλησαν ἑπτὰ βρονταὶ τὰς ἑαυτῶν φωνάς.*

X, 2, 3. *Et habebat in manu sua libellum apertum; et posuit pedem suum dexterum super mare, sinistrum autem super terram : et clamavit voce magna, quemadmodum cum leo rugit; et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas.*

Τὸ δὲ βιβλαρίδιον, ἅτε μικρὸν ὄν, καὶ [σφόδρα] ὑποκοριστικῶς λεχθὲν, τῶν σφόδρα πονηροτάτων τὰ ὀνόματα καὶ τὰς πράξεις περιέχειν μοι φαίνεται· οἷόν τῶν ἐν γῇ λῃστευόντων ἢ ἑτέρως ἀνοσιουργούντων, καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ πειρατευόντων· ὧν τὴν κλασιν αἰνίττεται, τοὺς πυρίνους πόδας ἐκτείνων ἐπί τε τὴν γῆν, ἐπί τε τὴν θάλατταν ὁ ἄγγελος. *Καὶ ἡ φωνὴ* δὲ τοῦ ἀγγέλου *βρυγμῷ λέοντος ἀφομοιωθεῖσα*, τὸ φοβερὸν καὶ ἀνύποιστον τῆς αὐτοῦ ἀπειλῆς ἐνδείκνυται. Καὶ μάρτυς Δανιὴλ, ὁ μηδὲ προσηνῆ μήτιγε ἀπειλοῦντα δυνηθεὶς ἄγγελον ἀπόνως θεάσασθαι. *Τὰς* δὲ *ἑπτὰ βροντὰς* ἡγούμεθα, ἢ ἑπτὰ φωνὰς νοεῖσθαι ἐξ ἑνὸς διαρθρουμένας ἀγγέλου· ἢ ἑπτὰ ἑτέρους ἁγίους ἀγγέλους τὰ μέλλοντα προαγορεύοντας· ὡς ἐντεῦθεν δηλοῦσθαι τοῦ προτέρου ἀγγέλου τούτους εἶναι δευτερεύοντας, καὶ ἐκεῖθεν τὴν ἀφορμὴν τοῦ προφητεύειν λαμβάνοντας, κατὰ τὴν τῷ *μακαρίῳ* Διονυσίῳ διωρισμένην ἀγγελικὴν εὐταξίαν.

43 Libellus hic veluti parvus magnaque cum diminutione expressus, hominum insigniter nequam et sceleratorum nomina et acta continere videtur : cujusmodi inter cæteros sunt, qui latrocinia in terra, aut piraticam in mari exercent, aut quovis alio modo impietati student; quorum supplicium per hoc insinuat angelus, quod inflammatos pedes simul super terram et mare extendit. *Vox* autem angeli *leonis fremitui assimilata*, terrorisque incutere assolet magnitudinem, ingentemque angelicæ comminationis et punitionis acerbitatem, qua in impios fertur, significat. Cui rei luculentum testimonium perhibet propheta Daniel; quippe qui neque comminantem, neque aspere increpantem, sed amice blandientem angeli vocem, citra magnam molestiam animique consternationem, perferre non potuit. Per *septem* autem *tonitrua*, vel septem voces ex uno angelo profectas intelligere possumus : vel septem alios sanctos angelos, quæ futura erant, prædicentes. Quod si admittatur, statuendum ex consequenti erit, hosce septem secundas a primo tulisse, vaticinandique ansam ab ipso eodem sumpsisse; idque consentanee ad ea quæ R. Dionysius de angelorum inter se ordine et illuminatione scribit.

*Καὶ ὅτε ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταί, ἔμελλον γράφειν. Καὶ ἤκουσα φωνῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λεγούσης· Σφράγισον ἃ ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταί, καὶ μετὰ ταῦτα γράψον.*

IX, 4. *Et cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, ego scripturus eram : et audivi vocem de cœlo dicentem mihi : Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, et noli ea scribere.*

Διὰ δὲ τοῦ σφραγίσαι ἃ ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταί, καὶ μετὰ ταῦτα γράψαι, δείκνυται ἄδηλα εἶναι νῦν τὰ δι' αὐτῆς τῆς πείρας καὶ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως ἑρμηνευόμενα· ἐξ ὧν ἐκ τῆς οὐρανίου φωνῆς ὁ εὐαγγελιστὴς ἔμαθε· τῇ μὲν διανοίᾳ τὰς φωνὰς ἐνσημήνασθαι, τὴν δὲ τελείαν κατάληψιν καὶ [τὴν] πᾶσαν τούτων διασάφησιν τοῖς τελευταίοις χρόνοις

Per hæc indicatur, multa hoc tempore incerta esse, quæ per experimentum certumque rerum eventum olim patefient. Monetur hic namque per cœlestem vocem evangelista, ut tonitruum voces menti nunc tantum imprimat; perfectam autem illarum comprehensionem plenamque intelligentiam, novissimis temporibus asservet. Obsignatos

ramque et obseptos ejusmodi sermones esse, ipse etiam propheta Daniel aliquando audivit.

X, 5, 6. *Et angelus quem vidi stantem super mare et super terram, levavit manum suam dexteram ad cœlum; et juravit per viventem in sæcula sæculorum, qui creavit cœlum et ea quæ in illo sunt, et terram et ea quæ in ea sunt, et mare et ea quæ in eo sunt, quia tempus non erit amplius.*

Cum Deus nullum se majorem habeat per quem jurare possit, per semetipsum jurare solitus est : angeli autem, tanquam res creatæ, per Creatorem jurant, eaque quæ dicunt, propter nostram diffidentiam et incredulitatem, cœlestis nominis attestatione confirmant. Jurat hic autem, nullum posthac amplius tempus fore ; atque hoc vel in futuro sæculo, in quo nullum exstabit tempus, quod sole hoc sensili mensuretur ; sed vita tantum æterna, quæ temporarium numerum excedit : aut tempus certe longum post sextam angeli vocem non futurum ; eo quod jam tum ad exitum tendant, quæcunque ante prædicta erant. Quare etiam subdit ;

*Sed in diebus vocis septimi angeli, cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut evangelizavit per servos suos prophetas.*

44 Per hæc significari arbitror, post absolutam sex sæculorum periodum, in diebus septimi sæculi (quod tempus per *septimam tubam* exprimitur) ea omnia quæ per sanctos prophetas dicta erant, et ante expleta non erant, tum demum, nempe ad sæculi finem, certo eventura. Harum autem rerum expletionem ob id *Evangelium lætumve nuntium* appellat, quod æterna requies sanctis jam tum parata erit.

## CAPUT XXIX.

*Ut Evangelista librum ex angelo susceperit.*

X, 9. *Audivi vocem de cœlo iterum loquentem mecum, et dicentem : Vade, et accipe librum apertum de manu angeli stantis super mare et super terram.*

Et hic rursum alia virtus angelica, ex eorum ordine qui primatum obtinent, evangelistæ apparet ; eidemque, ut de manu angeli librum, hoc est, certam earum rerum notitiam quæ oraculo tradebantur, suscipiat, præcipit.

X, 9. *Et abii ad angelum, dicens ei ut daret mihi librum. Et dixit mihi : Accipe librum, et devora illum ; et faciet amaricari ventrem tuum ; sed in ore tuo erit dulce tanquam mel.*

Suavis sane et jucunda futurorum cognitio accidet tibi ; attamen amarum reddet ventrem, hoc est, cor tuum : (hoc unum enim spiritalium alimentorum capax est). Sauciaberis namque eorum commiseratione, quos justo Dei judicio gravia divinitus-

A ταμιεύεσθαι. Ἐσφραγισμένους γὰρ καὶ ἐμπεφραγμένους τοὺς τοιούτους λόγους, καὶ ὁ Δανιὴλ ἐδιδάσκετό [ποτε.]

*Καὶ ὁ ἄγγελος ὃν εἶδον ἑστῶτα ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, ἦρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ τὴν δεξιὰν εἰς τὸν οὐρανόν· καὶ ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι* [*Θεῷ*] *εἰς τοὺς αἰῶνας* [*τῶν αἰώνων*], *ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, ὅτι χρόνος οὐκέτι ἔσται.*

*Καὶ ὁ ἄγγελος ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι Θεῷ.* Θεὸς μὲν γὰρ, κατ' οὐδενὸς ἔχων [μείζονος] ὀμόσαι, καθ' ἑαυτοῦ ὄμνυσιν· ἄγγελοι δὲ, ὡς κτίσματα, κατὰ τοῦ Κτίσαντος, τὰ ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα, διὰ τὴν ἡμετέραν ἀπιστίαν, ὀμνύντες πιστοῦνται. Ὄμνυσι δὲ χρόνον B μηκέτι εἶναι, ἢ ἐν τῷ μέλλοντι [αἰῶνι,] ἐν ᾧ οὐ χρόνος ἐστὶν ἡλίῳ μετρούμενος, ἀλλὰ ζωὴ αἰώνιος ἀριθμὸν χρονικὸν ὑπερβαίνουσα· ἢ χρόνος οὐκ ἔσται μακρὸς μετὰ τὰς ἐξ φωνὰς τοῦ ἀγγέλου, τοῦ τὰ προφητευθέντα πληρωθῆναι. Διὸ ἐπάγει·

*Ἀλλ' ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς φωνῆς τοῦ ἑβδόμου ἀγγέλου, ὅταν μέλλῃ σαλπίζειν,* [*καὶ*] *τελεσθῇ τὸ μυστήριον τοῦ Θεοῦ ὃ εὐηγγελίσατο τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις τοῖς προφήταις.*

Ἐκ τούτων γὰρ σημαίνειν οἶμαι, μετὰ τὴν ἓξ αἰώνων παραδρομὴν, ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ ἑβδόμου αἰῶνος, τοῦ διὰ τῆς *ἑβδόμης* σημαινομένου *σάλπιγγος*, τὰ ἐκ τῶν ἁγίων προφητῶν εἰρημένα, πρὸς τῇ C συντελείᾳ συμβήσεσθαι. *Εὐαγγελισμὸς* δὲ, ἡ *τούτων ἐκπλήρωσις*· διὰ τὴν ἡτοιμασμένην τοῖς ἁγίοις ἀνάπαυσιν.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

*Ὅπως τὸ βιβλαρίδιον ἐκ τοῦ ἀγγέλου ὁ εὐαγγελιστὴς εἴληφεν.*

*Καὶ ἡ φωνὴ ἣν ἤκουσα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πάλιν λαλοῦσα μετ' ἐμοῦ, καὶ λέγουσα· Ὕπαγε, λάβε τὸ βιβλαρίδιον τὸ ἠνεῳγμένον ἐν τῇ χειρὶ τοῦ ἀγγέλου τοῦ ἑστῶτος ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.*

D Κἀνταῦθα ἄλλη τις ἀγγελικὴ ὑπερτέρα δύναμις τῷ εὐαγγελιστῇ ἐγκελεύεσθαι φαίνεται, διὰ τῆς βίβλου τὴν γνῶσιν τῶν χρησμῳδηθέντων ὑποδέξασθαι.

*Καὶ ἀπῆλθον πρὸς τὸν ἄγγελον, λέγων αὐτῷ· Δός μοι τὸ βιβλαρίδιον. Καὶ λέγει μοι, Λάβε, καὶ κατάφαγε αὐτό· καὶ πικρανεῖ σου τὴν κοιλίαν· ἀλλ' ἐν τῷ στόματί σου ἔσται γλυκὺ ὡς μέλι.*

*Ἔσται γλυκὺ ὡς μέλι.*—Γλυκεῖα μέν σοι, φησὶν, τῶν μελλόντων γνῶσις· πικρανεῖ δέ σου ὅμως τὴν κοιλίαν, δηλαδὴ τὴν καρδίαν τὴν τῶν λογικῶν τροφῶν χωρητικὴν, τῇ συμπαθείᾳ τῶν τὰς θεηλάτους κατὰ τὸ θεῖον κρῖμα δεχομένων μάστιγας. Ποιεῖται

δὲ καὶ ἑτέρως· ὅτι ἐπείπερ ἅγιος ὢν, τῆς πείρας τῶν πονηρῶν πράξεων οὐκ ἐγεύσατο, διὰ τῆς τοῦ βιβλίου καταπόσεως, τοῦ τὰς πράξεις τῶν ἀνοσιουργῶν περιέχοντος, τὸ ἐν ἀρχαῖς τῆς ἁμαρτίας γλυκὺ, πικρὸν δὲ μετὰ τὴν πρᾶξιν διὰ τὴν ἀμοιβὴν διδάσκεται.

peccatum initio offert, post opus patratum in terti.

*Καὶ ἔλαβον τὸ βιβλαρίδιον ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ ἀγγέλου· καὶ κατέφαγον αὐτό. Καὶ ἦν τῷ στόματί μου ὡς μέλι γλυκύ· καὶ ὅτε ἔφαγον αὐτό, ἐπικράνθη ἡ κοιλία μου.*

*Καὶ ὅτε ἔφαγον αὐτό, ἐπικράνθη ἡ κοιλία μου.* —Γλυκεῖα ἡ βίβλος ἐν τοῖς προοιμίοις, διὰ τὰ φαιδρά· ἐπίπονος δὲ πρὸς τῷ τέλει, διὰ τὰς πληγάς· ὥσπερ καὶ ἡ ἁμαρτία γλυκεῖα μὲν τῇ γεύσει, πικρὰ δὲ τῇ πέψει καὶ τῇ ἀναδόσει, καθὼς εἴρηται. Συμπαθεῖς δὲ ὄντες οἱ ἅγιοι, μετὰ χαιρόντων χαίρουσι, καὶ μετὰ κλαιόντων κλαίουσιν, [ὡς φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος.]

*Καὶ λέγει μοι· Δεῖ σε πάλιν προφητεῦσαι ἐπὶ λαοῖς καὶ ἔθνεσι, καὶ γλώσσαις, καὶ βασιλεῦσι πολλοῖς.*

*Καὶ λέγει μοι· Δεῖ σε πάλιν προφητεῦσαι.*—Διὰ τούτων δείκνυται, ἢ τὸ μὴ εὐθέως [μετὰ τὴν ὅρασιν] τῆς θείας Ἀποκαλύψεως τὰ ὁραθέντα πέρας δέχεσθαι· ἀλλὰ δεῖν τὸν μακάριον διά τε τοῦ Εὐαγγελίου αὐτοῦ, διά τε τῆς παρούσης ἀποκαλύψεως, μέχρι συντελείας προφητεύειν τὰ μέλλοντα τοῖς ἀναγινώσκουσιν· ἢ τὸ μήπω τοῦτον θανάτου γεύσασθαι, ἐπὶ τέλει δὲ ἐλεύσεσθαι, τῆς ἀπάτης τοῦ Ἀντιχρίστου τὴν παραδοχὴν κωλύσοντα.

*Καὶ ἐδόθη μοι κάλαμος ὅμοιος ῥάβδῳ, λέγων μοι· Ἔγειραι καὶ μέτρησον τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας ἐν αὐτῷ καὶ τὴν αὐλὴν τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ, ἔκβαλε ἔξω· καὶ μὴ αὐτὴν μετρήσῃς, ὅτι ἐδόθη τοῖς ἔθνεσι· καὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν πατήσουσι μῆνας τεσσαράκοντα* [*καὶ*] *δύο.*

Διὰ δὲ τοῦ *καλάμου* τούτου, δείκνυται [πάντα] νοερὰ εἶναι τὰ ἐν οὐρανῷ φαινόμενα, καὶ τὰ παρ' ἡμῖν ἄψυχα· ὥσπερ οὖν καὶ τὸ θυσιαστήριον καὶ ὁ θρόνος, καὶ τινα ἕτερα· ἐπεὶ πῶς ὁ ἄνθρωπος αὐτῷ κάλαμος ἔλεγεν· *Ἔγειραι, καὶ μέτρησον τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ*; [δι' οὗ δείκνυται ἀγγελικῇ συνέσει ἐκμετρεῖν τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ.] Εἰ δέ τις φήσει ὑπὸ τοῦ [αὐτοῦ] ἀγγέλου καὶ τὸν κάλαμον δεδόσθαι αὐτῷ, καὶ ἀκηκοέναι [παρ' αὐτοῦ]· *Ἔγειραι, καὶ μέτρησον τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ.* Τοῦτόν φαμεν τὸν *κάλαμον* μέτρον δηλοῦν γνώσεως, ἀναλογοῦν τῷ λαμβάνοντι· ἧς ἀξιοῦνται οἱ παρὰ Θεοῦ καὶ τῶν θείων ἀγγέλων δι' ἔργων ἀγαθῶν γινωσκόμενοι. Ἔγνω γὰρ Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ, θεῖόν φησι λόγιον. Ἴστέον δὲ ὡς τινὲς *τὸν μὲν τοῦ Θεοῦ ναὸν* τὴν Παλαιὰν Διαθήκην ἐνόησαν· *τὴν δὲ ἔξωθεν αὐλὴν*, τὴν νέαν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐν αὐτῇ σωζομένων, οὖσαν ἀμέτρητον·

A que illata flagella excipient : — Exponi aliter quoque hic locus potest. Etenim cum evangelista vir magnæ sanctitatis esset, improba facta per experientiam non gustaverat : verum ubi librum, qui improborum et nequam hominum facta continebat, devoraverat, edoctus est, dulcedinem quam amaritudinem, hoc est, in pœnam et cruciatum,

X, 10. *Et accepi librum de manu angeli, et devoravi illum ; et erat in ore meo tanquam mel dulce : et cum devorassem eum, amaricatus est venter meus.*

Dulcis apparebat liber in exordio, propter lætas quæ tractabat ; molestus autem et laboriosus ad finem, propter plagas quas interminabatur : quemadmodum peccatum quoque dulce est gustui, at B amarum sortitur exitum ; nec coctu quoque facile est. Cum autem sancti sint misericordes, miserisque compati soleant, sicuti cum gaudentibus gaudent, ita cum plorantibus et flentibus flent quoque et plorant. [Ut dicit divus Apostolus.]

X, 11. *Et dixit mihi : Oportet te iterum prophetare gentibus, et populis, et linguis, et regibus multis.*

Per hæc alterutrum insinuatur ; nempe quæ per divinam Apocalypsin ostensa sunt evangelistæ, ea nondum finem sortita, neque statim quoque sortitura ; sed oportere beatum illum virum partim quidem per Evangelium, quod scripsit ; partim etiam per præsentem hunc librum, usque ad sæculi C finem, quæ futura sunt lectoribus annuntiare : aut sanctum certe apostolum mortem necdum gustasse, sed sub sæculi consummationem venturum, ut impostorum Antichristi impetum sistat atque coerceat.

XI, 1, 2. *Et datus est mihi calamus similis virgæ, et dictum est* 45 *mihi : Surge, et metire templum Dei, et altare, et adorantes in eo : Atrium autem quod est foris templum, ejice foras ; et ne metiaris illud, quia datum est gentibus ; et civitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.*

Per *calamum* hunc ostenditur, omnia quæ incœlo cernuntur, etiamsi ejusmodi res sensu et ratione apud nos careant, ut sunt altare, thronus, et D alia id genus complura, spiritalia esse. Nam quomodo calamus, qui evangelistæ datus scribitur, dicere poterat. *Surge, et metire templum Dei*, ut contextus sonat, nisi mente et ratione fuisset præditus ? Quod si quis dixerit ab uno eodemque angelo et calamum accepisse, et vocem hanc, *Surge, et templum hoc metire*, audivisse, per *calamum* certam scientiæ mensuram, quæ accipientis qualitati consentanea erat, significari dicimus ; cujusmodi consequuntur illi, qui a Deo divinisque angelis propter sancta opera agnoscuntur. Novit enim Dominus, qui sunt sui ; juxta Scripturæ eloquium. Adverte autem non deesse qui per *Dei templum* Vetus Testamentum intelligant ; per *aulam* autem *exterio-*

*rem*, Novum, propter innumeram illorum multitudinem qui salutem in eo adipiscuntur. *Quadraginta* autem *duos menses*, temporis brevitatem, quo Novi Testamenti mysteria a primo Christi adventu usque ad secundum obtinebunt, exprimere aiunt. Nos autem arbitramur, *Dei* [*viventis*] *templum* Ecclesiam appellari, in qua rationales hostiæ Deo offeruntur : *atrium* autem *exterius*, gentium et infidelium Judæorum Synagogam ; utpote, propter impietatem, qua obstricta tenetur, indignam quæ ab angelo mensuretur. *Novit* enim *Dominus qui sunt sui*, ut modo dicebatur. Iniquos autem et prævaricatores, is qui alias omnia novit, *ignorare* dicitur ; quia illorum facta non probat. Quod autem sancta civitas, sive novam Jerusalem, sive Ecclesiam Catholicam per eam accipias, *menses quadraginta duos* a gentibus calcanda hoc loco asseritur, illud subindicat, nisi fallor, fideles probatosque viros, tres annos cum dimidio, quibus Antichristus sæviet, magnam persecutionem perpessuros

A τοὺς δὲ τεσσαράκοντα [καὶ] δύο μῆνας, σημαντικοὺς τῆς τοῦ χρόνου βραχύτητος, ὃν κρατεῖν τὰ τῆς Νέας Διαθήκης μυστήρια, μέχρι τῆς δευτέρας Χριστοῦ παρουσίας ὑπέλαβαν· ἡμεῖς δὲ νομίζομεν ναὸν Θεοῦ [ζῶντος] τὴν Ἐκκλησίαν προσαγορεύεσθαι· ἐν ᾗ θυσίας λογικὰς τῷ Θεῷ προσφέρομεν· αὐλὴν δὲ ἐξωτέραν, τὴν τῶν ἀπίστων ἐθνῶν καὶ Ἰουδαίων Συναγωγήν· ὡς ἀναξίαν ὑπ' ἀγγέλου μετρηθῆναι, διὰ τὴν ἀσέβειαν [αὐτῶν.] Ἔγνω δὲ Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ, ὡς εἴρηται· τοὺς δὲ παρανόμους [ὁ πάντα] εἰδὼς, ἀγνοεῖν λέγεται. Τὸ δὲ πατεῖσθαι τὴν ἁγίαν πόλιν, εἴτε τὴν νέαν Ἱερουσαλὴμ, εἴτε τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν, μῆνας τεσσαράκοντα [καὶ] δύο ὑπὸ τῶν ἐθνῶν, σημαίνειν οἶμαι ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Ἀντιχρίστου, τρία ἥμισυ ἔτη τοὺς B πιστοὺς καὶ δοκίμους πατεῖσθαι καὶ διώκεσθαι.

## CAPUT XXX.

### *De Enocho et Elia.*

**XI, 3, 4.** ***Et dabo duobus testibus meis ; et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. Hi sunt duæ olivæ, et duo candelabra, in conspectu Domini terræ stantia.***

Per hos testes plerique doctorum acceperunt Enochum et Eliam ; qui sub sæculi finem a Deo accepturi sunt trium annorum cum semisse spatium ; quantum nimirum ex mille ducentorum C sexaginta dierum numero conflatur, ad vaticinandum et prædicandum. Amicientur autem *saccis* ; quo planum faciant mœrorem et luctum, quo propter eos sauciabuntur, qui tum temporis in Antichristi errorem abducti comperientur. Apud Zachariam hi duo sub *duarum olivarum* totidemque *candelabrorum* schemate delineantur : ob id forsan, quod bonorum Deoque placentium operum oleo, cognitionis lumini fomentum suggerent, veritatique vehicula exsistent.

**46** **XI, 5, 6.** ***Et si quis voluerit iis nocere, ignis exiet de ore ipsorum, et devorabit inimicos eorum : et si quis voluerit illos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum : et potestatem habent super aquas, convertendi eas in sanguinem, et percutere terram omni plaga, quotiescunque voluerint.***

O immensam Dei benignitatem ! qui vulneri inflicto efficacem statim medicinam, infusoque veneno salutare mox antidotum adhibet. Cum enim Antichristus in omnibus prodigiis signisque mendacibus veneficorum omnium princeps, omniumque præstigiatorum coryphæus futurus sit ; utpote universa diaboli fraude et energia perfecte imbutus ; Deus opt. max. sanctos illos verorum signorum atque miraculorum virtute armabit ; quo veritatis ostensione mendacium, lucisque patefactione tenebras

## ΚΕΦΑΛ. Α'.

### *Περὶ Ἐνὼχ καὶ Ἠλίᾳ.*

*Καὶ δώσω τοῖς δυσὶ μάρτυσί μου, καὶ προφητεύσουσιν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα, περιβεβλημένοι σάκκους. Οὗτοί εἰσιν αἱ δύο ἐλαῖαι, καὶ αἱ δύο λυχνίαι αἱ ἐνώπιον τοῦ Κυρίου τῆς γῆς ἑστῶσαι.*

Τούτους [τοὺς δύο μάρτυρας] Ἐνὼχ καὶ Ἠλίαν, πολλοὶ τῶν διδασκάλων ἐνόησαν, καιρὸν θεόθεν τοῦ προφητεύειν [τὰ] ἐν τῇ συντελείᾳ ληψομένους, ἐπὶ ἔτη τρία ἀπὸ τριακοσίων ἑξήκοντα ἡμερῶν ἀριθμούμενα· καὶ διὰ τῆς περιβολῆς τῶν σάκκων, τὸ σκυθρωπὸν καὶ πένθους ἄξιον ἐπὶ τοῖς ἀπατωμένοις ἐμφαίνοντας, καὶ τοὺς τότε εὑρισκομένους τῆς πλάνης τοῦ Ἀντιχρίστου ἀπάγοντας· οὓς Ζαχαρίας [ὁ προφήτης] ἐν εἴδει τῶν δύο ἐλαιῶν καὶ [τῶν δύο] λυχνιῶν ἠνίξατο, διὰ τὸ τὴν τροφὴν τοῦ φωτὸς τῆς γνώσεως τῷ ἐλαίῳ τῶν θεαρέστων πράξεων ἐπιφέρεσθαι.

*Καὶ εἴ τις αὐτοὺς θέλει ἀδικῆσαι, πῦρ ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ κατεσθίει τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν· καὶ εἴ τις αὐτοὺς θέλει ἀποκτεῖναι, οὕτως δεῖ αὐτὸν ἀποκτανθῆναι. Οὗτοι* D *ἔχουσιν ἐξουσίαν κλεῖσαι τὸν οὐρανὸν, ἵνα μὴ βρέχῃ ὑετὸς τὰς ἡμέρας τῆς προφητείας αὐτῶν· καὶ ἐξουσίαν ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ὑδάτων στρέφειν αὐτὰ εἰς αἷμα, καὶ πατάξαι τὴν γῆν ἐν πάσῃ πληγῇ, ὁσάκις ἐὰν θελήσωσι.*

*Καὶ εἴ τις αὐτοὺς θέλει ἀδικῆσαι.* — Βαθεῖα τῆς θείας ἀγαθότητος ! ὅτι ἀντίρροπον τῇ πληγῇ ἐπιφέρει τὴν ἴασιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν πᾶσι σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους πάντων τῶν φαρμακῶν καὶ ἐπαοιδῶν ἔσται ὁ ψευδόχριστος περιφανέστερος, ὅτε πᾶσαν τοῦ διαβόλου δεχόμενος τὴν ἐνέργειαν, ἐν δυνάμει ἀληθινῶν σημείων τε καὶ τεράτων τοὺς ἁγίους τούτους καθοπλίσει ὁ Θεὸς, τῇ παραθέσει τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ φωτὸς [τὸ ψεῦδος καὶ] τὸ σκότος ἀπελέγξοντας· καὶ τοὺς μὲν πεπλανημένους ἐπιστρέψοντας, διά τε λό-

γου διδασκαλικοῦ, διά τε μαστίγων παιδευτικῶν, ἀνομβρίας καὶ πυρὸς, καὶ τῆς τῶν στοιχείων μεταποιήσεως, καὶ τῶν ὁμοίων· τὸν δὲ πλάνον παραδειγματίσοντας, καὶ μηδὲν μήτε ὑπ' ἐκείνου, μήτε ὑφ' ἑτέρου πεισομένους, ἄχρι τοῦ τῆς οἰκείας προφητείας πέρατος.

A redarguant; et seductos partim quidem erudito doctoreque digno sermone; partim vero omni plagarum et calamitatum genere, ut sunt terræ siccitas, aeris intemperies, noxia elementorum transmutatio, et alia ejusmodi complura, ad veritatis lucem convertant; ipsum autem impostorem Antichristum palam revincant, publiceque confundant. Nihil interim incommodi, neque ab illo, neque ab ullo alio, donec prophetiam et ministerium suum expleverint, perpessuri.

*Καὶ ὅτε τελέσουσι τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν, τὸ θηρίον τὸ ἀναβαῖνον ἐκ τῆς ἀβύσσου ποιήσει πόλεμον μετ' αὐτῶν, καὶ νικήσει αὐτοὺς, καὶ ἀποκτενεῖ αὐτούς· καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν* [ἐάσει] *ἐπὶ τῆς πλατείας τῆς πόλεως τῆς μεγάλης* [ἀναφα·] *ἥτις καλεῖται πνευματικῶς Σόδομα καὶ Αἴγυπτος, ὅπου* [καὶ] *ὁ Κύριος αὐτῶν ἐσταυρώθη.*

XI, 7, 8. *Et cum finiverint testimonium suum, bestia quæ ascendit de abysso, faciet adversus eos bellum, et vincet eos, et occidet illos; et corpora eorum jacebunt in platea civitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma et Ægyptus, ubi et Dominus eorum crucifixus est.*

B

Μετὰ γὰρ τὸ διαμαρτύρασθαι αὐτοὺς, [φησὶ] τὴν τῆς ἀπάτης ἀποφυγὴν, τὸ θηρίον, δηλαδὴ ὁ Ἀντίχριστος, ὁ ἐκ τῶν σκοτεινῶν καὶ βυθίων τῆς γῆς χωρίων ἐξιὼν, ἐν οἷς ὁ διάβολος καταδεδίκασται, ἀνελεῖ αὐτοὺς κατὰ θείαν συγχώρησιν, καὶ ἄταφα αὐτῶν καταλείψει τὰ σώματα, ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ, δηλαδὴ τῇ παλαιᾷ καὶ κατεστραμμένῃ, ἐν ᾗ καὶ ὁ Κύριος πέπονθεν· [ἐν] ταύτῃ, ὡς ἔοικε, καθιστῶν τὰ βασίλεια κατὰ μίμησιν Δαβὶδ, οὗ ὁ υἱὸς Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, κατὰ σάρκα γεγένηται· ἵνα κἀν τούτῳ ἑαυτὸν εἶναι τὸν Χριστὸν πιστώσηται, πληροῦντα [δῆθεν] τὸ προφητικὸν λόγιον, τὸ φάσκον· *Ἀναστήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ τὰ κατεστραμμένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω·* ὅπερ πλανώμενοι οἱ Ἰουδαῖοι, εἰς τὴν ἐκείνου παρουσίαν ἐκλαμβάνουσι.

Posteaquam impostoris fraudem detexerint, inquit, eamque modis omnibus vitandam palam ostenderint, bestia, nempe Antichristus, ex obscuris humidisque terræ locis, in quibus diabolus versari solitus est, egressus, secundum divinam permissionem interficiet illos; ipsorumque corpora per plateas veteris et jam eversæ Hierosolymæ, in qua Christus quoque Dominus noster passus est, nitro citroque jactata insepulta relinquet. In hac namque civitate, ad imitationem Davidis, regni sedem, ut probabile fit, constituet: in cujus quoque confinio Jesus Christus Deus et Dominus noster natus est secundum carnem; quo vel hac ratione fidem faciat se verum esse Christum, implereque propheticum illud: *Instaurabo tabernaculum Davidis collapsum* [27]; quod Judæi, errore decepti, ad illius adventum transferunt.

C

*Καὶ βλέπουσιν ἐκ τῶν λαῶν καὶ φυλῶν, καὶ γλωσσῶν καὶ ἐθνῶν, τὰ πτώματα αὐτῶν ἡμέρας τρεῖς ἥμισυ· καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν οὐκ ἀφήσουσι τεθῆναι εἰς μνῆμα. Καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, χαρήσονται ἐπ' αὐτοῖς, καὶ εὐφρανθήσονται, καὶ δῶρα δώσουσιν ἀλλήλοις· ὅτι οὗτοι οἱ δύο προφῆται ἐβασάνισαν τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς.*

XI, 9, 10. *Et videbunt de tribubus, et populis, et linguis, et gentibus corpora ipsorum per tres dies et dimidium; et corpora eorum non sinent poni in monumentis. Et inhabitantes terram gaudebunt super illis, et jucundabuntur, et munera mittent invicem: quoniam hi duo prophetæ cruciaverunt eos qui habitabant super terram.*

*Καὶ βλέπουσιν ἐκ τῶν λαῶν καὶ φυλῶν καὶ γλωσσῶν.* — Οἱ ἅπαξ, φησὶ, προκατειλημμένοι τοῖς ψευδέσι τοῦ Ἀντιχρίστου τέρασι, καὶ τὸ θεοστυγὲς αὐτοῦ ὄνομα ἀνεξαλείπτως [ἐν] ταῖς καρδίαις ἐγγράψαντες ἔκ τε Ἰουδαίων, ἔκ τε ἐθνῶν, ταφῆναι μὲν τὰ ἅγια σώματα κωλύσουσιν· ἐπὶ δὲ τῇ ἀπαλλαγῇ τῶν μαστίγων, ἃς ἐπὶ ἐπιστροφῇ ἔπασχον, εὐφρανθήσονται· μὴ λογιζόμενοι ὅτι, ὃν ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· *μαστιγοῖ δὲ* [*πάντα*] *υἱὸν ὃν παραδέχεται·* καὶ ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ ἄγξει τοὺς μὴ ἐγγίζοντας πρὸς αὐτόν· ὅπως κἂν ἐξ ἀνάγκης πρὸς τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἐπιστρέψωσιν· ἧς ἀπατηθέντες ἐξετράπησαν. Ἀλλ' ἡμᾶς εὔχεσθαι χρὴ, οὕτω Κυρίῳ λέγοντας· *Ἀγαθὸν ἡμῖν ὅτι ἐταπείνωσας ἡμᾶς· ὅ πως ἂν μάθωμεν τὰ δικαιώματά σου. Ἐπίστρεψον ἡμᾶς, ὁ Θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν·* [*καὶ ἀπόστρεψον τὸν θυμόν*

D

Qui mendacibus Antichristi prodigiis præoccupati, nomen illius Deo exosum cordibus suis semel inscripserunt, inquit: sive illi ex **47** Judæis originem duxerint, sive ex gentium natione venerint; illi sancta illa corpora in monumentum inferre non sinent; verum, quod a flagellis, quæ ad illorum salutem et conversionem intulerant, liberatos se videant, lætum festumque diem agent; haud cogitantes quem Dominus amat, eum et castigare quoque solere; *flagellat enim omnem filium, quem suscipit* [28], camoque et freno illorum maxillas constringere, qui se ad ipsum adjungere cunctantur; quo vel necessitate coacti, ad viam rectam, a qua seducti aberrarant, aliquando revertantur. Nos autem orare par est et dicere; *Bonum est mihi, Domine, quia humiliasti me; ut discam justificationes*

[27] Amos IX, 11. [28] Hebr XII, 6

*tuus* [29]. *Converte nos, Deus salutaris noster, et averte iram tuam a nobis* [30]. *Neque intres in judicium cum servis tuis, Domine* [31]. Judicati enim abs te, qui clemens et benignus es, erudimur, ne cum hoc mundo condemnemur; sed per levia quædam flagella admoniti, sempiternum cruciatum evadamus. Quoniam dives es in miserationibus, Christe Deus noster. Quem proinde decet omnis gratiarum actio, et gloria, et honor, et adoratio, una cum Patre et vivifico sanctoque Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A σου ἀφ' ἡμῶν·] ἵνα μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τῶν δούλων σου· κρινόμενοι γὰρ ὑπὸ σοῦ τοῦ φιλανθρώπου [Δεσπότου,] παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν, ἀλλὰ δι' ὀλίγων μαστίγων αἰώνιον ἐκφευξώμεθα κόλασιν· ὅτι πλούσιος ὑπάρχεις ἐν οἰκτιρμοῖς, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν. Καὶ σοὶ πρέπει πᾶσα [εὐχαριστία,] δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, ἅμα τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## CAPUT XXXI, SERMO XI.

*Ut duo isti Dei prophetæ ab Antichristo trucidati, denuo surrexerint.*

XI, 11, 12. *Et post dies tres et dimidium, Spiritus vitæ a Deo intravit in eos; et steterunt super pedes suos: et timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos. Et audiverunt vocem magnam ex cœlo, dicentem eis: Ascendite huc. Et ascenderunt in cœlum in nube.*

Posteaquam, inquit, tot dies exstincti jacuerunt, quot annos vaticinati fuerant, nimirum tres cum dimidio, denuo surrexerunt, Dominicoque vehiculo (nube videlicet) subvecti, ad cœlum ascenderunt; timoris simul et stuporis causa illis effecti qui ante illos viderant.

XI, 12, 13 *Et viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus est terræ motus magnus; et decima pars civitatis cecidit; et occisa sunt in terræ motu nomina hominum septem millia.*

Isthæc forsan sensili modo evenient; sublimiori autem sensu per *terræ motum*, rerum mobilium atque fluxarum ad stabiliorem firmioremque statum translatio designatur. Quod autem de *decima civitatis parte ejusdemque ruina* hic dicitur, hoc ad impietatis casum referendum videtur: quippe quæ nec admonitione, neque sanctorum ad cœlum raptu, ad sanam mentem redire animum aliquando induxerit; cum cæteri tamen, ut paulo post innuitur, huc redierint. *Septem* denique *millia occisa*, eos significare arbitramur, qui in septima præsentis vitæ ætate obtorpescentes, ad octavam resurrectionis non anhelant; quos proinde *mortem secundam*, hoc est æternum gehennæ supplicium, subire necessum est. Aut septem millia illos forte denotant, qui ex Judæis Antichristo crediderant.

**48** XI, 13, 14. *Et reliqui in timorem sunt missi, et dederunt gloriam Deo cœli. Væ secundum abiit, et ecce væ tertium veniet cito.*

Infidelibus cæsis, Christique martyribus gloria donatis, quotquot salute non indigni comperti sunt, inquit, omnes Deum laudibus extulerunt et glorificarunt. Post duo autem væ, tertium venit, per septimam tubam adumbratum.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'. ΛΟΓΟΣ ΙΑ'.

*Ὅπως ἀναιρεθέντες ὑπὸ τοῦ Ἀντιχρίστου [οἱ δύο οὗτοι τοῦ Θεοῦ προφῆται] ἀναστήσονται.*

B *Καὶ μετὰ τὰς τρεῖς καὶ ἡμισυ ἡμέρας, Πνεῦμα ζωῆς ἐκ τοῦ Θεοῦ εἰσῆλθεν εἰς αὐτούς· καὶ ἔστησαν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτῶν· καὶ φόβος ἔπεσε μέγας ἐπὶ τοὺς θεωροῦντας αὐτούς. Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λεγούσης αὐτοῖς· Ἀνάβητε ὧδε· καὶ ἀνέβησαν εἰς τὸν οὐρανὸν ἐν [τῇ] νεφέλῃ.*

Ἰσαρίθμους ἡμέρας τοῖς ἔτεσι τῆς αὐτῶν προφητείας, φησὶ, νεκρωθέντες, [πάλιν] ἀναστήσονται, καὶ εἰς οὐρανὸν [ἐν] τῷ Δεσποτικῷ ὀχήματι τῇ νεφέλῃ ἀνελεύσονται, φόβος καὶ κατάπληξις τοῖς ὁρῶσι γινόμενοι.

C *Καὶ ἐθεώρησαν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν. Καὶ [ἐν] ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐγένετο σεισμὸς μέγας· καὶ τὸ δέκατον τῆς πόλεως ἔπεσε· καὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν τῷ σεισμῷ ὀνόματα ἀνθρώπων χιλιάδες ἑπτά.*

Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ σεισμὸς μέγας ἐγένετο. Ἴσως μὲν καὶ αἰσθητῶς [τότε] ταῦτα γενήσεται· νοητῶς δὲ τὸν *σεισμὸν*, τὴν τῶν σαλευομένων μετάθεσιν ἐπὶ τὸ σταθερὸν καὶ βέβαιον δηλοῦν νομίζομεν. *Τὸ δέκατον δὲ τῆς πόλεως πίπτειν*, τὸ τῆς ἀσεβείας πτῶμα, μήτε τῇ ἐκείνων ἁρπαγῇ σωφρονιζόμενον, ὡς τῶν λοιπῶν σωθησομένων. *Αἱ γὰρ ἑπτὰ χιλιάδες ἀναιρούμεναι*, τοὺς τῷ ἑβδοματικῷ τοῦ παρόντος βίου χρόνῳ προστετηκότας, καὶ τὴν ὀγδόην τῆς ἀναστάσεως μὴ ἀναμένοντας, σημαίνειν φαίνονται· οὓς καὶ ἀποκταν θῆναι ἐπάναγκες τὸν ἐν γεέννῃ *δεύτερον θάνατον*, [ἤτοι] τὴν αἰώνιον κόλασιν. Ἡ τυχὸν ἑπτάκις χίλιοι ἔσονται οἱ ἐξ Ἰουδαίων τῷ Ἀντιχρίστῳ πειθόμενοι.

D *Καὶ οἱ λοιποὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο· καὶ ἔδωκαν δόξαν τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ. Ἡ οὐαὶ ἡ δευτέρα ἀπῆλθεν· ἰδοὺ ἡ οὐαὶ ἡ τρίτη ἔρχεται ταχύ.*

Καὶ ἔδωκαν δόξαν τῷ Θεῷ· μαστιζομένων τῶν ἀπίστων, καὶ δοξαζομένων τῶν μαρτύρων τοῦ Χριστοῦ, οἱ ἄξιοι, φησὶ, τῆς σωτηρίας, τὸν Θεὸν δοξάζουσι. Μετὰ δὲ τὰς δύο, φησὶν, *Οὐαὶ, ἡ τρίτη ἔρχεται* ἡ διὰ τῆς ἑβδόμης σάλπιγγος.

[29] Psal. CXVIII, 71. [30] Psal. LXXXIV, 5. [31] Psal. CXLII, 2.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

*Περὶ τῆς ἑβδόμης σάλπιγγος, καὶ τῶν ὑμνούντων τὸν Θεὸν ἁγίων ἐπὶ τῇ μελλούσῃ κρίσει.*

*Καὶ ὁ ἕβδομος ἄγγελος ἐσάλπισε· καὶ ἐγένοντο φωναὶ μεγάλαι ἐν τῷ οὐρανῷ, λέγουσαι· Ἐγένετο ἡ βασιλεία τοῦ κόσμου, τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ· καὶ βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· καὶ οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι οἱ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καθήμενοι ἐπὶ τῶν θρόνων αὐτῶν, ἔπεσαν ἐπὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ, λέγοντες· Εὐχαριστοῦμέν σοι, Κύριε ὁ Θεὸς [ἡμῶν] ὁ παντοκράτωρ, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν [καὶ ὁ ἐρχόμενος,] ὅτι εἴληφας τὴν δύναμίν σου τὴν μεγάλην· καὶ ἐβασίλευσας· καὶ τὰ ἔθνη ὠργίσθησαν.*

Κἀνταῦθα πάλιν [καὶ] τοὺς ἁγίους ἀγγέλους καὶ τοὺς ἀγγελικῶς πολιτευσαμένους εὐχαριστίαν ἀναπέμπειν τῷ Θεῷ φησιν· ὅτι ἦν ἐξ ἀρχῆς ὡς Θεὸς βασιλείαν ἐκέκτητο, λαβεῖν δι' ἡμᾶς ὡς ἄνθρωπος ἠξίωσε· τοῖς δὲ ἀπίστοις ἔθνεσιν ἐπὶ τούτῳ ὀργισθεῖσιν ὡσὰν προσφάτῳ καὶ ξένῃ διδαχῇ μακροθυμήσας, ἐπὶ τέλει τὴν δίκην ἐπήγαγε. Διό φησι· *Καὶ ἦλθεν ἡ ὀργή σου, καὶ ὁ καιρὸς τῶν νεκρῶν.*

*Καὶ ἦλθεν ἡ ὀργή σου καὶ ὁ καιρὸς τῶν νεκρῶν, κριθῆναι καὶ δοῦναι τὸν μισθὸν τοῖς δούλοις σου τοῖς προφήταις, καὶ τοῖς ἁγίοις, [καὶ] τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου, τοῖς μικροῖς καὶ τοῖς μεγάλοις· καὶ διαφθεῖραι τοὺς φθείροντας τὴν γῆν.*

*Καιρὸν τῶν νεκρῶν* δηλῶν, τὸν καιρὸν τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως· ἐν ᾧ ἑκάστῳ καταλλήλως ἀποδήσεται τὰ ἐπίχειρα. Διὰ δὲ *τῶν προφητῶν* καὶ *τῶν ἁγίων* καὶ *τῶν φοβουμένων τὸν Θεὸν*, τὰ τρία εἰκὸς νοεῖσθαι τάγματα, τῶν [ἐν] ἑκατὸν καρποφορούντων, καὶ [ἐν] ἑξήκοντα καὶ τριάκοντα τῶν ἀποστόλων ὁμολογουμένως τῆς πρώτης τευξομένων λήξεως, καὶ τῆς ἐπὶ δώδεκα θρόνων ἱδρύσεως. *Μικροὺς* δὲ *καὶ μεγάλους*, εἴτε τοὺς ἥττονας ἁγίους, καὶ τοὺς μᾶλλον τούτων ὑπερέχοντας· εἴτε *μικροὺς*, ὡς ἐξουδενωμένους τοὺς ἁμαρτωλούς· *μεγάλους* δέ, τοὺς δικαίους νομίζομεν λέγεσθαι.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

*Περὶ τῶν διωγμῶν τῆς Ἐκκλησίας τῶν προτέρων καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ Ἀντιχρίστου.*

*Καὶ ἠνοίγη ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ὤφθη ἡ κιβωτὸς τῆς διαθήκης τοῦ Κυρίου ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ· καὶ ἐγένοντο ἀστραπαὶ, καὶ φωναὶ, καὶ βρονταὶ, καὶ σεισμὸς, καὶ χάλαζα μεγάλη.*

Διὰ *τῆς ἀνοίξεως τοῦ οὐρανοῦ*, καὶ *τῆς ὁράσεως τῆς κιβωτοῦ*, τῶν ἡτοιμασμένων ἀγαθῶν τοῖς ἁγίοις, δηλοῦται ἡ ἀποκάλυψις· ἅπερ ἐν τῷ Χριστῷ, ἐν ᾧ κατῴκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, πάντα κέκρυπται, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· τότε δὲ ἀποκαλυφθήσεται, ὅτε τοῖς ἀνόμοις καὶ ἀσεβέσι φωναὶ καταπληκτικαὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ

## CAPUT XXXII.

*De septima tuba, et sanctis qui Deum ob futurum judicium celebrant.*

XI, 15-18. *Et septimus angelus tuba cecinit, et factæ sunt voces magnæ in cœlo, dicentes : Factum est regnum hujus mundi Domini nostri et Christi ejus, et regnabit in sæcula sæculorum : Amen. Et viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, et adoraverunt Deum, dicentes : Gratias agimus tibi, Domine, Deus omnipotens, qui es, et qui eras et qui venturus es : quia accepisti virtutem tuam magnam, et regnasti. Et iratæ sunt gentes.*

Hic rursum docet sanctos angelos, et homines qui angelicam vitam ducunt, una quasi voce atque consensu Deum laudare, gratiamque eidem persolvere, ut qui regnum illud, quod jam inde ab initio in omnes tanquam Deus obtinuerat, novissimis temporibus a Deo nostri causa tanquam homo suscipere non recusaverit, perfidisque gentibus, quæ ipsi tanquam recenti novaque et peregrina doctrina utenti, infestis animis repugnabant, post diuturnam patientiam, justam tandem aliquando judicii condemnationisque pœnam inflixerit. Quare etiam mox subjungit :

XI, 10. *Et advenit ira tua, et tempus mortuorum judicari, et reddere mercedem servis tuis prophetis, et sanctis, et timentibus nomen tuum, pusillis et magnis ; et exterminandi eos qui corruperunt terram.*

*Tempus mortuorum*, generalis resurrectionis tempus appellat, in quo unicuique pro meritorum ratione, aut præmia persolventur, aut supplicia irrogabuntur. Per *prophetas* autem, et *sanctos* et *Deum timentes*, tres, ut opinor, hominum ordines assignat : unum, eorum qui centesimum fructum reddidere : alterum, qui sexagesimum : tertium et postremum, qui trigesimum : e quibus Apostoli potiorem citra controversiam sortem adepti sunt, et sedes præterea judiciarias. *Pusillos* autem et *magnos*, minus magisque sanctos appellare putamus ; aut *parvos* certe, rejectaneos peccatores vocat; *magnos* autem, justos et sanctos.

## CAPUT XXXIII.

*De prioribus et novissimis Ecclesiæ persecutionibus.*

XI, 19. *Et apertum est templum Dei in cœlo, et visa est arca testamenti ejus in templo ejus, et facta sunt fulgura, et voces, et terræ motus, et grando magna.*

Per *cœlum patefactum*, et *arcam testamenti* in cœlo visam, bonorum, quæ sanctis istic præparata sunt, manifestatio significatur; ea autem omnia in Christo sunt reposita : in illo namque, juxta Apostolum, habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter : tum autem bona hæc orbi patefient, quando terrificæ voces, et fulgura, et tonitrua in

implos irruent, gehennæque tormenta veluti densa quædam grando eosdem obruent. Per *terræ motum* autem, ut paulo ante expositum est, rerum præsentium mutatio innuitur.

A καὶ χάλαζα ἐπομβροῦσα τούτοις τὰ τῆς γεέννης κολαστήρια, ἐν τῷ *σεισμῷ* τῆς τῶν παρόντων μεταθέσεως.

*Et signum magnum apparuit in cœlo ; mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus ; et in capite ejus corona stellarum duodecim.*

*Καὶ σημεῖον μέγα ὤφθη ἐν τῷ οὐρανῷ· γυνὴ περιβεβλημένη τὸν ἥλιον· καὶ ἡ σελήνη ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῆς· καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς στέφανος [δι'] ἀστέρων δεκαδύο.*

Hanc *mulierem* nonnulli Dei Genitricem Virginemque Matrem per omnia sanctissimam interpretati sunt ; quam ea omnia, quæ ordine hinc consequuntur, prius perpessam antumant, quam divinis illius partus perfecte cognosceretur. At magnus Methodius ad Ecclesiam retulit, in Dominicæ nativitatis mysterium parum ea convenire ratus quæ hoc loco de illo narrantur ; maxime vero quod Dominus noster dudum ante patefactam libri hujus prophetiam natus fuerit. At ipsamet Methodii verba in medium afferre lubet. Is ergo in tractatu, quem *Symposium* inscripsit, ex persona Procles virginis ita scripsit : « Mulier sole induta, est Ecclesia. Quod autem nobis vestis est, hoc illi lux est. Pari modo quod nobis est aurum et pretiosi lapides, hoc illi sunt stellæ, et quidem cæteris præstantiores et illustriores. Ascendit hæc autem super lunam ; quia Synagogam sub pedibus prostratam habet. Cæterum per lunam eorum fidem metaphoricos designari putamus, qui per regenerationis lavacrum a corruptionis malo expiati sunt ; siquidem humida et aquea natura ex luna præcipue dependet. Illæ autem parturit et regenerat, hominesque crassos et animales in cœlestes et spiritales transformare, ideæque et similitudini Christi conformare studet. » Et paucis interjectis rursum : « Non oportet arbitrari de Christo recens jam nato verba hic fieri. Jam olim enim ante Joannis Apocalypsin, incarnati verbi Sacramentum completum erat ; Joannis autem Apocalypsis de rebus præsentibus, olimque futuris, vaticinatur. » Et post alia denuo : « Non possumus proinde non confiteri Ecclesiam eam esse, quæ parturit et generat regenerationis fonte ablutos. Quare in Isaia Spiritus dicit, *Priusquam parturiret, effugit ut pareret ; et peperit masculum* [38]. Et quem effugit spiritalis Sion nisi draconem ? quo nimirum generare possit populum masculum. » Et tandem subdit : « Ea propter in unoquolibet spiritaliter nascitur Christus ; Ecclesia autem parturit fasciisque involvit donec Christus natus in nobis formetur ; atque ita unusquilibet Christi participatione Christus quodammodo efficitur. »

Γυναῖκα δὲ περιβεβλημένην τὸν ἥλιον, τινὲς μὲν δι' ὅλου τὴν [παναγίαν] Θεοτόκον νενοήκασι, πρὶν ἢ γνωσθῆναι αὐτῆς τὸν θεῖον τόκον, παθοῦσάν τὰ ἐχόμενα. Ὁ δὲ μέγας Μεθόδιος εἰς τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν ἐξέλαβεν· ἀνάρμοστα τῇ Δεσποτικῇ γεννήσει τὰ περὶ αὐτῆς ἡγησάμενος, διὰ τὸ ἥδη πρὸ πολλοῦ τετέχθαι τὸν Κύριον [ἡμῶν·] καλὸν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ῥημάτων τοῦ μακαρίου Μεθοδίου μνησθῆναι· ὃς φησιν ἐν τῷ λεγομένῳ *Συμποσίῳ* ἐκ προσώπου Πρόκλης παρθένου οὕτως· « Ἡ γυνὴ ἡ περιβεβλημένη τὸν ἥλιον, ἔστιν ἡ Ἐκκλησία. Ὃ δὲ ἡμῖν ἐσθής, τοῦτο ἐκείνῃ φῶς· ὃ δὲ ἡμῖν χρυσὸς ἢ διαφανεῖς λίθοι, τοῦτο ἐκείνῃ τὰ ἄστρα· [τὰ] ἄστρα δὲ κρείττω καὶ ἐμφανέστερα. Ἐπιβέβηκε δὲ ἐπὶ σελήνης. Σελήνην δὲ τροπικῶς ἡγοῦμαι, τὴν πίστιν τῶν ἀποκαθαιρομένων τὴν φθορὰν τῷ λουτρῷ· τῷ ἐκ τῆς σελήνης ἠρτῆσθαι τὴν ὑγρὰν οὐσίαν· ὠδίνουσα καὶ ἀναγεννῶσα τοὺς ψυχικοὺς εἰς πνευματικούς, καὶ τὴν καθ' ὁμοίωσιν ἰδέαν αὐτοὺς καὶ μόρφωσιν μορφοῦσα τοῦ Χριστοῦ. » Καὶ πάλιν φησίν· « Οὐ χρὴ τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι νομίζειν τὸν γεννώμενον· πάλαι γὰρ πρὸ τῆς [Ἰωάννου] Ἀποκαλύψεως ἐπεπλήρωτο τὸ μυστήριον τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ [θείου] Λόγου· ὁ δὲ Ἰωάννης περὶ παρόντων καὶ μελλόντων θεσμῳδεῖ. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Ὥστε ἀνάγκη ὁμολογεῖν δεῖ, τὴν Ἐκκλησίαν εἶναι τὴν ὠδίνουσαν καὶ γεννῶσαν τοὺς ἀπολελυτρωμένους, ὡς φησιν ἐν Ἡσαΐᾳ τὸ Πνεῦμα· *Πρὶν τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, ἐξέφυγε, καὶ ἔτεκεν ἄρσεν.* Τίνα ἐξέφυγεν ; Ἢ πάντως τὸν δράκοντα· ἵνα γεννήσῃ τὸν λαὸν ἡ νοητὴ Σιὼν τὸν ἄρρενα. » Καὶ ἑξῆς· « Ὥστε ἐν ἑκάστῳ γεννᾶσθαι τὸν Χριστὸν νοητῶς. Καὶ διὰ τοῦτο ἡ Ἐκκλησία σπαργανοῖ καὶ ὠδίνει ἄχρις ἂν ὁ Χριστὸς μορφωθῇ ἐν ἡμῖν γεννηθείς· ὅπως ἕκαστος τῷ μετέχειν Χριστοῦ, Χριστὸς γένηται. »

Ecclesia itaque, Christum justitiæ solem induta, legalem nocte lucentis lunæ lucem vitamque mundanam, quæ instar lunæ mutabilis et inconstans exsistit, sub pedibus prostratam tenet, capitisque vertice apostolicorum dogmatum virtutumque corona redimitum habet. Idem auctor docet per *lunam*, quæ humidæ substantiæ dominatur, baptisma, *Mare* metaphoricos appellatum, designari, quod sane sacramentum ut regeneratis est salutare, ita dæmonibus exitiale est prorsus.

Ἡ Ἐκκλησία [τοίνυν] τὸν Ἥλιον τῆς δικαιοσύνης [Χριστὸν] περιβέβληται. Καὶ γὰρ νομικὸν φῶς τῆς νυκτοφαοῦς σελήνης, καὶ τὴν ὡς σελήνην ἀλλοιουμένην κοσμικὴν ζωὴν, ὑπὸ τοὺς πόδας κέκτηται. Καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὸν τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων τε καὶ ἀρετῶν περίκειται στέφανον. Ὁ αὐτὸς δὲ καὶ ὡς ἐκ τῆς σελήνης, ἠρτημένης τῆς ὑγρᾶς οὐσίας, δηλοῦσθαί φησι διὰ τῆς *σελήνης* τὸ βάπτισμα, *θάλασσαν* τροπικῶς ὀνομαζόμενον· τοῖς μὲν ἀναγεννωμένοις σωτήριον, τοῖς δὲ δαίμοσιν ὀλέθριον.

[38] Isa. 67, 7.

*Καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἔκραζεν ὠδίνουσα καὶ βασανιζομένη τεκεῖν.*

« Ὠδίνειν δέ φαμεν τὴν Ἐκκλησίαν καθ' ἕκαστον τῶν ἀναγεννωμένων δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν αὐτοῖς, ὡς φησιν ὁ [θεῖος] Ἀπόστολος διὰ τὸ ἀμβλώματα εἶναι τοὺς ἐκ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς Χριστοῦ ἐκπίπτοντας, καὶ σύνδρομον τῇ ζωῇ τὸν δι' ἀπιστίας ὑπομένοντας θάνατον. »

*Καὶ ὤφθη ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ἰδοὺ δράκων πυρρὸς μέγας, ἔχων κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα· καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ ἑπτὰ διαδήματα.*

*Καὶ ὤφθη ἄλλο σημεῖον ἐν οὐρανῷ.* — *Οὐρανὸν* ἐνταῦθα νοεῖσθαι τὸν ἀέρα νομίζομεν· *δράκοντα δὲ πυρρόν*, τὸν πλασθέντα ἐγκαταπαίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐν τῷ Ἰὼβ γέγραπται. *Πυρρὸν* δὲ τοῦτον, ἢ διὰ τὸ φονικὸν αὐτοῦ καὶ αἱμοχαρὲς, ἢ διὰ τὸ πυρώδες τῆς ἀγγελικῆς οὐσίας, εἰ καὶ τῶν ἀγγέλων ἐκπέπτωκεν. *Ἑπτὰ δὲ κεφαλὰς*, τὰς ἑπτὰ πονηροτάτας αὐτοῦ δυνάμεις, καὶ ταῖς πνευματικαῖς ἐνεργείαις ἐναντίας· ἢ τὰ ἑπτὰ πνεύματα· ἅπερ ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Χριστὸς εἴρηκεν εἰσοικίζεσθαι τῷ ἀνθρώπῳ τῷ σεσαρωμένην τὴν καρδίαν καὶ κενὴν ἐξ ἀγαθῶν ἐννοιῶν καὶ πράξεων ἔχοντι· ἢ ἑπτὰ κακίας, ἃς φησι Σολομὼν ἐν [τῇ] καρδίᾳ εἶναι τοῦ ἐχθροῦ· ὅστις μεγάλῃ τῇ φωνῇ τῶν πειθομένων δεῖται καθ' ὑπόκρισιν. Τὰ δὲ *δέκα κέρατα* δηλοῦσιν, ἢ τὰ ἀντιδιαστελλόμενα ταῖς δέκα νομικαῖς ἐντολαῖς πλημμελήματα, ἢ τὰς διαιρέσεις τῆς βασιλείας, αὐτῷ κόσμον φερούσας, ὡς ταῖς διχοστασίαις χαίροντι. *Ἑπτὰ δὲ διαδήματα ἐν ταῖς κεφαλαῖς αὐτοῦ.* Διότι οἱ τὰς δαιμονικὰς ἐνεργείας νικῶντες ἐκεῖθεν τοὺς στεφάνους [τῆς νίκης] κομίζονται, ὅθεν πόνους καὶ ἱδρῶσι τὴν νίκην ἤραντο. Περὶ δὲ τούτων καὶ ὁ μακάριος Μεθόδιός φησιν οὕτως ἐπὶ λέξεως· *Ὁ δράκων ὁ μέγας ὁ πυρρὸς, ὁ ἑπτακέφαλος, ὁ σύρων τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων, ὃς ἕστηκεν ἐφεδρεύων ἵνα τὸ τέκνον τῆς ὠδινούσης καταφάγῃ, ὁ διάβολός ἐστιν*, [καὶ τὰ ἑξῆς.] *Ἀλλ' ἀστοχεῖ καὶ σφάλλεται τῆς ἅρπας, ἅρω πρὸς ὕψος ἁρπαζομένων τῶν ἀναγεννωμένων.* Καὶ μετ' ὀλίγα· *Τρίτον δὲ τῶν ἀστέρων ἐκλήθη μέρος, οἱ περὶ ἕνα τοῦ ἀριθμοῦ τῆς ἁγίας Τριάδος ἐσφαλμένοι· ἡ δὲ ἔρημος εἰς ἣν ἐλθοῦσα τρέφεται, ἡ Ἐκκλησία ἡ κακῶν ἔρημος, καὶ στεῖρα φθορᾶς. Τὰ δὲ χίλια*, φησὶ, *τὸν ἐν ἑκατοντάσι πολλαπλασιασθέντα τέλειον ἀριθμὸν καὶ πλήρη περιέχει.* Καὶ ἑξῆς φησι περὶ τῶν στεφάνων αὐτοῦ· *Ἡ δὲ καταγωνισαμένη κατὰ τοῦ διαβόλου πρότερον καὶ νεκρώσασα τὰς ἑπτὰ κεφαλὰς, τῶν ἑπτὰ στεφάνων τῆς ἀρετῆς ἐγκρατὴς γίνεται.*

*Καὶ ἡ οὐρὰ αὐτοῦ σύρει τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων [τοῦ οὐρανοῦ·] καὶ ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν.*

*Καὶ ἡ οὐρὰ αὐτοῦ, σύρει τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων.* — Διὰ τούτου, δύο τινὰ δηλοῦσθαι νομίζομεν· ἢ τὴν πρωτέραν αὐτοῦ ἐξ οὐρανοῦ πτῶσιν, τὴν τοὺς σὺν αὐτῷ ἀποστάτας ἀγγέλους διὰ τοῦ ἰσχάτου κινήματος τοῦ φθόνου [πρὸς γῆν] κατασύραντα· [πρῶ-

A XII, 2. *Et in utero habens; et clamat parturiens; et cruciatur ut pariat.*

« Ecclesia unumquemlibet, qui ex aqua et Spiritu sancto regeneratur, tantisper parturire dicitur, donec Christus in illis formetur, ut Apostolus loquitur. **50** Comperiuntur enim abortivi nonnulli; cujusmodi sunt qui a vera luce, qui Christus est, exciderunt; qui una etiam cum vita infidelitatis mortem sustinent. »

XII, 3. *Et visum est aliud signum in cœlo, et ecce draco magnus, rufus, habens capita septem, et cornua decem, et in capitibus ejus diademata septem.*

*Cœlum* hoc loco aerem significare arbitramur; *draconem* autem *rufum*, serpentem illum qui ob
B id conditus apud Jobum scribitur, quo ab angelis Dei deludatur. Vocat autem illum *rufum*, quod cædi et sanguini deditus sit; aut quod angelorum natura habeatur ignea, etiamsi peccato contaminata sit. Per *septem capita*, septem nequiores illius virtutes spiritalibus viribus et operationibus adversas intelligimus: aut septem illos nequam spiritus, quos Christus in Evangelio in homine illo habitasse asseruit, qui cordis domicilium scopis mundatum habebat, hoc est a bonis cogitationibus et operibus vacuum. Aut septem nequitias, quas Salomon in corde inimici exsistere ostendit, qui per simulationem voce magna supplex illis fit quos in sententiam suam callide pertraxit. *Decem* porro *cornua*, decem peccata decem legalibus præceptis
C contraria denotare putamus: Aut mundani regni divisionem, quæ ipsi tanquam seditionibus gaudenti voluptatem parit non vulgarem. *Septem* autem *diademata*, in totidem illius capitibus ob id dicuntur posita, quod homines diabolicas vires et suggestiones impigre expugnantes, coronas inde deportent, unde per labores atque sudores victoriam retulerant. De his beatus Methodius ad hunc modum scribit: *Draco magnus, rufus, et septiceps, qui tertiam stellarum partem trahit, quique in insidiis, ut parturientis filium devoret, consistit, diabolus est.* Et paucis interjectis: *Sed fallitur, prædaque spe frustratur regeneratis per baptismum sursum in sublime raptis.* Et paulo post rursum: *Tertia autem stellarum pars,*
D *dicuntur illi qui in sanctæ Trinitatis numero circa unum errant. At desertum, in quod Ecclesia commigrans nutritur, est locus a malis immunis, omnisque corruptionis expers. Millia autem per centena multiplicata, numerum continent perfectum et plenum.* De coronis porro isthæc *subjungit*: *Hæc autem in certamine adversus diabolum prævalens, septemque capita illius morti dedens, septenis virtutum coronis potitur.*

XII, 4. *Et cauda illius trahebat tertiam partem stellarum cœli, et misit eas in terram.*

Per hæc alterutrum e duobus significari opinor, vel primum luciferi e cœlo casum, quo angelos, qui per extremum invidiæ motum una cum ipso a Deo desciverunt, deorsum traxit; (primus enim omnium motus mentis erat elatio); aut post caput

illius contritum, caudæ ejusdem agitationem. Hæc enim homines animo instabiles, ex 51 cœlesti sensu et conversatione deorsum ad terrena abripit. Nominantur hi autem metaphoricos *stellæ*, propter splendorem quem ex sancto baptismate hauserunt. Ita namque prophetа Daniel de Antiocho, qui venturi olim Antichristi typum gerebat, vaticinatus est.

*Et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, ut, cum peperisset, filium ejus devoraret.*

Continuo namque apostata adversus Ecclesiam in armis consistit, illos qui pro tempore in illa regenerantur, in escam suam vertere enixe contendens. Aut verius per Ecclesiam Christum ipsum persequitur tanquam illius caput; qui proinde quæ fidelium sunt propria, sibi vindicat. Quare ad Saulum aiebat: *Saule, Saule, quid me persequeris* [22]?

XII, 5. *Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea.*

Ecclesia per eos qui baptismo initiantur, citra intermissionem generat Christum; utpote in illis formandum usque ad consummatam spiritalis ætatis plenitudinem. Ecclesiæ autem populus, is demum filius masculus recte appellatur, qui carnis voluptatibus sensuumque illecebris non frangitur, neque dejicitur, sed animo infracto in officio persistit. Per quem nunc quidem Christus Deus Romanorum, manibus quasi ferrum robustis, gentes regit; recturus easdem post communem quoque mortuorum resurrectionem. Constituet enim judices fide validos, qui gentes, quæ propter infirmitatem et infidelitatem mysticum illud et novum vinum non capiunt, ut ferrum vasa fictilia et infirma solet, conterent.

*Et raptus est filius ejus ad Deum, et ad thronum ejus.*

Rapiuntur hic quoque ex gravioribus tentationibus interdum sancti, ne forte afflictionibus et difficultatibus, quæ vires illorum excedunt, absorbeantur. Rapientur et olim in occursum Domini, nubibus quasi vehiculis quibusdam in aerem subvecti; cum Deo ejusdemque thronis, hoc est, summis angelorum virtutibus, felices semper victuri.

XII, 6. *At mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum a Deo; ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta.*

Quando (inquit) diabolus qui in Antichristo efficax erit, aciem per ipsum contra Ecclesiam direxerit, tunc illius electi, summaque ejusdem capita, civilibus tumultibus mundanisque voluptatibus contemptis, in desertum ab omni malitia alienum, vitæque consuetudinem omni virtutum genere lucentem, sese recipient, juxta magni Methodii sententiam: ibidemque impugnantium dæmonum, malignorumque hominum impetus, atque insultus, subterfugient. Probabile fit quoque sensilem cremum eos conservaturam, qui in montibus et spe-

[22] Act. IX, 4.

A τον γὰρ ἡ ἔπαρσις·] ἢ τὴν μετὰ τὸ θλασθῆναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Οὐραίαν κίνησιν, τοὺς ἀστηρίκτους κατενεγκοῦσαν ἐκ τοῦ οὐρανίου φρονήματος, *ἀστέρας* τροπικῶς ὀνομασθέντας, διὰ τὴν ἐκ τοῦ [ἁγίου] βαπτίσματος λαμπρότητα. Οὕτω γὰρ καὶ Δανιὴλ περὶ Ἀντιόχου προεφήτευσεν, ὡς ἐσομένου τόπου τῆς τοῦ Ἀντιχρίστου ἐλεύσεως.

*Καὶ ὁ δράκων ἔστηκεν ἐνώπιον τῆς γυναικὸς τῆς μελλούσης τεκεῖν· ἵνα ὅταν τέκῃ, τὸ τέκνον αὐτῆς καταφάγῃ.*

*Καὶ ὁ δράκων ἔστηκεν ἐνώπιον τῆς γυναικός.* — Ἀεὶ γὰρ ὁ ἀποστάτης ἀντικρὺ τῆς Ἐκκλησίας ὁπλίζεται, τοὺς ἀναγεννωμένους κατὰ καιρὸν ἐξ αὐτῆς, οἰκεῖον βρῶμα ποιεῖσθαι ὀρεγόμενος· μᾶλλον δὲ, διὰ τῆς Ἐκκλησίας καὶ αὐτὸν τὸν Χριστὸν διώκων, ὡς κεφαλὴν αὐτῆς, τὰ τῶν πιστῶν οἰκειούμενον. Διὸ καὶ, *Σαῦλε, Σαῦλε, τί με διώκεις*; ἔλεγε.

*Καὶ ἔτεκεν υἱὸν ἄρρεν· ὃς μέλλει ποιμαίνειν πάντα τὰ ἔθνη ῥάβδῳ σιδηρᾷ.*

*Καὶ ἔτεκεν υἱὸν ἄρρεν.* — Διηνεκῶς ἡ Ἐκκλησία διὰ τῶν βαπτιζομένων τὸν Χριστὸν γεννᾷ, ὡς ἐν ἐκείνοις μορφούμενον ἄχρι τῆς συμπληρώσεως τῆς πνευματικῆς ἡλικίας, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. *Ἄρρην* δὲ *υἱὸς*, ὁ τῆς Ἐκκλησίας λαὸς, καὶ ταῖς ἡδοναῖς ἀθήλυντος· δι' οὗ [καὶ] ἤδη μὲν ταῖς τῶν δυνατῶν Ῥωμαίων χερσὶ ταῖς κραταιαῖς ὡς ὁ σίδηρος, τὰ ἔθνη ἐποίμανε Χριστὸς ὁ Θεός. Ποιμανεῖ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, κριτὰς καθιστῶν τοὺς ἰσχυροὺς τῇ πίστει κατὰ τὸν σίδηρον, τῶν εὐθρύπτων καὶ ἀσθενῶν σκευῶν τῶν ἐθνῶν, ἃ δι' ἀπιστίαν τὸν B μυστικὸν [καὶ] νέον οἶνον οὐκ ἐχώρησαν.

*Καὶ ἡρπάσθη τὸ τέκνον αὐτῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ [πρὸς] τὸν θρόνον αὐτοῦ.*

*Καὶ ἡρπάσθη τὸ τέκνον αὐτῆς πρὸς τὸν Θεόν.* — Ἁρπάζονται μὲν γὰρ κἀνταῦθα ἐν πειρασμοῖς οἱ ἅγιοι, ὥστε μὴ καταπονηθῆναι τοῖς δυσχερέσι τοῖς ὑπὲρ δύναμιν· ἁρπαγήσονται δὲ [καὶ τότε] ἐν νεφέλαις εἰς συνάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα· καὶ σὺν τῷ Θεῷ καὶ τῷ θρόνῳ αὐτοῦ, [ἦγουν] ταῖς ὑπερτάταις ἀγγελικαῖς δυνάμεσι συνέσονται.

*Καὶ ἡ γυνὴ ἔφυγεν εἰς τὴν ἔρημον· ὅπου ἔχει [ἐκεῖ] τόπον ἡτοιμασμένον ὑπὸ [τοῦ] Θεοῦ, ἵνα ἐκεῖ τρέφωσιν αὐτὴν ἡμέρας χιλίας διακοσίας* C *ἑξήκοντα.*

*Καὶ ἡ γυνὴ ἔφυγεν εἰς τὴν ἔρημον.* — Ὅτε φησὶν ὁ ἐν τῷ Ἀντιχρίστῳ ἐνεργῶν διάβολος δι' αὐτοῦ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας παρατάξηται, οἱ ταύτης ἐκλεκτοὶ καὶ κορυφαιότατοι, τῶν πολιτικῶν θορύβων καὶ τῶν κοσμικῶν ἡδονῶν καταπτύοντες, εἰς τὴν ἔρημον πάσης κακίας, πάμφορον δὲ πάσης ἀρετῆς πολιτείαν φεύξονται, κατὰ τὸν μέγαν Μεθόδιον· κἀκεῖ τῶν πολεμούντων δαιμόνων τε καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων τὰς προσβολὰς διαφεύξονται. Εἰκὸς δὲ καὶ τὴν αἰσθητὴν ἔρημον σώζειν τοὺς ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, διὰ τὴν τοῦ ἀπο-

στάτου [καὶ ψευδοχρίστου] ἐπιβουλὴν φεύγοντας, καθὰ καὶ πρώην τοὺς μάρτυρας. Ἐπὶ ἔτη δὲ τρία, ἤμισυ, τὰ ὑπὸ τῶν χιλίων διακοσίων ἑξήκοντα ἡμερῶν δηλούμενα· ἐν οἷς κρατήσει ἡ ἀποστασία· ἧς ἡμᾶς ὁ μέγας ἀγωνοθέτης, ὁ μὴ συγχωρῶν πειρασθῆναί τινα ὑπὲρ ὃ δύναται, λυτρούμενος, δωρήσεται ἡμῖν καρτερὸν λογισμὸν καὶ ταῖς ἐναντίαις προσβολαῖς ἀθήλυντον· ἵνα νομίμως πρὸς τὰς ἀρχὰς τοῦ σκότους καὶ τὰς ἐξουσίας ἀθλήσαντες, τῷ στεφάνῳ τῆς δικαιοσύνης κατακοσμηθῶμεν, καὶ τὰ τῆς νίκης βραβεῖα δεξώμεθα· ὅτι αὐτῷ πρέπει διὰ τῶν ἀσθενῶν τροπουμένῳ τοὺς ἰσχυροὺς ἐναερίους ἄρχοντας, ἡ νίκη καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, [νῦν καὶ ἀεί, καὶ] εἰς τοὺς αἰῶνας [τῶν αἰώνων.] Ἀμήν.

A luncis et cavernis terræ, propter apostatæ et Antichristi insidias confugient; quemadmodum primos quoque martyres ad ejusmodi latibula sæpe se recepisse, mortemque ad tempus evasisse constat; idque ad *annos tres cum dimidio*, per mille ducentorum sexaginta dierum numerum designatos; inter quos **52** regnum obtinebit apostasia: a qua magnus ille Agonotheta nos liberet, qui non permittit ullum omnino tentari supra id quod potest; idemque impertiatur nobis animum robustum, et adversariorum insultus infractum; ut legitime contra principes et potestates tenebrarum decertantes, justitiæ corona exornemur, victoriæque bravium consequamur. Eum namque, qui per infirma mundi potentes aeris potestates in triumphum agere consuevit, decet victoria et imperium, cum Patre et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'. ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

*Περὶ τοῦ πολέμου τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν δαιμόνων· καὶ [περὶ] τῆς τοῦ Σατανᾶ καταπτώσεως.*

## CAPUT XXXIV, SERMO XII.

*De angelorum et dæmonum prælio, et Satanæ casu.*

*Καὶ ἐγένετο πόλεμος ἐν τῷ οὐρανῷ· ὁ Μιχαὴλ καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ πολεμῆσαι μετὰ τοῦ δράκοντος. Καὶ ὁ δράκων ἐπολέμησε, καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἰσχυσαν, οὐδὲ τόπος αὐτῶν εὑρέθη ἔτι ἐν τῷ οὐρανῷ.*

XII, 7, 8. *Et factum est prælium magnum in cœlo; Michael et angeli ejus præliabantur cum dracone; et draco pugnabat, et angeli ejus; et non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in cœlo.*

*Καὶ ἤκουσα ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου.* — Τὸ θυσιαστήριον, ποτὲ μὲν τὸν Χριστὸν δηλοῖ, ὡς ἐν B αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ προσφερομένων τῷ Πατρὶ τῶν λογικῶν ὁλοκαρπώσεων καὶ τῶν ζωσῶν θυσιῶν, ἃς προσφέρειν ἐκ τοῦ Ἀποστόλου δεδιδάγμεθα· ποτὲ δὲ τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις, ὡς ἀναγωγικὰς τῶν ἡμετέρων προσευχῶν καὶ τῶν πνευματικῶν ὁλοκαρπώσεων. Ἃς εἰς διακονίαν ἀποστελλομένας διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν ἠκούσαμεν. Ἐκ τούτου τοίνυν τοῦ λειτουργικοῦ θυσιαστηρίου φησὶ τὴν φωνὴν ἐξενεχθῆναι, δικαιοῦσαν τὰ πάντα νοῦν καὶ λόγον ὑπερβαίνοντα τοῦ Θεοῦ κρίματα. Ἐπεὶ τοίνυν χαίρειν μὲν καὶ ἑορτάζειν τὰς νοερὰς δυνάμεις ἐπὶ τῇ τῶν ἐκ μετανοίας ἐπιστρεφόντων σωτηρίᾳ τοῖς εὐαγγελικοῖς λόγοις ἐδιδάχθημεν, λυπεῖσθαι δὲ ἐπὶ τῇ τούτων τῆς εὐθείας ὁδοῦ παρατροπῇ, εὐχαριστεῖν δὲ τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ τῶν παραβαινόντων τὰς C θείας ἐντολὰς κολάσει, ὡς ἂν μερικὴν τῶν ὀφλημάτων ποιήσωνται ἔκτισιν, σπουδάσωμεν τὴν ἐπὶ τῇ ἐπιστροφῇ ἡμῶν τούτοις προξενῆσαι εὐφροσύνην καὶ ἀγαλλίασιν· ἐννοοῦντες ἑκάστῳ ἡμῶν θεῖον παρεπόμενον ἄγγελον, [ἀῤῥήτῳ τινὶ λόγῳ] τὰ πρακτέα ἡμῶν εἰσηγεῖσθαι, ἅτε νοῦν ἀφανῶς τῷ ἡμετέρῳ νοὶ προσομιλοῦντα, καὶ ἐφ' οἷς μὲν ἀκούεται συμβουλεύων χαίροντα· ἐφ' οἷς δὲ παρακούεται, θεομιμήτως λυπούμενον, ὡς [καὶ] ἐκ ψυχωφελῶν διηγημάτων ἔγνωμεν. Ἀνδρί γάρ τινι μελανθέντι πολλοῖς παραπτώμασι καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσιόντι, σκυθρωπὸν μακρόθεν τὸν ἄγγελον ἕπεσθαι· τούτου δὲ κατανυγέντος [πρὸς ἐπιστροφὴν] καὶ τῷ θελητῇ τοῦ ἐλέους ἐπαγγειλαμένου ἐκ ψυχῆς τὴν ἐπὶ τὰ βελτίονα D μεταβολὴν καὶ τῆς προτέρας ζωῆς ἄρνησιν, ἐξιόντος [τοῦ ἀνθρώπου] ἐκεῖθεν προηγεῖσθαι [αὐτῷ τὸν ἄγγελον] φαιδρὸν καὶ γεγηθότα· τὸν δὲ πονηρὸν δαίμονα κατηῤῥυμμένον ἀκολουθεῖν πόῤῥωθεν· [εἰ καὶ πρὸ τῆς θεαρέστου τοῦ ἀνθρώπου συναισθήσεως ἔχαιρε.] Γένοιτο δὲ τὴν ἔνθεον ἡμῶν πολιτείαν, τοῖς μὲν δαίμοσι κατηφείας, τοῖς δὲ ἀγγέλοις εὐφροσύνης γενέσθαι ὑπόθεσιν· ἵνα κοινῇ σὺν αὐτοῖς ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως ἦχου ἑορτάζοντες, Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν ἐπὶ τῇ νίκῃ τῶν πονηρῶν δυνάμεων εὐχαριστήσωμεν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ [πρέπει ἅμα] καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, [νῦν καὶ ἀεί, καὶ] εἰς τοὺς αἰῶνας [τῶν αἰώνων]. Ἀμήν.

**69** Per *altare* interdum designatur Christus, quod in ipso et per ipsum ratione prædita Deo Patri offerantur hostiæ, sacrificiaque et victimæ vivæ; quales ipsi offerri vult Apostolus. Nonnunquam vero angelicæ virtutes, ut quæ nostras preces nostrasque spirituales oblationes in sublime evehant Deoque offerant: siquidem hasce propter eos qui hæreditatem salutis capiunt, in ministerium mitti, ex eodem Apostolo diserte discimus. Ex hoc igitur mystico altari vocem delatam inquit, quæ omnia Dei judicia justa ac omnem mentem et orationem superantia prædicabat. Quia ergo ex sacris oraculis intelligimus, intelligentes illas spiritalesque virtutes de illorum salute gaudere festumque diem agere, qui per pœnitentiam convertuntur; contristari vero et mœrere de illorum perditione, qui rectam viam deserunt; ac gratias denique cœlesti Numini agere de eorum punitione qui divina præcepta prævaricantur, quo vel partem contractorum debitorum per ejusmodi cruciatum in hac mortali vita persolvant: par est, ut nostra ad Deum conversione et pœnitentia nonnullam illis lætitiam et exsultationem conciliemus: cogitantes unumquemlibet nostrum divinum angelum comitari, qui veluti mens quædam, nostræ menti arcano quodam modo sese adjungat, salutariaque consilia assidue suggerat, et quæ facere debemus ostendat: et quidem gaudere, cum consiliis, quæ suggerit, acquiescimus; ad Dei autem exemplum mœrere et contristari, cum parere detrectamus; quemadmodum id ex salubribus animæque utilibus narrationibus cognovimus. Fertur namque virum quemdam qui multis peccatis erat contaminatus, cum in ecclesiam ingrederetur, angelum mœstum planeque tristem a longe subsequi visum. Cum autem ad pœnitentiam compunctus, illi qui mysticam vult vitæ mutationem priorisque nequitiæ missionem, ex animo promisisset, eaque mente e templo denuo exivisset, angelum statim prodiisse, lætumque et exsultantem ante ipsum ambulasse; malignum contra dæmonem confusum procul a tergo subsecutum; qui, ante Deo gratam hominis conversionem, gestiebat. Faxit Deus Optimus Max. ut nostra conversatio vitæque ratio sit ejusmodi, ut dæmo-

[41] Luc. XI, 47.

nibus quidem confusionis dejectionisque causa exsistat, angelis autem lætitiæ occasionem offerat; quo una cum illis in voce exsultationis et confessionis sono festum celebremus, Christoque Deo nostro de victoria adversus malignos dæmones obtenta, gratias agamus, cum quo Patrem et Spiritum sanctum decet gloria, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## CAP. XLIX. SERMO XVII.

## ΚΕΦΑΛ. ΜΘ'. ΛΟΓΟΣ ΙΖ'.

*Ut per quartam plagam ardore crucientur homines.*

*Ὅπως διὰ τῆς τετάρτης [πληγῆς] καυματίζονται οἱ ἄνθρωποι.*

XVI, 8, 9. *Et quartus angelus effudit phialam in solem; et datum est illi æstu affligere homines et igne: et æstuarunt homines æstu magno; et blasphemarunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas: neque egerunt pœnitentiam, ut darent illi gloriam.*

*Καὶ ὁ τέταρτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ἥλιον· καὶ ἐδόθη αὐτῷ καυματίσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐν πυρί· καὶ ἐκαυματίσθησαν οἱ ἄνθρωποι καῦμα μέγα· καὶ ἐβλασφήμησαν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ τοῦ ἔχοντος [τὴν] ἐξουσίαν ἐπὶ τὰς πληγὰς ταύτας· καὶ οὐ μετενόησαν δοῦναι αὐτῷ δόξαν.*

Forsan sensilis *solis ardore* homines tunc temporis incendentur; clemente Deo camo et fræno maxillas **70** eorum constringente, et tantum non vi quadam impellente, qui cunctantius ad illum accedunt; quo hac saltem ratione excitati, tandem aliquando ad pœnitentiam spectent: etsi illi interim, utpote in profundum malorum delapsi, non ad conversionem respiciant, sed impotenti animo improbaque mente in blasphemiam sese efferant. Fieri quoque potest, ut per *solem* diei cursum adumbret, adeoque variarum tentationum ardore hunc eos adusturum subindicet, qui flagellis digni comperti fuerint; quatenus nimirum pœnarum et cruciatuum sensu admoniti, earum rerum parentem, nempe peccatum, odio habere incipiant. Verum insani homines, pro lapsuum et scelerum suorum agnitione et detestatione, linguam suam contra Deum exacuent; quemadmodum hac quoque ætate multos ostendere licet, qui nefanda illa mala, quæ ex Barbaris qui in circuitu degunt inferuntur, ægre et iniquo animo ferentes, divinam bonitatem iniquitatis insimulare non verentur, quasi tot illas tantasque afflictiones nostræ huic generationi reservare non debuerit.

Ἴσως μὲν καὶ αἰσθητῶς τῷ τοῦ ἡλίου φλογμῷ τοτηνικαῦτα καυματισθήσονται οἱ ἄνθρωποι, τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς αὐτὸν ἄγχοντος, ἵνα πρὸς μετάνοιαν ἕλκωσιν· εἰ καὶ [οἱ] εἰς βάθος κακῶν ἐμπεσόντες, οὐ πρὸς ἐπιστροφήν, ἀλλὰ πρὸς βλασφημίαν μοχθηρίᾳ γνώμης ἐξενεχθήσονται. Ἴσως δὲ διὰ τοῦ ἡλίου καὶ τὸν τῆς ἡμέρας δρόμον αἰνίττεται· ὃν ἅπαντα τῷ τῶν πειρασμῶν καύσωνι τοὺς ἀξίους μαστίγων φησὶ καυματίζεσθαι, ἵνα τῇ τῶν ἀλγεινῶν ἐπαγωγῇ, τὴν μητέρα τούτων τὴν ἁμαρτίαν μισήσωσιν. Ἀλλ' οἱ ἄφρονες, ἀντὶ τῆς τῶν οἰκείων πταισμάτων ἐπιγνωμοσύνης, κατὰ τοῦ Θεοῦ τὴν γλῶτταν ἀκονήσουσιν· ὡς καὶ νῦν ὁρᾷν ἔξεστι πολλοὺς, τοῖς κυκλώσασιν ἡμᾶς ἐκ βαρβαρικῶν χειρῶν ἀῤῥήτοις δεινοῖς ἀσχάλλοντας, τὴν θείαν αἰτιᾶσθαι ἀγαθότητα, ὅτι τὰς τοσαύτας κακώσεις τῇ ἡμετέρᾳ γενεᾷ τετήρηκεν.

## CAP. L.

## ΚΕΦΑΛ. Ν'.

*Ut per quintam plagam bestiæ regnum obscuratum sit.*

*Ὅπως διὰ τῆς πέμπτης [πληγῆς] ἡ βασιλεία τοῦ θηρίου σκοτίζεται.*

XVI, 10, 11. *Et quintus angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ; et factum est regnum ejus tenebrosum; et commanducaverunt linguas suas præ dolore, et blasphemaverunt Deum cœli præ doloribus suis et ulceribus suis; et non egerunt pœnitentiam de operibus suis.*

*Καὶ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ θηρίου· καὶ ἐγένετο ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐσκοτισμένη· καὶ ἐμασσῶντο τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐκ τοῦ πόνου· καὶ ἐβλασφήμησαν τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ ἐκ τῶν πόνων αὐτῶν καὶ [ἐκ] τῶν ἑλκῶν αὐτῶν· καὶ οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν.*

*Phiala* super bestiæ sedem effusa, ejusmodi iram super Antichristi regnum venturam indicat, quæ illud penitus obscuratura, palamque omnibus ostensura sit, Solis justitiæ luce prorsus destitutum esse. Porro autem *linguarum commanducatio*, eminentem doloris magnitudinem denotat. Illic autem ideo infertur, quo ab apostata seducti, plagis divinitus illatis admoniti confundantur; confusique impostorem et seductorem tandem aliquando illum esse agnoscant, quem Dei loco coluerant et observarant; eaque ratione ab errore desistant. Verum ita comparati erunt miseri, ut hinc ad convicia et verba in Deum blasphema potius sese convertant,

Τὸ ἐπιχεθῆναι τὴν φιάλην ἐπὶ τὸν τοῦ θηρίου θρόνον, σημαίνει τὸ ἐπὶ τὴν βασιλείαν τοῦ Ἀντιχρίστου τὴν τοιαύτην ὀργὴν ἐκχεῖσθαι, καὶ ἐσκοτισμένην δείκνυσθαι, ἅτε ἀφεγγῆ τῷ τῆς δικαιοσύνης Ἡλίῳ τυγχάνουσαν. Ἡ δὲ τῶν γλωσσῶν μάσησις τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὀδύνης δηλοῖ, ᾗ οἱ πλανηθέντες ὑπ' αὐτοῦ κατασχεθήσονται, ὑπὸ τῶν θεηλάτων πληγῶν μαστιζόμενοι· ὅπως ἂν, γνόντες ὅτι ἀπατηλός ἐστιν ὁ παρ' αὐτῶν ὡς Θεὸς δοξαζόμενος, τῆς πλάνης παύσωνται. Οἱ δὲ, οὐδὲ ἐντεῦθεν πρὸς μετάνοιαν, ἀλλὰ πρὸς βλασφημίαν [μᾶλλον] τραπήσονται. [Εἰ δὲ οὗτοι ἐν τῇ τῶν μαστίγων ἐπαγωγῇ πρὸς βλασφημίαν τραπήσονται,] καὶ οἱ ἐν τοῖς κατ-

ὁπὲν ὑπὸ τῆς ταλαντιαίας χαλάζης πληττόμενοι, τὸ αὐτὸ πείσονται [πάντως], καθὼς ἐν τῷ τόπῳ γενόμενοι, σὺν Θεῷ σαφηνιοῦμεν ὡς δυνάμεθα· καὶ οἱ πονηροὶ δαίμονες διὰ τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων, οἷς ὀργάνοις κέχρηνται, ὑπὸ τῶν ἁγίων αἰκιζόμενοι, βλασφημεῖν ὅμως τοὺς μαστίζοντας οὐκ ἀπέχονται. Διαπτεπτέον δὲ τί ἄρα δεῖ ἡμᾶς περὶ τῶν ἀσεβῶν [τῶν] ἐν τῇ γεέννῃ τοῦ πυρὸς κολαζομένων λογίζεσθαι· ὡς ἄρα ταύτῃ τῆς ἐμφύτου κακίας μέχρις αὐτῆς ἐννοίας ἀποπαυομένων τέλεον, ἢ μόνον ἐπεχομένων τὸ εἰς ἔργον ἐξενεγκεῖν τὰ πονηρὰ βουλεύματα, καθάπερ τοὺς κακούργους τοὺς ἐν ταῖς εἱρκταῖς βαλλομένους, καὶ ἀνάγκῃ, ἀλλ' οὐ γνώμῃ τῆς καθ' ἑτέρων ἐπιβουλῆς ἀπεχομένους. Ἐγὼ μὲν γὰρ αἰώνιον ἀκούων τὴν κόλασιν, τῷ ἀποφηναμένῳ ἀπιστεῖν οὐ δύναμαι· τὸ δὲ πρὸς εὐσπλαγχνίαν καὶ ἀγαθότητα εἰδὼς αὐτοῦ ἑτοιμότατον, στοχάζομαι μηδαμῶς ἂν αὐτὸν ἢ ἀπειλήσειν ἢ ἐπάξειν τοῖς ἀξίοις τὴν καταδίκην ἀπέραντον, εἰ τοὺς καταδικασθέντας ἤδη μετανοήσαντας καὶ μισήσαντας τὴν κακίαν ἣν αὐθαιρέτως [ἠγάπησαν]. Οὐ γὰρ ἀνάγκῃ, [ἀλλ'] ἐκόντες ἀ:' αὐτὴν κολάζονται. Εἰ γὰρ τῷ Φαραὼ, καίπερ εἰδὼς ἐν [μὲν] ταῖς μάστιξι μαλασσόμενον, μετὰ [δὲ] τὴν [τούτων] ἀπαλλάγὴν πάλιν σκληρυνόμενον, ὅμως φειδοῦς ἀξιῶν, ἠφίει τῶν μαστίγων ὑπὸ τοῦ Μωσέως παρακαλούμενος· πόσῳ μᾶλλον τούτοις, εἴπερ αὐτοὺς τῷ κυρὶ τὸν ῥύπον ἀποτιθεμένους ἐγίνωσκε κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ χρυσοῦ; ἣν ἐν τῇ ὑποθέσει ταύτῃ τινὲς ἐξειλήφασιν εἰς παράδειγμα. Ἀλλὰ τῷ μὲν χρυσῷ, ὅτι ἀψύχῳ, φυσικῶς ὁ ῥύπος πρόσεστι· τοῖς δὲ λογικοῖς γνωμικῶς συνέζευκται· μᾶλλον δὲ ἐξ αὐτῶν ἀπεκπύηται. Διὸ οἱ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν πρόγνωσιν καὶ τὴν δύναμιν, κώλυμα τῆς αἰωνίου τιθέμενοι κολάσεως, καὶ τὴν δικαιοσύνην ταύταις προσζευγύτωσαν· ἅτε ἀπονεμητικὴν οὖσαν ἑκάστῳ τῶν πρὸς ἀξίαν· καὶ οὐδαμῶς πρὸς ἀνατροπὴν τῆς θείας ἀποφάσεως ὄψονται. Εἰ δὲ [καὶ] μὴ βούλοιντο, κἂν καὶ τοὺς ἐπὶ γῆς βασιλεῖς εἰπάσθωσαν, ἵνα ὦσιν ἑαυτοῖς γοῦν σύμφωνοι· φρενοβλαβεῖς μὲν μὴ πάντας τοὺς ἀγωνιζομένους πάλην καὶ πυγμὴν καὶ δρόμον καὶ ἵππων ἐλαύνειν καὶ νικήσοντας, ἀλλ' ἵνα καὶ μόνον ἐξ ἑκατέρου τούτων στεφθησόμενον· πᾶσι δὲ ὅμως ἀνοιγνύντας πρὸς ἀγῶνα τὸ στάδιον. Ὅπερ γὰρ τοῖς ἀγωνιζομένοις τὸ στάδιον, τοῦτο πᾶσιν [ἀνθρώποις] ἡ εἰς τόνδε τὸν βίου πάροδος. Γεννηθῆναι μὲν γὰρ ἢ μὴ γεννηθῆναι, οὐκ ἐφ' ἡμῖν· ἀγωνίσασθαι δὲ καὶ νικῆσαι τοὺς πονηροὺς δαίμονας, καὶ τῶν αἰωνίων τυχεῖν ἀγαθῶν, ἐφ' ἡμῖν ἐστιν. Ἡττηθέντας δὲ τούτους ἀνάγκη μεταμελεῖσθαι καὶ θρηνεῖν ἀνόνητα, αἰωνίως κολαζομένους· οὐκ ἔστιν γὰρ ἐν ᾅδῃ [ὁ] ἐξομολογούμενος, κατὰ τὸ ψαλμικὸν λόγιον, οὐκ ἔτι συμπαρούσῃ τοῖς καταδικασθεῖσιν ὥσπερ νῦν τῆς βοηθείας τοῦ [ἁγίου] Πνεύματος. Διχοτομηθήσονται γὰρ, ὡς φησιν ὁ Κύριος, διαιρούμενοι τοῦ παρ' αὐτῶν ἀτιμασθέντος ζωποιοῦ Πνεύματος. Τὸν δὲ προαποδοθέντα νοῦν ἡγούμεθα κατὰ τὸ ψαλμικὸν αἰνίττεσθαι λόγιον· *Ὅτι οὐκ ἀφήσει Κύριος τὴν ῥάβδον τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπὶ τὸν κλῆρον τῶν δικαίων*, ὅπως ἂν μὴ

A quam ad pœnitentiam morumque mutationem. Quod si flagellis tantum cæsi in blasphemiam convertentur, multo magis huc se convertent illi, qui postea a grandine pondo mensuram obtinente ferientur. Verum de hoc ubi ad eum locum pervenerimus, Deo volente, latius. Quia improbi quoque atrique dæmones, per humana corpora, quibus tanquam organis utuntur, a sanctis flagellati, convicia verbaque blasphemiis plena in flagellantes detorquere solent. Eapropter considerandum hoc loco venit, ecquidnam de impiis, qui in gehenna ignis torquentur, nobis cogitandum et statuendum sit, num videlicet ab insita malitia ita desistant aliquando, ut mente et cogitatione vere illam aversentur; an hactenus solum ab ea abstineant, quaB tenus prava consilia in opus non efferant; quemadmodum scelerati nonnulli qui in ergastulis et vinculis detinentur, adeoque necessitate, non voluntate, ab aliorum offensione solitisque insidiis coercentur. Ego sane cum æternum supplicium impiis decretum audio, decernentis sententiæ repugnare nec valeo nec debeo. Ast vero cum summam illius benignitatem, et ad misericordiam propensionem iterum iterumque expendo, certe apud me constituo pœnam pro meritis, neque æternum supplicium comminaturum, neque comminatum 71 quoque illaturum, si condemnationis sententia obstrictos videret vere pœnitentes, nequitiamque quam spontaneu electione complexi erant (neque enim ob id plectuntur quod necessitate C aliqua ad illam compulsi essent, sed quod sponte susceepissent) ex animo detestantes. Si enim Pharaonem, tametsi certo nosset flagellis utcumque emollitum, postea rursum ad ingenium rediturum, Moysi precibus flexus, tanquam venia dignum a flagellis absolvit; quanto magis illos, si quidem per ignem a sordibus instar aurei vasis (hoc enim in exemplum quidam in hac materia assumpserunt) expiatos excoctosque agnosceret? Verum auri et animi non est par ratio: auro enim tanquam rei inanimi scoria naturaliter adest: animo autem caeterisque ratione præditis, non natura, sed propria voluntate sordes adjunctæ sunt; aut verius ipsimet impii eas ultro sibi asciscunt. Propterea qui Dei bonitatem et prænotionem et potentiam supplicii D æternitatem impediturum asserunt, justitiam, quæ unicuique pro meritorum ratione præmia vel supplicia distribuere solet, tribus prædictis admisceant; et tunc, si tamen constare sibi volunt, ad divinæ sententiæ eversionem nullatenus spectabunt. Quod si noluerint, vel terrenos reges accusent: nam hi, licet certo prævideant non omnes, qui lucta, vel pugno, vel cursu, vel equestri certamine certant, victoria potituros, sed ex qualibet classe unum duntaxat, omnibus tamen stadium ad certamen aperiunt. Quod autem decertaturis est arena vel stadium, illud omnibus hominibus in hanc vitam est introitus, siquidem nasci vel non nasci, in nostra potestate non est situm; verum impigre cer-

tare, dæmonesque malignos vincere, adeoque æternis bonis potiri, id in nobis est positum. At qui dæmonum insultibus succumbunt, illos dolor et mœror ingens non potest non comitari. Verum pœnitentia et threni apud eos qui sempiternis cruciatibus jam mancipati habentur, prorsus inutiles sunt. Nam apud inferos nulla est redemptio, nec ullus ibi Dominum, juxta Psalmistam, confitetur; quippe cum Spiritus sancti subsidium, quod in hac mortali vita adesse solet, condemnatis amplius non adsit. Dividentur enim, ut ait Christus, a vivifico illo Spiritu, quem ipsi injuria et contumelia affecerant, perpetuo avulsi. Atque ad hunc sensum Psalmographum spectasse arbitramur, cum ait: *Quoniam non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum, ne extendant justi ad iniquitatem manus suas.* Neque enim horum cum illorum vita misceri potest; non solum quia operibus inter se non communicant, neque moribus, quibus quisque utitur, consentiunt; verum etiam quia justi concinne inconcusseque bono adhærent, neque illorum voluntas cujusvis mali admistione ad peccatum irritatur; neque carnis infirmitate frangitur, neque mutationis formidine lætitiam diminuente turbatur, sed immutabilem in Deo firmitatem sortitur. Et hæc hactenus, oratione ad alia dilapsa : nunc reliqua ordine persequamur.

A ἐκτείνωσιν οἱ δίκαιοι ἐν ἀνομίαις χεῖρας αὐτῶν, ὡς ἀμίκτου οὔσης αὐτῶν τῆς ζωῆς· οὐ μόνον διὰ τὸ τῶν βίων ἀμιγὲς καὶ ἀκατάλληλον, ὡς ἕκαστος ἐπολιτεύσατο· ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἀραρὸς ἐν τῷ ἀγαθῷ καὶ πάγιον, μήτε τῇ ἐπιμιξίᾳ τοῦ χείρονος πρὸς ἁμαρτίαν ἐρεθιζομένης τῆς τούτων προαιρέσεως, μήτε ἀσθενείᾳ σαρκὸς ἢ τροπῆς φόβῳ τὴν εὐφροσύνην ἐλαττούσης, ἀλλὰ βέβαιον κατὰ Θεὸν κληρονομούσης τὸ ἄτρεπτον. Καὶ ταῦτα μὲν μέχρι τούτου πρὸς ἕτερα τοῦ λόγου τρέχοντος, ἅπερ καθυπέσχετο· ἡμεῖς δὲ τῶν ἐξῆς ἐχώμεθα.

## 72 CAPUT LI.

B

## ΚΕΦΑΛ. ΝΑ'.

*Ut per sextam phialam via Euphratis pandatur regibus ab oriente venientibus.*

*Ὅπως διὰ τῆς ἕκτης [φιάλης] ἡ ὁδὸς [διὰ] τοῦ Εὐφράτου τοῖς ἀπὸ ἀνατολῶν [ἡλίου] βασιλεῦσιν ἀνοίγεται.*

XVI, 12. *Et sextus angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphratem; et siccata est aqua ejus, ut præpararetur via regibus ab ortu solis.*

*Καὶ ἕκτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν μέγαν τὸν Εὐφράτην· καὶ ἐξηράνθη τὸ ὕδωρ αὐτοῦ, ἵνα ἑτοιμασθῇ ἡ ὁδὸς τῶν βασιλέων τῶν ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου.*

Flumen Euphrates divino nutu ita fortassis vadosum evasurum est, ut gentium regibus ad mutuam cædem, aliorumque hominum interitum, commodum transitum præbeat. Quantum autem ex iis quæ infra ea de re in Apocalypsi traduntur, divinando consequi possumus, arbitramur homines illos *Gog* et *Magog* nominibus designatos, ex Scytharum regione moturos. Quin vero quoque consentaneum arbitramur Antichristum ex orientali Perside, ad quam tribus Dan, e qua ortum ille ducturus dicitur, ablegata est, una cum aliis regibus et principibus regium nomen adeptis, Euphratem transmissurum animæque vel corporis mortem hominibus illaturum : hanc quidem, propter fidei constantiam animique fortitudinem; illam vero, propter ignaviam animique mollitiem.

Εἰκὸς τὸν Εὐφράτην ποταμὸν κατὰ θείαν συγχώρησιν ὀλιγούμενον, τοῖς βασιλεῦσι τῶν ἐθνῶν διδόναι πάροδον εἰς τὴν κατ' ἀλλήλων καὶ λοιπῶν ἀνθρώπων ἐξολόθρευσιν· οὓς ἐκ τῶν Σκυθικῶν μερῶν ἐκ τῆς τοῦ *Γὼγ* καὶ *Μαγὼγ* μνήμης κινεῖσθαι νομίζομεν, κατὰ τὸ ἐν τοῖς κατόπιν ἐν τῇ Ἀποκαλύψει φερόμενον. Εἰκὸς δὲ καὶ τὸν Ἀντίχριστον ἐκ τῶν ἀνατολικῶν μερῶν τῆς Περσικῆς γῆς, ἔνθα ἡ φυλὴ τοῦ Δάν, ἐκ ῥίζης Ἑβραίων ἐξερχόμενον, ἅμα ἑτέροις βασιλεῦσιν ἢ μεγιστᾶσι βασιλικὸν κληρουμένοις ὄνομα, τὸν Εὐφράτην περαιοῦσθαι, ἢ σωματικὸν ἢ ψυχικὸν θάνατον τοῖς ἀνθρώποις ἐπάξοντα· τοῖς μὲν διὰ πίστεως καὶ καρτερίας, τοῖς δὲ δι' ἀνανδρίας καὶ ἐκλύσεως.

C

XVI, 13. *Et vidi ex ore draconis, et ex ore bestiæ et ex ore pseudoprophetæ, exire tres spiritus immundos in modum ranarum.*

*Καὶ εἶδον ἐκ τοῦ στόματος τοῦ δράκοντος, καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ θηρίου, καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ψευδοπροφήτου πνεύματα τρία ἀκάθαρτα, ὡσεὶ βάτραχοι [ἐκπορευόμενα].*

Et hinc quoque ostenditur diabolum tanquam draconem, et Antichristum tanquam bestiam, et pseudoprophetam tanquam alium quempiam ab illis diversum, per se seorsum commemorari. E quibus tribus tres immundi spiritus *ranis* similes exibant. Assimilantur autem ranis, propter virulentum, obscœnum, et immundum illorum affectum, necnon ob serpentinum malignarum virtutum ad cœnosas voluptates studium. Hi porro diaboli, et pseudochristi, et pseudoprophetæ spiritus, sola jussione, quæ per *os* significatur, fucata signa fal-

D

Ἐκ δὲ τοῦ ἰδεῖν ἐκ τῶν τριῶν πνεύματα τρία ἀκάθαρτα, δείκνυται ἐν ἑνὶ προσώπῳ, τόν τε διάβολον ὡς δράκοντα, τόν τε Ἀντίχριστον ὡς θηρίον, τόν τε ψευδοπροφήτην ὡς ἕτερον παρὰ τούτους μνημονεύεσθαι. Ἐξ ὧν φησιν ἐοικότα βατράχοις [τρία] ἐκπορεύεσθαι πνεύματα· διὰ τὸ ἰῶδες αὐτῶν καὶ βορβορῶδες καὶ ἀκάθαρτον, καὶ πρὸς τὰς διὰ ὑγρους ἡδονὰς ἑρπυστικὸν τῶν πονηρῶν δυνάμεων· αἳ τοῖς τοῦ διαβόλου καὶ τοῦ Ἀντιχρίστου καὶ τοῦ ψευδοπροφήτου προστάγμασι τοῖς σημαινομένοις διὰ τοῦ στόματος, ἀπατηλὰ σημεῖα καὶ τέρατα τοῖς ἀν-

θρώποις δείξουσιν, ὡς διὰ τῶν ἑξῆς γνωσόμεθα.

*Εἰσὶ γὰρ πνεύματα δαιμόνων, ποιοῦντα σημεῖα· ἃ ἐκπορεύεται ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς [τῆς γῆς] τῆς οἰκουμένης ὅλης, συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς [τὸν] πόλεμον τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος.*

Τὰ γὰρ διὰ τῶν δαιμόνων, φησὶν, ἐνεργούμενα ψευδῆ σημεῖα, τοὺς πεισθομένους αὐτοῖς εἰς πόλεμον κατὰ τῆς μεγάλης καὶ ἐπιφανοῦς [τοῦ Θεοῦ] ἡμέρας τοῦ Κριτοῦ ζώντων καὶ νεκρῶν ἐπιστρατεύσουσιν· ἢ πάντως οἱ θεομάχοι ἡττώμενοι, ἀνόνητα κλαύσουσι, τὴν προτέραν πλάνην ὀδυρόμενοι.

*Ἰδοὺ ἔρχομαι ὡς κλέπτης· μακάριος ὁ γρηγορῶν καὶ τηρῶν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἵνα μὴ γυμνὸς περιπατῇ, καὶ βλέπωσι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτοῦ. Καὶ συνήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον τὸν καλούμενον Ἑβραϊστὶ Ἁρμαγεδών.*

Τὸ δὲ *γρηγορεῖν καὶ φυλάττειν τὰ ἱμάτια* δηλοῖ τὸ ἐπαγρυπνεῖν ταῖς ἀγαθαῖς πράξεσιν. Αὗται γάρ [εἰσι τὰ] τῶν ἁγίων ἱμάτια· ὧν τὸν ἐστερημένον ἀνάγκη ὡς γυμνὸν καὶ ἀσχημοσύνης πεπληρωμένον αἰσχύνεσθαι. *Τὸ δὲ Ἁρμαγεδών, διακοπὴ ἢ διακοπτομένη* ἑρμηνεύεται. Ἐκεῖ γὰρ ἔθνη συναγόμενα, ἐκκόπτεσθαι νοεῖν ἀκόλουθον ὑπὸ τοῦ διαβόλου στρατηγούμενα, τοῦ τοῖς ἀνθρωπίνοις αἵμασι χαίροντος. Ἐπεὶ δὲ κἀντεῦθεν ἀπευκτὴν τῶν τῆς ἀρετῆς ἱματίων τὴν γύμνωσιν, καὶ ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς παραβολῆς τοῦ νυμφῶνος ἀπόβλητον τὸν ταύτης ἐστερημένον μεμαθήκαμεν, καὶ ἐκ τῆς ἀποστολικῆς δὲ ῥήσεως, ἣ φησι περὶ τῆς ἀφθαρσίας· *Οὕτω ταύτην ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα*, δηλαδὴ τῶν ἀγαθῶν πράξεων· ἐκτενῶς τὸν Κύριον [ἡμῶν] ἱκετεύσωμεν ἐνταῦθα ἡμῶν ἐκπλῦναι τὰς ψυχικὰς στολάς, ὥστε ὑπὲρ χιόνα λευκανθῆναι, κατὰ τὸ ψαλμικὸν λόγιον· μήποτε ἀκούσαντες, *Ἑτοῖρε, πῶς εἰσῆλθες ὧδε, μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου;* δεθέντες χεῖρας καὶ πόδας, ῥιφῶμεν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἀλλὰ κατὰ τὸν [σοφὸν] Σολομῶντα, ἐν παντὶ καιρῷ λευκὰ τὰ ἱμάτια ἔχοντες, καὶ φαιδρὰς τὰς λαμπάδας τῆς ἐναρέτου πολιτείας τῇ συμπαθείᾳ κεκοσμημένας ἐπιφερόμενοι, τῷ καθαρῷ καὶ ἀμώμῳ *τῶν ἁγίων* ψυχῶν νυμφίῳ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν εἰς τὸν νυμφῶνα συνεισέλθωμεν· μεθ' οὗ πρέπει τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, [κράτος, τιμή, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ] εἰς τοὺς αἰῶνας [τῶν αἰώνων]. Ἀμήν.

Falsa hæc dæmonum signa, ut et opera quoque patrata, omnes quotquot fidem illis habuerint, contra magnum et manifestum Dei vivorum et mortuorum Judicis diem in prælium armabunt; in quo sane universi Deo rebelles, cum sese superatos animadverterint, incassum lugebunt, nulloque fructu priores errores deplorabunt.

XVI, 15, 16. *Ecce venio tanquam fur. Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, et videant turpitudinem ejus. Et congregabit illos in locum qui vocatur Hebraice Armagedon.*

*Vigilare vestemque custodire* aliud nihil esse videtur, quam bonis operibus impigre insistere : ea **73** enim sanctorum sunt indumentum et ornamenta; quibus proinde qui orbatus est, nudus confusioneque et turpitudine plenus apparere oportet. Ad nomen autem *Armagedon* quod attinet, illud *intercisionem* vel *separationem* denotat : et merito. Ad eum namque locum gentes adductæ, et a diabolo in prælium concitatæ, penitus, ut probabile est, excidentur : gaudet enim ille cæde humanoque sanguine. Quia vero ex hoc loco discimus turpe quiddam et infame haberi, virtutum indumento spoliatum esse; ex Evangelii autem parabola non citra ignominiam e nuptiali thalamo abjectum fuisse illum qui nuptiali veste carebat; ex Apostoli tandem dicto quod de incorruptione agit, dandam esse operam ne nudi inveniamur, nempe a bonis operibus : indefesse Domino nostro supplicemus, ut hic animarum nostrarum stolas eluat; quo, juxta Psalmistæ sententiam, supra nivem dealbemur [42], ne quando audiamus : *Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem* [43]? ligatisque manibus et pedibus abjiciamur in tenebras exteriores : verum, juxta Salomonis doctrinam, omni tempore candida vestimenta habentes, lætasque, hoc est, commiseratione et studiosa conversatione ornatas lampades palam deferentes, cum casto inculpatoque sanctarum animarum sponso Christo Deo et Domino nostro in thalamum ingrediamur : cum quo et Spiritu sancto Patrem decet gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

## ΚΕΦΑΛ. ΝΒ'. ΛΟΓΟΣ ΙΗ'.

*Ὅπως διὰ τῆς ἑβδόμης πληγῆς χάλαζα καὶ σεισμὸς κατὰ [τῶν] ἀνθρώπων γίνεται.*

*Καὶ ὁ ἕβδομος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τὸν ἀέρα· καὶ ἐξῆλθε φωνὴ μεγάλη ἐκ [τοῦ ναοῦ] τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ θρόνου, λέγουσα· Γέγονε. Καὶ ἐγένοντο [φωναὶ καὶ] ἀστρα-*

## CAPUT LII. SERMO XVIII.

*Ut per septimam plagam grando et terræmotus in hominum perniciem excitatus sit.*

XVI, 17, 18. *Et septimus angelus effudit phialam suam in aerem : et exivit vox magna de templo cœli a throno, dicens : Factum est. Et facta sunt fulgura et voces, et tonitrua, et terræmotus factus est magnus,*

[42] Psal. L, 9. [43] Matth. XXII, 12.

*qualis nunc fuit ex quo homines fuerunt super terram, talis terramotus sic magnus.*

Per angeli vocem, quæ de cœlo facta asseritur, divinum mandatum effectum sortitum indicatur. Cæterum *fulgura*, et *voces* et *tonitrua*, stuporem et terrorem, qui ex iis rebus quæ insolito modo tum fient, exorietur, futuramque Christi adventum significant; quemadmodum eadem olim quoque Dei super montem Sina descensum indicabant. Denique *terræ motus*, eorum quæ in rerum natura exstant, translationem et in meliorem statum mutationem insinuant : quo sensu vocem hanc Apostolus quoque alicubi usurpat. Ait enim : *Adhuc semel et non solum terram, verum etiam cœlum movebo* [a].

A *καὶ βρονταὶ, καὶ σεισμὸς μέγας, οἷος οὐκ ἐγένετο ἀφ' οὗ οἱ ἄνθρωποι ἐγένοντο ἐπὶ τῆς γῆς, τηλικοῦτος σεισμὸς οὕτω μέγας.*

Ἀγγελικὴ φωνὴ οὐρανόθεν φησί· Γέγονε ταυτὶ, τὸ θεῖον τετέλεσται πρόσταγμα· αἱ δὲ [φωναὶ καὶ] ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ, τὸ καταπληκτικὸν τῶν γινομένων κατὰ τὴν μέλλουσαν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν σημαίνουσιν· [ὥσπερ πάλαι τοῦ Θεοῦ φανέντος ἐπὶ τὸ Σιναϊνὸν ὄρος κατέβασιν·] ὁ δὲ σεισμὸς, τὴν τῶν ὄντων μεταποίησιν [σημαίνει], ὡς ὁ Ἀπόστολος τὸ, Ἔτι ἅπαξ σείσω, οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανὸν, ἐξέλαβε.

XVI, 19. *Et facta est civitas magna in tres partes; et civitates gentium ceciderunt.*

Per *civitatem magnam*, non civium multitudine, aut ædium et domiciliorum amplitudine, sed religione et pietate antiquissimam et maximam Hierosolymorum urbem designatam putamus; ut quæ per Christi mortem et passionem mire sit magnificata, et a gentium civitatibus distincta. Porro ejus *in tres partes sectionem* triplex hominum genus, quod in ea degit, adumbrare existimamus : unum Christianorum; alterum, Judæorum; tertium, Samaritanorum. Aut unum [74] eorum qui firmi constantesque in fide consistunt; alterum, eorum qui baptisma susceptum fœdis operibus contaminaverunt; postremum, illorum Judæorum et Samaritanorum, qui Evangelii prædicatione repudiata, suæ voluntatis judicium libere citra ullum impedimentum sequi et explere permissi sunt; sicut ad illa quoque loca, eamque in sortem concedere, quæ horum utrique magis convenire censebantur. At nunc vero tam Judæi quam Samaritani piorum principum timore perculsi, suæ perfidiæ consilia occultant, ac nobiscum sese facere simulant, siquidem sectam suam ex animo deserere non audent, sicuti veris quoque Christianis veræque fidei professoribus et cultoribus, ii nonnunquam admiscentur, qui solo nomine sunt Christiani. Verumenimvero ubi primum tentationum incendium ipsos probare et redarguere cœperit, tunc statim sectio illa tripartita, nempe piorum, impiorum, et peccatorum, conspicua erit : singuli namque ad similium morum turbam gregemque suæ sorti affinem concedent. Quod autem gentium *civitates cadere* dicuntur, significat regno Dei jam præsente (quod sancti secundum Danielem occupabunt) cum ipsas paganorum civitates, tum vitam quoque et conversationem ethnicam interituram.

B *Καὶ ἐγένετο ἡ πόλις ἡ μεγάλη εἰς τρία μέρη, καὶ αἱ πόλεις τῶν ἐθνῶν ἔπεσον.*

*Πόλιν δὲ μεγάλην*, οὐ πλήθει καὶ μεγέθει οἰκοδομημάτων, ἀλλ' ἐνθεοσεβίᾳ ἀρχαιοτάτην καὶ μεγίστην, τὴν Ἱερουσαλὴμ ὑπολαμβάνομεν· ἅτε μεγαλυνθεῖσαν τοῖς Χριστοῦ παθήμασι, καὶ ἀνατετελλομένην ταῖς ἐθνικαῖς τάξεσι. Ταύτης τὴν εἰς τρία τομὴν [δηλοῦν]· ἡγούμεθα, τῶν ἐν αὐτῇ Χριστιανῶν, καὶ Ἰουδαίων, καὶ Σαμαρειτῶν· ἢ τῶν βεβαιοπίστων, καὶ τῶν ῥυπαραῖς πράξεσι μολυνάντων τὸ βάπτισμα, καὶ τῶν μηδόλως δεξαμένων Ἰουδαίων τὸ κήρυγμα, τὴν ἀκώλυτον καὶ πεπαῤῥησιασμένην τῶν οἰκείων βουλημάτων ἐκπλήρωσιν, καὶ τὴν εἰς τοὺς καθήκοντας χώρους [ἑκατέρων τούτων] ἐκπομπὴν ἢ ἀποκλήρωσιν· νῦν γὰρ Ἰουδαῖοι μὲν καὶ Σαμαρεῖται, τῷ φόβῳ τῶν εὐσεβῶς βασιλευόντων, τὰ οἰκεῖα κρύπτουσι [τῆς ἀπιστίας] βουλεύματα, καὶ σὺν ἡμῖν δοκοῦσι τάττεσθαι, πρὸς ἰδίαν μοῖραν ἀποστρέψαι μὴ τολμῶντες· ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἀληθῶς Χριστιανοὶ, τοῖς τὸ ὄνομα μόνον κεκτημένοις ἀναμιξ τυγχάνουσιν· ὅταν δὲ ἡ τῶν πειρασμῶν τούτους ἐλέγξῃ πύρωσις, τότε ἡ εἰς τρία διαίρεσις τούτων γενήσεται, τῶν τε εὐσεβῶν, τῶν τε δυσσεβῶν, τῶν τε ἁμαρτωλῶν τοῖς ὁμοτρόποις προσχωρούντων, καὶ πρὸς οἰκείαν μοῖραν ἀποκρινομένων. Αἱ δὲ τῶν ἐθνῶν πόλεις πίπτουσαι δηλοῦσιν ἢ τὴν αὐτῶν κατάλυσιν, ἢ τῆς ἐθνικῆς πολιτείας τὴν ἔκλειψιν, τῇ παρουσίᾳ τῆς θείας βασιλείας, ἣν καθέξουσι κατὰ τὸν Δανιὴλ οἱ ἅγιοι.

C

*Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, ut daret illi calicem vini indignationis iræ ejus.*

D *Καὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη ἐμνήσθη ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, [τοῦ] δοῦναι αὐτῇ τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ.*

Et confusa illa *Babylon*, inquit, variis vitæ hujus curis divulsa atque distracta, opibusque ex iniquitate conflatis magnificata, necnon numerosa illa hominum multitudo, divinæ iræ calicem bibet. Etenim quæ propter diuturnam Dei patientiam in oblivionem venisse quodammodo videbatur, propter justum injuste calcatum, dictorumque et factorum impietatem vindictam expetentem, denuo in memoriam rediit ante Deum.

*Βαβυλὼν* δὲ ἡ μεγάλη, ἡ συγκεχυμένη, φησὶ, τοῖς οἰκείοις τοῦ βίου περισπασμοῖς, καὶ μεγαλυνθεῖσα τῷ ἐξ ἀδικιῶν πλούτῳ πολυάνθρωπος πληθὺς, τὸ ποτήριον τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ πίεται, ὡς ἐκ λήθης διὰ μακροθυμίας εἰς μνήμην ἐλθοῦσα τῆς τοῦ πατηθέντος δικαίου καὶ τῆς ἐν λόγοις καὶ ἔργοις δυσσεβείας ἐκδικήσεως.

[a] Hebr. XII, 26.

*Καὶ πᾶσα νῆσος ἔφυγε, καὶ ὄρη· καὶ οὐχ εὑρέθησαν.* A

*Νήσους δὲ τὰς [ἁγίας] Ἐκκλησίας, καὶ ὄρη, τοὺς ἐν αὐταῖς προὔχοντας [νοεῖν] ἐκ τῆς θείας Γραφῆς διδασκόμεθα. Φεύγειν δὲ τούτους ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν προῤῥηθέντων ἐπαγωγῆς, ἐκ τοῦ Κυρίου ἀκηκόαμεν, λέγοντος· Τότε οἱ ἀπὸ ἀνατολῶν φεύξονται ἐπὶ δυσμάς· καὶ οἱ ἀπὸ δυσμῶν, εἰς ἀνατολάς· ἔσται γὰρ θλῖψις μεγάλη οἵα οὐ γέγονεν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, οὐδ' οὐ μὴ γένηται· τῶν μὲν, δι' ἁμαρτίας κολαζομένων· τῶν δὲ, πρὸς δοκιμὴν ἀρετῆς, ὑπομενόντων· τὰ δυσχερῆ· οὐ μόνον ἐν ταῖς τοῦ Ἀντιχρίστου ὑπὲρ Χριστοῦ καλάσεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς φυγαῖς καὶ [ἐν ταῖς] ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ σπηλαίοις κακοπαθείαις· ἃς τῆς ἐν [τῇ] πόλει διατριβῆς προτιμήσουσι, διὰ τὴν τῆς εὐσεβείας τήρησιν.* B

XVI, 20. *Et omnis insula fugit, et montes non sunt inventi.*

*Insulas* vocat sanctas Ecclesias; per *montes* autem sacræ Litteræ designant Ecclesiarum pastores et doctores, cæterosque qui primatum inter illos tenent. Ejusmodi autem tempore, quo prædicta mala grassabuntur, fugam inituros Christus ipse Deus et Dominus noster præmonuit. *Tum*, inquit, *qui in Judæa sunt, fugiant ad montes. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, nec erit* [48]. Siquidem alii propter peccata quæ perpetrarunt, variis incommodis et supplicils afficientur: alii ad virtutis probationem gravia perpessuque difficilia perferre compellentur: neque enim illa tantum mala et incommoda eos exercebunt, quæ Antichristus in veri Christi odium inferet, verum ea etiam quæ post fugam in montibus et speluncis, imo in ipsa etiam fuga sese offerent: quæ tamen omnia ad conservandam fidei et pietatis sinceritatem, civili politicæque vitæ anteferent.

*Καὶ χάλαζα μεγάλη ὡς ταλαντιαία καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους· καὶ ἐβλασφήμησαν οἱ ἄνθρωποι τὸν Θεὸν ἐκ τῆς πληγῆς τῆς χαλάζης, ὅτι μεγάλη ἐστὶν ἡ πληγὴ αὐτῆς σφόδρα.*

XVI, 21. *Et grando magna sicut talentum, descendit de cœlo in homines: et blasphemaverunt Deum homines propter plagam grandinis: quia magna facta est plaga ejus vehementer.*

*Τὴν χάλαζαν, ἅτε οὐρανόθεν κατερχομένην, τὴν θείλατον ὀργὴν [καὶ] ἄνωθεν ἐρχομένην νενοήκαμεν· τὸ δὲ ταλαντιαῖον αὐτῆς τὸ τέλειον, διὰ τὴν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις [τελείαν] ἀκρότητα καὶ βαρύτητα ἧς χαρακτηριστικὸν τὸ τάλαντον, ὡς [καὶ] τῷ Ζαχαρίᾳ ἐώραται. Τὸ δὲ μὴ πρὸς μετάνοιαν, ἀλλ' εἰς βλασφημίαν χωρῆσαι τοὺς ὑπ' αὐτῆς πληττομένους, τὸ σκληρὸν καὶ ἀνένδοτον τῆς αὐτῶν καρδίας παρίστησι· διὸ κατὰ τὸν Φαραὼ ἔσονται· μᾶλλον δὲ καὶ τούτου σκληρότεροι· εἴγε ἐκείνου ποσῶς ταῖς θειλάτοις πληγαῖς μαλασσομένου καὶ τὴν οἰκείαν ὁμολογοῦντος ἀσέβειαν, αὐτοὶ καὶ ἐν τῷ μαστιγοῦσθαι βλασφημοῦσιν.* C

Per *grandinem cœlitus missam* Dei iram significatam putamus: hæc enim e supernis venire solet. Quod hæc autem *talenti* magnitudinem sortita fuerit, id perfectum illius ardorem denotat; et hic rursum summam peccati malitiam, eminentemque ejusdem gravitatem: hujus 75 namque rei symbolum, talentum exstitit, quemadmodum Zachariæ quoque patefactum aliquando fuit. Quod illi denique qui icti læsique ab illa fuerunt, ad pœnitentiam non respexerint, sed ad blasphemiam sese converterint, istud excellentem cordis illorum duritiam saxeamque obstinationem insinuat. Quare etiam Pharaoni assimilari poterunt, aut illo quoque duriores obstinatioresque censeri, siquidem ille, divinis plagis admonitus, quodammodo emolliebatur, propriamque iniquitatem fatebatur; isti autem inter flagella dire blasphemant.

## ΚΕΦΑΛ. ΝΓ'.

*Περὶ τοῦ ἑνὸς τῶν ἑπτὰ [ἁγίων] ἀγγέλων, δεικνύντος τῷ μακαρίῳ Ἰωάννῃ τὴν τῆς πόρνης πόλεως καθαίρεσιν· καὶ περὶ τῶν ἑπτὰ κεφαλῶν καὶ [τῶν] δέκα κεράτων.*

## CAPUT LIII.

*De uno e septem sanctorum angelorum numero, qui B. Joanni adulteræ civitatis eversionem ostendit: deque septem meretricis capitibus, et decem ejusdem cornibus.*

*Καὶ ἦλθεν εἷς ἐκ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόντων τὰς [ἑπτὰ] φιάλας· καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ, λέγων μοι· Δεῦρο, δείξω σοι τὸ κρῖμα τῆς πόρνης τῆς μεγάλης, τῆς καθημένης ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν· μεθ' ἧς ἐπόρνευσαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ ἐμεθύσθησαν οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἐκ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς· καὶ ἀπήνεγκέ με εἰς ἔρημον ἐν πνεύματι. Καὶ εἶδον γυναῖκα καθημένην ἐπὶ θηρίον κόκκινον, γέμον ὀνομάτων βλασφημίας, ἔχον κεφαλὰς ἑπτὰ, καὶ κέρατα δέκα.* D

XVII, 1-3. *Et venit unus de septem angelis, qui habebant septem phialas: et locutus est mecum dicens mihi: Veni, et ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ, et inebriati sunt qui inhabitabant terram de vino prostitutionis ejus. Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem et cornua decem.*

*Ταύτην τὴν πόρνην τινὲς εἰς παλαιὰν Ῥώμην, ὡς ἐπάνω ἑπτὰ ὀρέων κειμένην, ἐξέλαβον· τὰς δὲ*

Hanc *meretricem* quidam veterem Romam designare putant, ut quæ super septem colles exædifi-

[48] Matth. XXIV, 21.

cata tradatur. *Septem* autem *capita bestiæ*, quæ illam sustentant, septem eminentioris impietatis principes, nempe omnes a Cæsare Domitiano usque ad Diocletianum. Hi enim omnes Dei Ecclesiam atrocissime sunt persecuti. Nos autem ex iis conjecturam facientes quæ hinc sequuntur, per hanc vel universale orbis terræ regnum, in unum quasi corpus conflatum, insinuatum existimamus: aut præno-bilem ac præpotentem quampiam civitatem, quæ, usque ad Antichristi adventum, principatum in terrarum orbe sit obtentura, siquidem antiqua Roma jam olim imperii majestatem amisit. Nisi quis forsan arbitretur pristinam dignitatem et majestatem suo postea tempore denuo recuperaturam. Verum, hoc admisso, civitas illa magna, quæ hodie primatum obtinet, e medio facessat oportet. Nam Apocalypsis verba sunt:

A ἑπτὰ κεφαλὰς τοῦ αὐτὴν βαστάζοντος θηρίου, ἑπτὰ βασιλεῖς τοὺς ἀσεβεστέρους πάντων, τοὺς ἀπὸ Δομετιανοῦ μέχρι Διοκλητιανοῦ τὴν Ἐκκλησίαν διώξαντας· ἡμεῖς δὲ, ὅσον ἐκ τῆς τῶν ἑπομένων ἀκολουθίας δηγούμεθα, ταύτην εἶναι τὴν καθόλου ἐπίγειον βασιλείαν, [τὴν] ὡς [ἓν] ἑνὶ σώματι· ἢ τὴν μέχρι τῆς τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίας, βασιλευομένην πάλιν οἰόμεθα· ἡ γὰρ παλαιὰ Ῥώμη ἐκ πολλοῦ τὸ τῆς βασιλείας κράτος ἀπέβαλεν· εἰ μὴ ὑποθώμεθα εἰς αὐτὴν τὸ ἀρχαῖον πάλιν ἀναστρέφειν ἀξίωμα. Ἀλλ' εἰ τοῦτο δώσομεν, προκαθαιρεθήσεται ἡ κρατοῦσα σήμερον· φησὶ γὰρ ἡ Ἀποκάλυψις·

*Et mulier quam vidisti, est civitas magna, quæ* B *habet imperium super reges terræ.*

Verum de hoc in sequentibus, si Deus permiserit, accuratius: nunc autem opportunum videtur indagare cujusmodi sit desertum illud in quod per spiritum se abductum profitetur ille qui hæc videbat. *Desertum* proinde in rebus spiritalibus omnem civitatem, aut numerosam turbam, aut hominum multitudinem denotare putamus, quæ ob animæ temulentiam, aut turpem a Deo fornicationem, aut alia ejusmodi crimina, apud Deum in noxa est. Alio modo dici potest, apostolum Joannem spiritali mentis oculo plenam prædictæ meretricis desolationem observasse. Vidit autem eam *muliebri schemate ornatam*, propterea quod sit effeminata et ad peccatum propensa, virilique robore destituta. Vidit eamdem æque *super bestiam coccineam sedentem*, ob id forsan quod propter nefaria opera super diabolum, qui cæde et sanguine gaudet, quiescere soleat. Per quæ etiam opera idoneam apostatæ blasphemiarum contra Deum materiam subministrat. Immanitatis namque et feritatis mentisque cædem spirantis indicium est, cum bestia ipsa, tum coccineus quoque ejusdem color. Porro de septem capitibus et decem cornibus, paulo post, Deo bene propitio, per angelum instruemur.

*Ἡ γυνὴ ἣν εἶδες, ἔστιν ἡ πόλις ἡ μεγάλη,* [ἡ] *ἔχουσα τὴν βασιλείαν ἐπὶ τῶν βασιλέων τῆς γῆς.*

Καὶ περὶ μὲν τούτου, ἐν τοῖς καθεξῆς, ὡς ἂν χορηγήσῃ ὁ Θεὸς, ἀκριβώσομεν· ἀναγκαῖον δὲ [νῦν] εἰπεῖν τίνα χρὴ νομίσαι τὴν ἔρημον εἰς ἣν ἀπηνέχθαι φησὶν ἐν πνεύματι [ὁ ταῦτα βλέπων]. *Ἔρημον* τοίνυν ἐν τοῖς πνευματικοῖς ἡγούμεθα, πᾶσαν πόλιν ἢ πληθὺν [πολυάριθμον καὶ] πολυάνθρωπον ἐπὶ μέθῃ ψυχῆς καὶ τῇ ἐκ Θεοῦ πορνείᾳ καὶ ἑτέροις τοιούτοις ἐγκαλουμένην τολμήμασι. Καὶ ἑτέρως δὲ νοητέον τῇ θεωρίᾳ τοῦ πνεύματος ἰδεῖν τὸν ἀπόστολον [Ἰωάννην] τῆς προῤῥηθείσης πόρνης τὴν ἐρήμωσιν· ἣν ὡς *γυναῖκα* ἑώρακε, διὰ τὸ τεθηλυμμένον πρὸς ἁμαρτίαν καὶ ἀνανδρον. Καθημένην δὲ ἐπὶ θηρίου κοκκίνου, C διὰ τὸ τῷ διαβόλῳ τῷ φονίῳ καὶ αἱμοχαρεῖ, ταύτην, διὰ πονηρῶν πράξεων ἐπαναπαύεσθαι· διὸ συνεργὸς ἐν ταῖς κατὰ Θεοῦ βλασφημίαις τῷ ἀποστάτῃ γίνεται. Ὠμότητος γὰρ καὶ ἀγριότητος καὶ φονικῆς γνώμης τό τε θηρίον καὶ τὸ κόκκινον [χρῶμα], γνώρισμα· περὶ δὲ τῶν ἑπτὰ κεφαλῶν καὶ δέκα κεράτων, ἐν τοῖς ἑξῆς [σὺν Θεῷ] ἐκ τοῦ θείου ἀγγέλου μαθησόμεθα.

XVII, 4. *Et mulier circumdata erat purpura et coccino; et inaurata auro, et lapide pretioso, et margaritis.*

*Καὶ ἡ γυνὴ ἦν περιβεβλημένη πορφύραν καὶ κόκκινον,* [καὶ] *κεχρυσωμένη χρυσίῳ καὶ λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίταις.*

Circumdata est *purpura et coccino*, quæ imperii sunt symbola, ad exprimendum dominatum, quem in omnes exercet. Idem quoque per *lapidem pretiosum*, et *margaritas*, quibus exornatur, significatur.

D *Κόκκινον δὲ καὶ πορφύραν* περιβέβληται, ὡς τῆς ἡγεμονίας τῆς κατὰ πάντων σύμβολα· διὸ λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίταις κεκόσμηται.

*Habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione et immunditia.*

*Ἔχουσα χρυσοῦν ποτήριον ἐν τῇ χειρὶ αὐτῆς, γέμον βδελυγμάτων· καὶ τὰ ἀκάθαρτα τῆς πορνείας αὐτῆς.*

Per *poculum*, pravorum operum, dum primum gustantur, dulcedo exprimitur; per *aurum* autem, præmii amplitudo, vel pœnæ quoque (ut quidam exponens illud Job: *Bibens derisionem instar aquæ*, opinatur) magnitudo: vel manu certe poculum tenet, ut planum fiat malitiam sectari, non ut inde satietur, sed ut perditionis illius studium et sitis manifestetur. Suas proinde abominationes, quas

Διὰ μὲν τοῦ *ποτηρίου* τὸ πρὸς πόσιν ἡδὺ τῶν πονηρῶν πράξεων, διὰ δὲ τοῦ *χρυσοῦ* τὸ τίμιον ἐνδείκνυται, ὥς φησί τις περὶ τοῦ Ἰώβ· *Πίνων μυκτηρισμὸν ἴσα ποτῷ*, εἰς ἔνδειξιν ὅτι οὐ διακόρως, ἀλλ' ἐν δίψει τῆς οἰκείας ἀπωλείας τὴν κακίαν μετέρχεται. Διὸ ἑαυτῆς τὰ βδελύγματα, τουτέστι τὰ βδελυκτὰ τῷ Θεῷ ἐπιτηδεύματα, ἐπλήθυνεν· οἷς ἡ φιλάμαρτος πληθὺς ποτίζεται, ὡς ἡδὺ πόμα σπῶσα

τὴν βδελυκτὴν τῆς ἁμαρτίας μέθην, καὶ τῆς ἐκ θεοῦ πορνείας τὴν βεβήλωσιν.

A Deus subinde exsecratur, multiplicat, quibus turbam quoque peccatis deditam inebriat, earumque abominabilem peccati temulentiam profanamque a Deo scortationem, avide veluti dulce poculum, haurire solet.

*Καὶ ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῆς ὄνομα γεγραμμένον, Μυστήριον· Βαβυλὼν ἡ μεγάλη ἡ μήτηρ τῶν πορνῶν καὶ τῶν βδελυγμάτων τῆς γῆς.*

Ἡ δὲ τοῦ *μετώπου γραφὴ*, τὸ ἀπηρυθριασμένον [τῆς ἀδικίας καὶ] τῆς τῶν πλημμελημάτων δηλοῖ ἐκπληρώσεως, καὶ τῆς καρδιακῆς συγχύσεως· ἡ δὲ *μήτηρ*, τὸ τῆς ψυχικῆς πορνείας εἶναι ταύτην διδάσκαλον ταῖς ἀρχομέναις πόλεσι, τὰς βδελυκτὰς τῷ θεῷ παρανομίας τίκτουσαν.

XVII, 5. *Et in fronte ejus nomen scriptum, Mysterium : Babylon magna, mater scortationum et abominationum terræ.*

*Frontis inscriptio*, significat omni malitia et impudentia, omnique scelerum genere et animi confusione refertam esse. Vocatur autem *mater fornicationum*, quia omnis spiritalis fornicationis animæ magistra et causa exsistit ; ut quæ subjectis quoque dominio suo civitatibus multas Deo exsecrabiles prævaricationes pepererit.

## ΚΕΦΑΛ. ΝΔ'.

B

## CAPUT LIV.

*Ὅπως ὁ ἄγγελος τὸ ὁραθὲν αὐτῷ μυστήριον ἡρμήνευσε.*

*Ut angelus mysterium, quod viderat, interpretatus sit.*

*Καὶ εἶδον τὴν γυναῖκα μεθύουσαν ἐκ τοῦ αἵματος τῶν ἁγίων καὶ ἐκ τοῦ αἵματος τῶν μαρτύρων· καὶ ἐθαύμασα, ἰδὼν [αὐτὴν,] θαῦμα μέγα. Καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος· Διατί ἐθαύμασας ; ἐγώ σοι ἐρῶ τὸ μυστήριον τῆς γυναικὸς, καὶ τοῦ θηρίου τοῦ βαστάζοντος αὐτὴν, [καὶ] τοῦ ἔχοντος τὰς ἑπτὰ κεφαλὰς καὶ τὰ δέκα κέρατα.*

XVII, 6, 7. *Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, et de sanguine martyrum Jesu. Et miratus sum cum viderem illam admiratione magna. Et dixit mihi angelus : Quare miraris ? Sacramentum ego dicam tibi mulieris, et bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem, et cornua decem.*

Τὸ φερωνύμως ταῖς πράξεσιν ἐπιτίθεσθαι γραφικῶς τὰ ὀνόματα ταῖς πόλεσιν, ἐκ πολλῶν μαθεῖν ἔξεστιν· ὅθεν καὶ ἡ παλαιὰ *Βαβυλὼν* οὕτως ὠνόμασται, καὶ πόρνη ἐπιχαρὴς ἡγουμένη *Φαρμακὼν* ἦκουε. Καὶ ἡ παλαιὰ δὲ Ἱερουσαλήμ· *Ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι*· καὶ ἡ πρεσβυτέρα [δὲ] Ῥώμη, *Βαβυλὼν* ἐν τῇ ἐπιστολῇ Πέτρου προσηγόρευται. Κυριωτέρως δὲ, καὶ ἡ παρὰ Πέρσαις τὸ κράτος ἔχουσα, καὶ *Βαβυλὼν* καὶ *πόρνη* προσαγορεύεται· καὶ πᾶσα πόλις ἑτέρα φόνοις καὶ αἵμασι χαίρουσα. Τούτων τοίνυν μίαν ὁ εὐαγγελιστὴς θεωρῶν μεμολυσμένην τοῖς τῶν ἁγίων αἵμασι, κατεπλήττετο καὶ παρὰ τοῦ ἀγγέλου τὰ κατ' αὐτὴν ἐμάνθανεν, οἷα δεῖ παθεῖν, ἐφ' οἷς πλημμελήμασι, τὴν ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ χρόνου τῆς κοσμικῆς βασιλείας τὸ κράτος φέρουσαν· εἴτε τὴν παρὰ Πέρσαις κρατοῦσαν· εἴτε τὴν παλαιὰν Ῥώμην [αὖθις τὸ ἀρχαῖον κράτος ἀναλαμβάνουσαν]· εἴτε τὴν νέαν· εἴτε τὴν ὡς ἐν ἑνὶ σώματι γενικῶς ἐκληφθεῖσαν βασιλείαν νοῆσαί τις ἕλοιτο, καθὼς εἴρηται. Ἐν ἑκάστῃ γὰρ τούτων, ἁμαρτήματα διάφορα, καὶ αἱμάτων ἁγίων ἐκχύσεις, πῆ μὲν πλέον, πῆ δὲ ἔλαττον γεγενῆσθαι μεμαθήκαμεν. Καὶ τὰ μὲν μέχρι [τοῦ] Διοκλητιανοῦ τῶν μαρτύρων αἵματα, ἢ καὶ τὰς ἐν Περσίδι τούτων κολάσεις, τίς ἂν ἐξαριθμήσαιτο ; τὰ δὲ ἐπὶ Ἰουλιανοῦ λαθραίως, καὶ τὰ ἐν [τοῖς] καιροῖς [τῶν] Ἀρειανῶν κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐν τῇ νέᾳ τολμηθέντα Ῥώμῃ, αἱ ἱστορίαι παριστῶσι τοῖς ἐντυγχάνουσι.

Nomina ex re vel eventu multis sæpe civitatibus esse imposita, ex diversis Scripturæ locis colligi potest : nam et Babylon antiqua inde nomen adepta est : et nobile quoddam scortum, *Pharmacum* apud veteres appellatum legitur. Et ad antiquam Jerusalem dicitur : *Meretricis frons tibi facta est* [44] : et vetus Roma, in Canonica B. Petri *Babylonis* vocabulo designatur. Verius tamen nomen illud in eam urbem convenit quæ apud Persas imperium tenuit. Quare familiarius quoque et *Babylon* et *meretrix* quam cæteræ nominatur. Quin quævis omnino alia civitas, quæ sanguine et cædibus delectatur, eo nomine appellari potest. Ex his itaque unam, quæcumque tandem illa fuerit, cum evangelista sanctorum **77** sanguine coinquinatam vidisset, vehementer obstupuit. Verum quæ ad statum illius attinebant, ea ab angelo mox haurit. Audit autem quæ et qualia eam propter nefaria scelera perpeti oporteat, quæ mundani regni imperium usque ad sæculi finem obtinebit ; sive prævisam ab Apostolo illam accipias, quæ olim apud Persas regnavit et etiamnum regnat ; sive veterem Romam antiquum jus et ditionem denuo adeptam ; sive novam Romam sive orbis imperium ex variis principatibus in unum quasi corpus redactum ; siquidem in qualibet earum civitatum diversa peccata, diversæque insontium cædes, et injustæ sanguinum effusiones acciderunt ; etsi interim alibi plures, alibi pauciores accidisse certum sit. Et quidem numerum martyrum et sanguinis modum, qui a Neronis tempore in Romana urbe et ditione effusus est usque ad Diocletianum ; sanctorum rursum cruciatus et pœnas, quas pertulerunt in Perside, quis enumerare valeat ? Quæ autem sub Apostata Juliano et Arianorum temporibus tentata sunt contra Orthodoxos in nova Roma, et multis aliis locis, ea variæ historiæ, si quis eas legere voluerit, luculenter exponunt.

[44] Jerem. III, 3.

XVII, 8. *Bestia quam vidisti, fuit et non est ; et ascensura est de abyssa et in interitum ibit.*

Hæc *bestia* est diabolus, qui nunquam non quærit quem absorbeat. Hic per Christi crucem fractus, *sub sæculi finem denuo reversurus* dicitur; siquidem per prodigia et erronea signa, quæ per Antichristum operabitur, Christi Servatoris negationem quanta vi poterit procuraturus est. Propter hoc ergo ante salutarem crucem et mortem, et erat, et potens erat; post illam autem, superesse negatur; quia vi illa et potestate, qua ante pollebat, gentesque per idololatriam in suam servitutem redigebat, exutus cernitur. Consummationis autem tempore secundum modum quem indicavimus, ex abysso, aut ex eo loco ad quem condemnatus fuerat (nam ne in abyssum abirent, sed in porcos invadere permitterentur, dæmones Christo supplicasse leguntur), denuo emerget. Aut certe ex præsenti vita, quæ propter peccati profunditatem, quæ in ea versatur, fluctusque perturbationum, quibus varie jactatur et agitatur, metaphorice *abyssus* appellatur. Ex qua ipse etiam Antichristus, qui Satanam ad hominum interitum in se gestat, exsurget, ad æternam perditionem paulo post abiturus.

A

B

*Et mirabuntur inhabitantes terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ a constitutione mundi, videntes bestiam quæ erat, et non est, et adest.*

Admirabuntur bestiæ vel Antichristi præsentiam, falsaque ejusdem prodigia, illi (inquit) qui in libro æternum viventium non sunt inscripti, neque quæ Christus de illo prædixerat, solide satis animo complexi erant. Reputabunt namque non absque admiratione apud se, quomodo pristinum dominatum et vim, quam amiserat, denuo recuperarit.

C

XVII, 9. *Et hic est sensus qui habet sapientiam.*

Cum, inquit, quæ hoc loco traduntur et exponuntur, sint spiritalia, ut salubriter capiantur, spiritali, non mundana, opus est sapientia.

*Septem capita, septem montes sunt super quos mulier sedet ; et reges septem sunt.*

Per *septem capita* totidemque *montes* septem loca designari putamus, quæ mundana potentia et excellentia cæteris præstabant; in quibus diversis temporibus mundi hujus regnum firmatum novimus. Primum, exempli causa, Assyriorum sit regnum, quod in Ninive exordium habuit : secundum, Medorum, in Ecbatanis sub principe Arbace. Hic enim, ut historiæ tradunt, Sardanapalo rege perempto, Assyriorum regno potitus est. Post hos in Babylone Chaldæorum imperium initium fecit; quibus Nabuchodonosor imperavit. His porro deletis ac dissipatis, in Susis Persarum dominatus sub Cyro emersit. Isthoc rursum ab Alexandro Magno exstincto, Macedonum regnum successit. Post hos autem, Romanorum robur in antiqua Roma emicuit, quod sensim usque adeo crevit, ut sub Augusto Cæsare post primos illius reges et consules, monarchiam obtinuerit; quæ sub impiis principibus diu mul-

D

Τὸ θηρίον ὃ εἶδες, ἦν, καὶ οὐκ ἔστι· καὶ μέλλει ἀναβαίνειν ἐκ τῆς ἀβύσσου, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει.

Τὸ δὲ θηρίον ὃ εἶδες, ἦν, καὶ οὐκ ἔστι. Τοῦτο τὸ θηρίον ὁ Σατανᾶς ἐστιν· ὃς ἀποκτανθεὶς τῷ τοῦ Χριστοῦ σταυρῷ, πάλιν ἐπὶ συντελείᾳ ἀναζῆν λέγεται, ἐνεργῶν ἐν σημείοις καὶ τέρασι πλάνης διὰ τοῦ Ἀντιχρίστου τὴν τοῦ σταυροῦ ἄρνησιν. Διὰ τοῦτο ἦν μὲν καὶ ἰσχυε, πρὸ τοῦ σταυροῦ· οὐκ ἔστι δέ, μετὰ τὸ σωτήριον πάθος ἐκνευρωθείς, καὶ τῆς ἐξουσίας [αὐτοῦ] ἐξωσθείς. ἦν κατὰ τῶν ἐθνῶν διὰ τῆς εἰδωλολατρίας ἐκέκτητο· παρέσται δὲ ἐν τῇ συντελείᾳ, κατὰ τὸν τρόπον ὃν ἐφήκαμεν, ἀναβαίνων ἐκ τῆς ἀβύσσου, ἢ ὅθεν κατεδικάσθη· οὗ μὴ πεμφθῆναι, ἀλλ' εἰς τοὺς χοίρους, οἱ ἐκβληθέντες δαίμονες τὸν Χριστὸν ἱκέτευον. Ἡ ἐκ τοῦ παρόντος βίου, τροπικῶς ἀβύσσου ὀνομασθέντος, διὰ τὸ τῆς ἐμπολιτευομένης ἁμαρτίας βάθος, [τὸ] τοῖς τῶν παθῶν πνεύμασι ῥιπιζόμενον καὶ κυματούμενον· ἔνθεν γὰρ ὁ Ἀντίχριστος τὸν Σατανᾶν [ἐν ἑαυτῷ] φέρων, ἐπ' ὀλέθρῳ ἀνθρώπων παραγίνεται, ὀδεύσων εἰς ἀπώλειαν ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι.

Καὶ θαυμάσονται οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐπὶ τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, βλεπόντων τὸ θηρίον ὅτι ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καὶ παρέσται.

Θαυμάσονται δέ, φησι, τὴν τοῦ θηρίου παρουσίαν, διὰ τὰ τῆς ἀπάτης τέρατα, οἱ μὴ γεγραμμένοι ἐν τῇ βίβλῳ τῶν αἰωνίως ζώντων, καὶ οἱ μὴ προστοιχειωθέντες ἀσφαλῶς ταῖς τοῦ Χριστοῦ περὶ αὐτοῦ προῤῥήσεσι, λογιζόμενοι πῶς τὴν ἀρχαίαν δυναστείαν ἀπέλαβεν.

Ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν.

Πνευματικῶν ὄντων τῶν ἐρμηνευομένων, πνευματικῆς σοφίας, καὶ οὐ κοσμικῆς, χρεία, φησί, πρὸς τὸ νοῆσαι τὰ λεγόμενα.

Αἱ ἑπτὰ κεφαλαί, ἑπτὰ ὄρη εἰσὶν, ὅπου ἡ γυνὴ κάθηται [ἐπ' αὐτῶν]· καὶ βασιλεῖς ἑπτά εἰσιν.

XXI, 19, 20. *Et fundamenta muri civitatis, omni lapide pretioso ornata.*

Οἱ δὲ δώδεκα θεμέλιοι, δώδεκα λίθοι τίμιοι, ὧν οἱ ὀκτὼ ἐν τῷ λογίῳ τοῦ ἀρχιερέως πάλαι ἀνεφέροντο· οἱ δὲ τέσσαρες παρηλλαγμένοι εἰσίν· ἵνα D ἐναφανῇ [καὶ] τὸ σύμφωνον τῆς νέας πρὸς τὴν παλαιὰν, καὶ τὸ ὑπερέχον τῶν ἐν αὐτῇ διαλαμψάντων. Οἱ τοίνυν ἀπόστολοι πάσῃ ἀρετῇ διὰ τῶν τιμίων λίθων ἐκφαινόμενοι κεκόσμηνται.

Duodecim fundamenta sunt duodecim lapides pretiosi; e quibus octo in summi sacerdotis rationali olim inserti erant; quatuor autem mutati sunt; ut hinc appareat novi cum vetere testamento consensio, simulque illorum excellentia patefiat, qui in novo illustres exstiterunt. Apostoli igitur omni virtutum genere ornati per lapides pretiosos denotantur.

*Ὁ θεμέλιος ὁ πρῶτος, ἴασπις.*

*Fundamentum primum, jaspis.*

Διὰ τῆς ἰάσπιδος, χλωριζούσης τὴν χρόαν κατὰ τὴν σμάραγδον, εἰκὸς τὸν κορυφαῖον Πέτρον δηλοῦσθαι· ἅτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Χριστοῦ βαστάσαντα ἐν τῷ σώματι, καὶ τὸ ἀειθαλὲς καὶ νεάζον ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ἀγάπῃ ἐνδειξάμενον· ὃς [καὶ] ὡδήγησεν ἡμᾶς εἰς τόπον χλόης διὰ [τῆς] θερμῆς πίστεως.

Per *jaspidem*, qui ad smaragdi similitudinem, ad viriditatem tendit, probabile fit divum Petrum apostolorum coryphæum significari; ut qui Christi mortificationem in suo corpore usque portarit, vegetamque et vernantem charitatem erga illum semper ostenderit; qui etiam per fervidam fidem ad loca pascua dux nobis exstitit.

*Ὁ δεύτερος, σάπφειρος.*

*Secundum, sapphirus.*

**104** Quod hic lapis cœlesti corpori assimiletur, (quare colorem quoque cæruleum, quem vulgo *Lazurum* appellant, ex eo fieri ajunt) beatum Paulum significare arbitror; siquidem ad tertium cœlum aliquando raptus, animoque in cœlum jugiter defixus, eo pertrahere studebat, quotquot ipsi parebant.

*Tertium, chalcedonius.*

Hic lapis sacerdotali rationali non inserebatur, sed *carbunculus*, cujus hoc loco nulla fit mentio. Spectandum est tamen ne forte Theologus per chalcedonium carbunculum designaverit. Sunt enim ejusdem propemodum coloris. *Carbunculus* autem beatus Andreas apostolus vocari potest, utpote Spiritus igne luculenter accensus.

*Quartum, smaragdus.*

Per *smaragdum*, qui viridem colorem sortitur, oleoque nutritur, necnon perspicuitatem et venustatem ex illo mutuatur, Joannis evangelistæ prædicationem insinuari arbitramur. Hic enim animi dejectionem ex peccato ortam, divino oleo serenat, excellentique Theologiæ gratia assiduum fidei vigorem nobis præstat.

*Quintum, sardonyx.*

Per hunc, humani unguis colorem cum quadam perspicuitate et claritate exprimentem, Jacobum denotari probabile credimus, quandoquidem unus hic ante omnes alios propter Christum corporis mortem sustinuit; quam unguis suo colore delineat. Unus hic etiam absque ullo doloris sensu abscindi solet.

*Sextum, sardius.*

Per *sardium*, qui fulvo pellucidoque colore ignem æmulatur, et vim tumores ac vulnera per ferrum inflicta sanandi sortitur, virtutis pulchritudinem apostoli Philippi designari arbitror. Hæc enim divini Spiritus igne incensa, spiritalia seductorum vulnera per diaboli insultus et fraudem illata, refocillat et curat.

*Septimum, chrysolithus.*

Per *chrysolithum*, qui rutilante splendore aurum refert, beatus forte Bartholomæus adumbratur, siquidem divina prædicatio pretiosaque virtutum supellex hunc admodum mirifice illustravit.

*Octavum, beryllus.*

Per hunc, maris aerisque colorem imitantem, et ad hyacinthinum accedentem, admirabilem Thomam significari verisimile fit; quippe qui longa per mare peregrinatione usque ad Indos pervenit, eo ad procurandam illorum populorum salutem a Deo missus.

*Nonum, topazius.*

Per *topazium*, qui rubri est coloris, neque carbunculo absimilis, lacteumque liquorem, qui iis opitulari fertur, qui ex oculis laborant, emittit, beatus Matthæus significatus videtur. Nam is et divino zelo egregie fuit inflammatus, et sanguine propter Christum fuso, dignus est habitus qui per

A Διὰ τούτου, ἐοικότος τῷ οὐρανίῳ σώματι, ἐξ οὗ φασι καὶ τὸ *λαζούριον* γίνεσθαι, τὸν μακάριον Παῦλον οἶμαι σημαίνεσθαι, ἕως τρίτου οὐρανοῦ ἁναληφθέντα, κἀκεῖ ἕλκοντα τοὺς αὐτῷ πειθομένους, ἔνθα εἶχεν ἐν οὐρανοῖς τὸ πολίτευμα.

*Ὁ τρίτος, χαλκηδών.*

Οὗτος [ὁ λίθος] ἐν τῷ ἱερατικῷ λογίῳ οὐ φέρεται· ἀλλ' *ἄνθραξ*, ὃς ἐνταῦθα οὐ κεῖται. Σκοπητέον οὖν μή ποτε τὸν ἄνθρακα οὕτως ἐκάλεσεν ὁ ἅγιος. *Ἄνθραξ* δὲ καὶ ὁ μακάριος Ἀνδρέας ὁ ἀπόστολος, ὡς ἀναφθεὶς ἐκ τοῦ Πνεύματος.

B *Ὁ τέταρτος, σμάραγδος.*

Διὰ τοῦ *σμαράγδου*, χλωροῦ τυγχάνοντος [τὴν χρόαν] καὶ [τῷ] ἐλαίῳ τρεφομένου, τήν τε διαύγειαν καὶ τὴν ὥραν [ἐξ] αὐτοῦ προσλαμβάνοντος, τὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου δηλοῦσθαι νομίζομεν κήρυγμα· θείῳ ἐλαίῳ φαιδρύνον τὴν προσγινομένην ἡμῖν ἐξ ἁμαρτημάτων κατήφειαν, καὶ τὸ ἀειθαλὲς τῆς πίστεως δωρούμενον, τῷ πολυτίμῳ τῆς θεολογίας χαρίσματι.

*Ὁ πέμπτος, σαρδόνυξ.*

Διὰ τούτου, [τὴν τοῦ] ἀνθρωπίνου ὄνυχος χρόαν μετὰ διαυγείας ἔχοντος, δηλοῦσθαι εἰκὸς, τὸν Ἰάκωβον, πρὸ τῶν ἄλλων τὴν σωματικὴν διὰ Χριστὸν δεξάμενον νέκρωσιν· ἣν [ὁ] ὄνυξ χαρακτηρίζει, C ἀμοιρῶν ἐν τῷ τέμνεσθαι αἰσθήσεως.

*Ὁ ἕκτος, σάρδιος.*

Διὰ τοῦ *σαρδίου*, ἅτε πυρροῦ τὴν χρόαν καὶ διαυγοῦς, θεραπευτικοῦ δὲ ὅμως οἰδημάτων καὶ τῶν ἀπὸ σιδήρου πληγῶν, τῆς τοῦ [μακαρίου] Φιλίππου ἀρετῆς τὸ κάλλος ὑπολαμβάνω χαρακτηρίζεσθαι· φαιδρυνομένης τῷ πυρὶ τοῦ θείου Πνεύματος, καὶ θεραπευούσης τῶν πεπλανημένων τὰ ψυχικὰ τραύματα, ἅπερ ὑπὸ τοῦ διαβόλου τρωθέντες ἐδέξαντο.

*Ὁ ἕβδομος, χρυσόλιθος.*

Διὰ τοῦ *χρυσολίθου*, χρυσῷ ἐοικότος τὴν στιλπνότητα, ὁ Βαρθολομαῖος τάχα εἰκονίζεται, ταῖς πολυτιμήτοις ἀρεταῖς κατηγλαϊσμένος, καὶ τῷ θείῳ κη- D ρύγματι.

*Ὁ ὄγδοος, βήρυλλος.*

Διὰ τοῦ θαλασσοβαφοῦς καὶ ἀερίζοντος [καὶ τῷ] ὑακινθίνῳ [χρώματι] πλησιάζοντος τὸν Θωμᾶν σημαίνεσθαι δοκῶ, μακρὰν διαπόντιον ἀποδημίαν μέχρις Ἰνδῶν, διὰ τὴν αὐτῶν σωτηρίαν, στειλάμενον.

*Ὁ ἔννατος, τοπάζιον.*

Διὰ τοῦ *τοπαζίου*, ἐρυθροῦ ὄντος καὶ ἐοικότος τῷ ἄνθρακι, καὶ ὑπὸν ἀφιέντος, ὥς φασι, γαλακτώδη ὀφθαλμιῶσιν ἀλεξίπονον, ἡ τοῦ μακαρίου Ματθαίου ψυχὴ δηλοῦσθαι δύναται, πεπυρωμένη τῷ θείῳ ζήλῳ, καὶ κεκοσμημένη τῇ τοῦ οἰκείου ἐκχύσει διὰ Χριστὸν αἵματος, ἐξιωμένη τε διὰ τοῦ Εὐαγγελίου τοὺς τῇ

καρδίᾳ τυφλώττοντας, καὶ γάλα τοὺς ἀρτιγενεῖς τῇ πίστει ποτίζουσα.

*Ὁ δέκατος, χρυσόπρασος.*

Διὰ τοῦ *χρυσοπράσου*, βαθυτέρου τὴν χροιὰν παρὰ τὸν χρυσὸν ὑπάρχοντος, τὸν [μακάριον] Θαδδαῖον οἶμαι σημαίνεσθαι, τὸν τῷ Αὐγάρῳ βασιλεῖ Ἐδέσης τὴν Χριστοῦ βασιλείαν, τὴν διὰ τοῦ χρυσοῦ δηλουμένην, καὶ τὴν διὰ τοῦ πράσου σημαινομένην αὐτῷ νέκρωσιν, εὐαγγελισάμενον.

*Ὁ ἑνδέκατος, ὑάκινθος.*

Διὰ τοῦ *ὑακίνθου*, τὴν ἰδέαν κυανίζοντος, ἦγουν ἀερίζοντος, τὸν Σίμωνα, ὡς ζηλωτὴν τῶν [τοῦ] Χριστοῦ χαρισμάτων, καὶ οὐράνιον ἔχοντα φρόνημα, εἰκὸς σημαίνεσθαι.

*Ὁ δωδέκατος, ἀμέθυσος.*

Διὰ τοῦ *ἀμεθύσου*, τῇ μορφῇ πορφυρίζοντος, τὸν Ματθίαν στοχάζομαι σημαίνεσθαι, τοῦ θείου πυρὸς ἐν τῇ τῶν γλωσσῶν διανομῇ καταξιωθέντα, καὶ τὸν τοῦ ἐκπεπτωκότος τόπον ἀναπληρώσαντα, [τῷ διαπύρῳ] πόθῳ τῆς πρὸς τὸν ἐκλεξάμενον εὐαρεστήσεως. Ταῦτα δὲ ἐκ τῶν τῷ ἁγίῳ Ἐπιφανίῳ περὶ λίθων εἰρημένων, καὶ ἑτέρως [ὑπ' αὐτοῦ] τοῖς φυλάρχοις τοῦ Ἰσραὴλ προσηρμοσμένων, ἐντετάχαμεν, πρὸς γυμνασίαν τοῖς ἐντυγχάνουσι τοῖς αἰνίγμασι, τῆς ἀληθείας καταστοχαζόμενοι, τῆς ἀκριβείας ἐγνωσμένης μόνῳ τῷ ἀποκαλύψαντι. Ὄντως δὲ καὶ θεμέλιοι οἱ ἀπόστολοι, καὶ λίθοι τίμιοι· ὁ μὲν τοῦδε, ὁ δὲ τοῦδε· καὶ πάντες κοινῇ πάντων τὸ ἐν τοῖς καλοῖς ἰδιάζον καὶ ἐξαίρετον ἀποσώζοντες. Διὸ παρακαλῶ ἀφεθῆναι τῆς ἐπὶ τοῖς παρατεθεῖσιν [θοήμασιν,] ὡς βεβιασμένοις, μέμψεως. Οὐ γὰρ τῷ ἰδιάζοντι τῆς ἑκάστου τῶν ἀποστόλων ἀρετῆς τὴν αὐτῶν κοινωνίαν καὶ ἀλληλουχίαν διεκόψαμεν, ἀλλὰ διὰ τῆς μερικῆς ἑτερότητος τὴν ὁλικὴν αὐτῶν ταυτότητα δηλῶσαι προεθυμήθημεν, ἀλλήλων ἐχομένην, δίκην ἁλύσεως.

A Evangelium eos qui corde cæcutiebant, illuminaret, modoque genitos fidei lacte potaret.

*Decimum, chrysoprassus.*

*Chrysoprassum*, qui auri colorem auro **105** ipso altius imbibit, beatum Thaddæum, qui Abgaro regi Edessæ Christi regnum per aurum, ejusdem autem mortem per prassum designatam prædicavit, significari existimo.

*Undecimum, hyacinthus.*

Hyacinthum, qui cærulei aereique coloris speciem per se gerit, ad Simonem tanquam charismatum et gratiarum Christi zelatorem, cœlestemque prudentiam haud vulgarem sortitum, haud incommode retuleris.

B *Duodecimum, amethystus.*

Per *amethystum*, qui ignis formam spectantibus exhibet, Matthiam significari conjicio; ut qui in linguarum distributione cœlesti igne affatim sit afflatus; et ob inflammatum Deo, a quo electus erat, serviendi et placendi desiderium, idoneus census qui in prolapsi Judæ locum sufficeretur. Hæc autem ex iis in medium attulimus, quæ sanctus Epiphanius de lapidibus istis disseruit, tribuumque Israelis principibus accommodavit; idque ad illorum exercitationem qui in hæc quasi ænigmata suo forte tempore incident: de veritate quidem nonnullam conjecturam facientes, accuratam autem earum rerum notitiam soli Deo, qui isthæc patefecit, relinquentes. Interim apostoli sunt vera C Ecclesiæ fundamenta, lapidesque vere pretiosi. Et hic quidem hujus, iste vero illius lapilli virtutem et proprietatem refert; omnes autem in communi, quidquid in singulis pulchrum et excellens exsistit, hoc totum sibi vindicant, etsi non eodem semper gradu. Eapropter ad unum omnes rogatos cupio, ne sententias, quas hic apposuimus, quasi coactas reprehendant: neque enim virtutem quam uni alicui Apostolo quasi propriam tribuimus, aliis adimimus, aut mutuam earum cohærentiam amputavimus, aut communionem negamus. Verum per dispartitam diversitatem, perfectam earum connexionem atque societatem indicare voluimus; ut quæ instar catenæ sibi mutuo cohæreant, neque a se invicem divelli queant.

*Καὶ οἱ δώδεκα πυλῶνες, δώδεκα μαργαρῖται· ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου.*

XXI, 21. *Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt; et singulæ portæ erant ex singulis margaritis.*

[Οἱ δὲ *δώδεκα*] *πυλεῶνες*, δηλαδὴ οἱ [δώδεκα] τοῦ Χριστοῦ μαθηταί, δι' ὧν τὴν θύραν καὶ τὴν ὁδὸν ἐπέγνωμεν [τῆς ζωῆς· οἵτινες καὶ] δώδεκά εἰσι μαργαρῖται, ἐξ ἑνὸς πολυτίμου μαργαρίτου τοῦ Χριστοῦ τὴν διαύγειαν κτησάμενοι.

D *Portæ duodecim* sunt duodecim Christi discipuli; per hosce namque et ostium, et viam vitæ cognovimus: qui quidem duodecim sunt margaritæ ex una pretiosa margarita, nempe Christo, splendorem lucemque adepti.

*Καὶ ἡ πλατεῖα τῆς πόλεως, χρυσίον καθαρόν, ὡς ὕαλος διαυγής.*

*Et platea civitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum.*

Ἐπὶ παραδείγματι δὲ τὴν ἀκρίβειαν τῶν τῆς ἄνω πόλεως ἀγαθῶν παραστῆσαι οὐ δύναται. Διὸ τὴν πλατεῖαν τῆς πόλεως, διὰ μὲν τὸ πολυτελὲς καὶ εὔχρουν, ὡς χρυσίον, διὰ δὲ τὸ καθαρὸν, ὡς κρύσταλλον ἐθεάσατο, [ἤτοι ὡς ὕαλον διαυγῆ·] ἅπερ ἀμφότερα ἐν ἑνὶ συνδραμεῖν παρ' ἡμῖν, ἀδύνατον. Ταῦτα δὲ πάντα ὁ ἅγιος τεθέαται, καθὼς ἠδύνατο·

Cum una similitudine exacta cœlestis illius civitatis venustas plenaque bonorum ejusdem notitia tradi non possit, sed ad eam rem variis opus sit exemplis et similitudinibus, propterea civitatis illius plateas crystallo auroque mundo assimilat; quo hinc quidem ejus præstantiam colorisque elegantiam colligamus; inde vero ejusdem mundi-

lem et claritatem; quæ duo apud nos in unum simul convenire haud facile solent. Hæc autem omnia sanctus evangelista vidit, quantum et quatenus potuit: siquidem exquisita supernæ civitatis cognitio excedit omnem auditum, omnemque mentis et sensus captum.

A ἡ δὲ ἀκραιφνὴς τῆς ἄνω πόλεως κατανόησις ὑπερβαίνει καὶ ἀκοὴν [καὶ ὅρασιν] καὶ διάνοιαν.

XXI, 22. *Et templum non vidi in illa : Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, et Agnus.*

*Καὶ ναὸν οὐκ εἶδον ἐν αὐτῇ· ὁ γὰρ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ναὸς αὐτῆς ἐστι καὶ τὸ Ἀρνίον.*

**106** Quorsum enim opus est illi externo et sensili templo, quæ Deum, in quo vivimus, movemur, et sumus, habet custodem et defensorem? Is enim sanctorum templum et incola est; quia juxta promissionem suam habitat et ambulat in illis; et Agnus Dei, qui propter nos jugulatus est, cui etiam vivificus Spiritus per essentiam conjunctus est. Atque hoc per fluvium, cujus paulo post fit mentio, diserte significatur.

*Καὶ ναὸν οὐκ εἶδον ἐν αὐτῇ.* — Τίς γὰρ χρεία ναοῦ αἰσθητοῦ, τῇ ἐχούσῃ τὸν Θεὸν φρουρὸν καὶ σκέπην· ἐν ᾧ ζῶμέν καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν; Οὗτος γὰρ ἐστι τῶν ἁγίων καὶ ναὸς καὶ ἔνοικος, ἐνοικῶν [ἐν] αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατῶν, καθὼς ἐπήγγελται. Τὸ Ἀρνίον, ὁ δι' ἡμᾶς σφαγιασθεὶς Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ· ᾧ δηλαδὴ οὐσιωδῶς καὶ τὸ ζωόποιον B Πνεῦμα συντέτακται· ὅπερ διὰ τοῦ ἑξῆς ποταμοῦ ἐνέφηνε.

XXI, 23. *Et civitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea : nam claritas Dei illuminabit illam, et lucerna ejus est Agnus.*

*Καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου, οὐδὲ τῆς σελήνης, ἵνα φαίνωσιν αὐτήν· ἡ γὰρ δόξα τοῦ Θεοῦ ἐφώτισεν αὐτήν· καὶ ὁ λύχνος αὐτῆς, τὸ Ἀρνίον.*

Ubi enim mysticus justitiæ Sol lucet, ibi externis luminaribus opus non est. Ipse enim illius et gloria et lucerna est; et gentes, quæ salvæ fiunt, in lumine illius ambulabunt; de quibus subjicit :

*Καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου.*— Ἔνθα γὰρ ὁ τῆς δικαιοσύνης νοητὸς ἥλιος, αἰσθητῶν φωστήρων οὐ χρεία· αὐτὸς γὰρ αὐτῆς καὶ δόξα καὶ λύχνος· καὶ τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων τῷ φωτὶ αὐτῆς περιπατήσουσιν· [περὶ ὧν φησι·]

XXI, 24, 25. *Et ambulabunt gentes quæ servatæ fuerunt, in lumine ejus; et reges terræ afferent gloriam suam et honorem in illam. Et portæ ejus non claudentur per diem. Nox enim non erit illic.*

*Καὶ περιπατήσουσι τὰ ἔθνη διὰ τοῦ φωτὸς αὐτῆς· καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς φέρουσι τὴν δόξαν αὐτῶν εἰς αὐτήν· καὶ οἱ πυλεῶνες αὐτῆς οὐ μὴ κλεισθῶσιν ἡμέρας· νὺξ γὰρ οὐκ ἔσται C ἐκεῖ.*

Gentes quæ salute potiuntur, in lumine ejus, ut dictum est, ambulant; qui autem in terra constituti adversus carnis motus animique perturbationes dominatum obtinent, ii bonorum operum gloriam et honorem in ipsam inferent. Quod autem civitatis illius *portæ non claudantur*, hoc vel habitatorum illius securitatem et immutabilitatem significat; aut certe apostolicæ doctrinæ portas, ad hauriendam perfectiorem de rebus sublimioribus notitiam, ibi omnibus patere. *Dies* autem exstat ibi *perennis; nox* autem *nulla* omnino : hæc enim in peccatorum sortem deputata est.

Τὰ μὲν γὰρ σωζόμενα ἔθνη, καθὼς εἴρηται, φησὶν, ἐν τῷ φωτὶ αὐτῆς περιπατήσουσιν· οἱ δὲ ἐν τῇ γῇ τῶν παθῶν βασιλεύσαντες τὴν τῶν ἀγαθῶν πράξεων δόξαν καὶ τιμὴν ἐν αὐτῇ οἴσουσι. Τὸ δὲ *μὴ κλεισθῆναι τὰς θύρας*, δηλοῖ ἢ τὸ ἀσφαλὲς τῶν οἰκητόρων αὐτῆς καὶ ἄτρεπτον· ἢ τὸ κἀκεῖ τοὺς θείους πυλῶνας τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας ἠνεῷχθαι πᾶσι, πρὸς τὴν τῶν τελεωτέρων μάθησιν. Ἡμέρα δὲ ἔσται ἐκεῖ, καὶ οὐ νύξ. Ἡ γὰρ νὺξ τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἀποκληρωθήσεται.

XXI, 26, 27. *Et afferent gloriam et honorem gentium in illam : non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens et mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.*

*Καὶ οἴσουσι τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν τῶν ἐθνῶν εἰς αὐτήν· καὶ οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτὴν D πᾶν κοινὸν, καὶ ποιοῦν βδέλυγμα, καὶ ψεῦδος, εἰ μὴ οἱ γεγραμμένοι ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς τοῦ Ἀρνίου.*

Splendor et gloria gentium, hoc est, illorum qui ex gentium populo conversi, Christo placuerunt, in civitate illa Deo fructum deprimunt, totumque quod habent acceptum illi ferent. Omne autem commune et immundum illuc non ingredietur. Quia nulla est societas aut communicatio luci cum tenebris, aut Christo cum Belial.

Ἡ δὲ λαμπρότης καὶ ἡ δόξα τῶν ἐθνῶν, τουτέστιν οἱ ἐν αὐτοῖς Χριστῷ εὐαρεστήσαντες, ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ καρποφορηθήσονται. Πᾶν δὲ κοινὸν καὶ ἀκάθαρτον ἐκεῖ οὐκ εἰσελεύσεται. Τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος;

## CAPUT LXVIII.

*De fluvio mundo, qui e throno in mediam civitatis plateam procedere visus est.*

## ΚΕΦΑΛ. ΞΗ'.

*Περὶ τοῦ καθαροῦ ποταμοῦ τοῦ φανέντος ἐκ τοῦ θρόνου ἐκπορεύεσθαι.*

XXII, 1, 2. *Et ostendit mihi fluvium aquæ vivæ,*

*Καὶ ἔδειξέ μοι ποταμὸν καθαρὸν ὕδατος ζωῆς*

[καὶ] *λαμπρὸν ὡς κρύσταλλον, ἐκπορευόμενον* A *splendidum tanquam crystallum, procedentem de* *ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Ἀρνίου, ἐν μέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς.*

*sede Dei et Agni, in medio plateæ ejus.*

Ὁ μὲν ἐκ τῆς ἐν τῷ παρόντι βίῳ [Ἐκκλησίας] ἐκπορευόμενος *ποταμὸς*, τὸ τῆς παλιγγενεσίας αἰνίττεται βάπτισμα· διὰ Πνεύματος μὲν [ἁγίου] ἐνεργούμενον, καθαροὺς δὲ τοὺς λουομένους ὑπὲρ χιόνα καὶ κρύσταλλον ἀπεργαζόμενον. Τὴν δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ὁ ποταμὸς τοῦ Θεοῦ ὁ πεπληρωμένος ὑδάτων, τὸ ζωοποιὸν Πνεῦμα διαπορεύεται, ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ διὰ τοῦ Ἀρνίου, διὰ μέσου τῶν ὑπερτάτων δυνάμεων, αἳ θρόνος τῆς Θεότητος ὀνομάζονται· τὰς *πλατείας* πλήρων τῆς ἁγίας *πόλεως*· δηλαδὴ τὸ πλῆθος αὐτῆς, τὸ ὑπὲρ ψάμμον, κατὰ τὸν Ψαλμῳδὸν, πληθυνόμενον.

Per *fluvium* qui in mortali hac vita *ex Ecclesia* procedit, regenerationis lavacrum adumbratur. Hoc enim per Spiritum sanctum motum, omnes quotquot in eo abluuntur, omni nive ac crystallo puriores nitidioresque reddit. At vero *fluvius* Dei, qui *supernam Jerusalem* larga aquarum copia *irrigat*, est Spiritus sanctus, qui ex Dei et Patris throno per Agnum procedit; et per medium supremarum virtutum, quæ *Divinitatis sedes* **107** nominantur, dilapsus, sanctæ *civitatis plateas*, nempe multitudinem ejus, quæ, juxta Psalmistam, arenæ numerum excedit, ubertim recreat.

*Καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν ξύλον ζωῆς, ποιοῦν καρποὺς δώδεκα, κατὰ μῆνα* [*ἕνα*] *ἕκαστον ἀποδιδοῦν τὸν καρπὸν αὐτοῦ.* B

*Et ex utraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum.*

Ὁ δὲ ποταμὸς οὗτος, φησὶ, ποτίζει τοὺς παραπεφυτευμένους αὐτῷ ἁγίους, *ξύλον ζωῆς* τροπικῶς ὠνομασμένους, κατὰ μετοχὴν καὶ μίμησιν τοῦ τῆς ζωῆς ξύλου [Χριστοῦ]. *Δώδεκα* δὲ *καρποὺς* βλαστάνοντας· τουτέστιν ἀδιάλειπτον τὴν τῶν καρπῶν βλαστάνοντας ἔκφυσιν. Οὐ γὰρ ἁμαρτίας ἔσται χειμὼν ἐκεῖ, φύλλων ῥοὴν ἀναγκάζων πάσχειν τὰ τῆς ζωῆς δένδρα, καθὼς ὁρῶμεν σήμερον· ἀλλὰ πληρέστατος ἔσται ὁ τῆς καρποφορίας τῶν ἁγίων αἰών· ὃς [εἰκότως] ἐντεῦθα *δωδεκάμηνος* προσηγόρευται, διά τε τοῦ παρ ἡμῖν ἐνιαυτοῦ τὴν συνήθειαν, διά τε τῶν ιβ' ἀποστόλων τὸ κήρυγμα. Δυνατὸν δὲ καὶ ἑτέρως ἅπαν τὸ παρὸν χωρίον ἑρμηνεύεσθαι. Διὰ μὲν τοῦ *ποταμοῦ*, ὡς εἴρηται, τὰ τοῦ ζωοποιοῦ [καὶ παναγίου] Πνεύματος χαρίσματα· ἅπερ διὰ τοῦ θρόνου τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, δηλαδὴ τῶν χερουβικῶν τάξεων, οἷς ὁ Θεὸς ἐνθρονίζεται, εἰς τὴν *πλατεῖαν τῆς πόλεως*, τουτέστι τὴν πολυάνθρωπον τῶν ἁγίων πληθὺν, ἔξεισιν· ὡς ἐκ πρώτων εἰς δεύτερα μετοχετευόμενα, κατὰ τὴν εὔκοσμον τῶν οὐρανίων ἱεραρχιῶν διάταξιν. *Ξύλον* δὲ [τῆς] *ζωῆς* τὸν Χριστὸν σημαίνεσθαι, ἐν [τῷ] Πνεύματι τῷ ἁγίῳ καὶ περὶ τὸ Πνεῦμα νοούμενον. Ἐν αὐτῷ γὰρ τὸ Πνεῦμα, καὶ [αὐτὸς] ἐν Πνεύματι προσκυνεῖται, καὶ χορηγός ἐστι [τοῦ] Πνεύματος· καὶ διὰ τούτου οἱ ιβ' καρποὶ τοῦ ἀποστολικοῦ χοροῦ, ἀνέκλειπτον [τὸν] τῆς θεογνωσίας καρπὸν ἡμῖν δωρούμενοι· δι' ὧν ὁ *ἐνιαυτὸς Κυρίου* δεκτὸς, καὶ ἡ ἡμέρα τῆς ἀνταποδόσεως; ἡ τῷ προφήτῃ προκηρυχθεῖσα, προκαταγγέλλεται. C D

Hic, inquit, fluvius irrigat sanctos juxta se consitos; qui similitudine quadam ad lignum vitæ, quod Christus est, ejusdemque imitatione et participatione, *ligna vitæ* metaphorice appellantur. Progerminat autem hoc vitæ lignum *fructus duodecim*, hoc est, perennem fructuum fœturam. Neque enim peccati hyems, quæ foliis vitæ ligna exuit, sæviet ibi, quemadmodum hic sævire solet; verum sanctorum ævum, quod propter anni apud nos usitati consuetudinem, ac duodecim apostolorum prædicationem, *duodecim mensium* nomine recte designatur, optimorum fructuum copia est refertissimum. Potest alio quoque modo totus hic locus exponi. Per *fluvium* igitur, ut dictum est, vivifici Spiritus charismata significantur; quæ per Patris et Filii *thronum*, nempe per Cherubicorum spirituum ordines, in quibus Deus insidet, in *civitatis plateas*, hoc est, in numerosam illam sanctorum multitudinem, exeunt; et ab his tanquam ex primis, ad illos qui secundario ea participant, sese diffundunt; idque secundum concinnam cœlestium ordinum et hierarchiarum dispositionem. Per *lignum* autem *vitæ*, Christum, in Spiritu et per Spiritum cognitum, significari, extra controversiam est. In ipso namque est Spiritus, et in Spiritu adoratur, et ipse est qui Spiritum largitur; et per illum duodecim apostolici chori fructus, assiduos divinæ cognitionis fœtus proferentes, nobis donantur. Per quos utique obtingit *annus Domini* acceptus, diesque retributionis, qui dudum ante a propheta prædicatus, nobis nunc tandem annuntiatur.

*Καὶ τὰ φύλλα τοῦ ξύλου, εἰς θεραπείαν τῶν ἐθνῶν.*

*Et folia ligni ad sanitatem gentium.*

*Φύλλα* δὲ *τοῦ ξύλου* [*τῆς ζωῆς,*] δηλαδὴ τοῦ Χριστοῦ, αἱ ἐπιπολαιότεραι τῶν θείων κριμάτων νοήσεις· ὥσπερ *καρποὶ* αὐτοῦ, ἡ τελειοτέρα γνῶσις, ἡ ἐν τῷ μέλλοντι ἀποκαλυπτομένη. Ταῦτα τὰ φύλλα, εἰς θεραπείαν, δηλαδὴ εἰς τὴν τῆς ἀγνοίας ἀποκάθαρσιν τῶν ὑποδεεστέρων ἐν τῇ τῶν ἀρετῶν ἐργασίᾳ ἐθνῶν, ἔσονται· διότι ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη [δόξα] σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· καὶ πολ-

Per *folia ligni vitæ*, quod est Christus, designantur tenuiores et quasi superficiales divinorum judiciorum notitiæ; quemadmodum per *fructus* consummatior earumdem rerum cognitio; quæ in futuro tandem ævo patefiet. Ejusmodi igitur folia, ad sanationem, hoc est, in ignorationis expiationem, illarum gentium quæ in virtutum actione minus valuerunt, cedent: siquidem non eadem

omnium, sed alia est gloria solis, alia lunæ, alia stellarum. Et multæ rursum mansiones sunt apud Patrem; quarum aliæ majori, aliæ minori splendore potiuntur, secundum operum uniuscujusque analogiam et qualitatem. Alio sensu per *lignum vitæ*, *quod mensibus duodenis fructus duodecim affert*, chorum apostolicum accipere licet, propter peculiarem societatem et communicationem quam habuit cum ligno veræ vitæ. Hoc enim posteaquam cum carne nostra semel communicavit, suæ divinitatis participes nos fecit. Horum autem fructus in centesimum excrescunt; folia vero alia reddunt sexagesimum, alia trigesimum; quæ sanitatem iis **108** afferunt qui ex gentibus in divini luminis splendore non ita multum excelluerunt; quam quidem sanitatem per illos susceperunt, qui centuplum fructificaverant. Quantum enim interest inter folia et fructus, tantum inter eos qui tunc salvabuntur, intercessurum putandum est; aliis quidem majori, aliis vero minori gloria potientibus, sicuti ante obiter indicatum est. Quod autem *lignum* singulariter pro *lignis* scriptum est, hoc sanctorum inter se unionem et concordiam significat. Sed et numerorum heterosis sacris Litteris admodum quoque familiaris est. Constat enim ligna multa lignum unum, et multos equos equum unum appellare, aliaque id genus singularia pro nominibus pluralibus frequenter collocare solere.

A λαὶ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί· τὸν μὲν ἥττονος, τὸν δὲ πλείονος ἀξιοῦσαι λαμπρότητος, κατὰ τὴν ἑκάστου ἀναλογίαν τῶν πράξεων. Καὶ ἑτέρως δὲ τοῦτο νοητέον, *ξύλον ζωῆς ποιοῦν καρποὺς ιβ'*, τὸν ἀποστολικὸν χορὸν [νοοῦμεν] κατὰ μετοχὴν τοῦ ὄντως ξύλου τῆς ζωῆς, τοῦ διὰ τῆς πρὸς [τὴν] σάρκα κοινωνίας δωρησαμένου ἡμῖν μετοχὴν πρὸς τὴν αὐτοῦ θεότητα. Τούτων καρποί, οἱ ἐν ἑκατὸν καρποφορήσαντες. Φύλλα δὲ, οἱ ἐν ἑξήκοντα· οἳ καὶ τοῖς ἐν τριάκοντα τοῖς ἐκ τῶν ἐθνῶν [τὴν] θεραπείαν προσοίσουσι, τοῖς ὑποδεδηκόσι τῶν θείων φώτων τὴν αἴγλην διαπορθμεύοντες, ἅπερ διὰ τῶν καρποφορησάντων ἐν ἑκατὸν ἐδέξαντο. Ὅση γὰρ φύλλων καὶ καρπῶν [ἐστιν ἡ] διαφορὰ, τοσαύτη καὶ τῶν τότε σωζομένων· τῶν μὲν ἥττον, τῶν δὲ πλεῖον δοξαB ζομένων, ὡς γέγραπται. Εἰ δὲ ἐνικῶς τὸ *ξύλον* ἀντὶ *τῶν ξύλων* γέγραπται, τὴν ἑνιαίαν τῶν ἁγίων δηλοῖ συνδιαίτησιν καὶ ὁμόνοιαν. Ἔθος δὲ [καὶ] τῇ Γραφῇ πολλαχοῦ ἀντὶ ξύλων πολλῶν ἑνικῶς ξύλον καλεῖν· καὶ ἀνθ' ἑτέρων πληθυντικῶν, ἑνικὰ ὀνόματα [λέγειν].

**XXII, 3.** *Et omne maledictum non erit amplius.*

Cum *anathematis* nomen bifariam usurpetur, uno modo pro eo quod soli Deo consecratum et dedicatum est, ad quod proinde promiscue multitudini non patet accessus, alio modo pro eo quod neque sanctis illis virtutibus, neque ulli alteri creaturæ contrectare fas est; utpote diabolo nuncupatum, nec non ab omni prorsus bono et honesto alienum: non est hic sermo de priori illo, sed de posteriori, quod gravi quadam emphasi *catathema* vel *maledictum* hoc loco vocatur: re ipsa enim tale anathema cœlesti numini non dedicatur, neque, ut res votivæ solent, Deo suspenditur; sed, ut res diabolo subjecta, simulque cum illo condemnationi obnoxia, deponitur, et tanquam profanum quiddam pedibus calcatur. Ejusmodi autem catathema in civitate illa non erit.

*Καὶ πᾶν κατάθεμα οὐκ ἔσται ἐκεῖ.*

Τοῦ *ἀναθέματος* διττῶς νοουμένου· τοῦ μὲν, ὡς τοῖς πολλοῖς ἀθίκτου, Θεῷ δὲ μόνῳ ἀνατιθεμένου· τοῦ δὲ, ὡς πάσῃ τῇ κτίσει καὶ ταῖς ἁγίαις δυνάμεσιν ἀψαύστου, ὡς τῷ διαβόλῳ ἀνακειμένου, διὰ τὴν ἀμιγῆ C τοῦ καλοῦ ἀλλοτρίωσιν, τοῦτο ἐνταῦθα κατ' ἐπίτασιν εἰρῆσθαι νομίζομεν *κατάθεμα*. Τῷ γὰρ ὄντι τὸ τοιοῦτον οὐκ ἀνατίθεται, ἀλλὰ κατατίθεται, τῷ διαβόλῳ ὑποτατόμενον καὶ συγκαταδικαζόμενον· ὅπερ ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ οὐκ ἔσται.

***Sed sedes Dei et Agni in illa erunt: servi ejus servient illi, et videbunt faciem ejus, et nomen ejus in frontibus suis.***

Qui, inquit, facti sunt thronus Dei per requiem, quam Dominus in illis capit, ii germani civitatis D illius habitatores censebuntur; videbuntque ipsum non per ænigmata, sed facie ad faciem, quemadmodum visus est sanctis apostolis in monte, ut magnus ait Dionysius; habebuntque pro aurea lamina, quam summus sacerdos olim ferebat, *divinum nomen*, non tam in frontibus descriptum, quam *in cordibus impressum*. Indicat id autem firmam, liberam, et immutabilem dilectionem, qua in illum feruntur. Etenim inscriptio in fronte honestæ cujusdam libertatis argumentum et index est.

*Καὶ ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Ἀρνίου ἐν αὐτῇ ἔσται· καὶ οἱ δοῦλοι αὐτοῦ λατρεύσουσιν αὐτῷ, καὶ ὄψονται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν.*

Οἱ δὲ γινόμενοι, φησὶ, θρόνος Θεοῦ διὰ τῆς ἐν αὐτοῖς τοῦ Δεσπότου ἀναπαύσεως, αὐτοὶ τῆς πόλεως D [ἐκείνης] οἰκήτορες ἔσονται, καὶ ὄψονται αὐτὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· οὐ δι' αἰνιγμάτων, ἀλλ' ὥσπερ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐν τῷ [ἁγίῳ] ὄρει τεθέαται, ὥς φησιν ὁ μέγας Διονύσιος. Ἔξουσι δὲ ἀντὶ τοῦ χρυσοῦ πετάλου, οὗ πάλαι ὁ ἀρχιερεὺς ἐφόρει, οὐχ ἐπὶ τῶν μετώπων μόνων τὸ *Θεῖον ὄνομα*, ἀλλὰ καὶ *ἐν ταῖς καρδίαις ἐγκεχαραγμένον*, δηλοῦν τὴν εἰς αὐτὸν παγίαν καὶ πεπαῤῥησιασμένην ἀγάπην καὶ ἀμετάθετον. Ἡ γὰρ ἐπὶ τοῦ μετώπου γραφὴ τὸν ἐν παῤῥησίᾳ καλλωπισμὸν αἰνίττεται.

**XXII, 5.** *Et nox ultra non erit ibi; et non egent lumine lucernæ, neque lumine solis; quoniam Dominus Deus illuminat illos: et regnabunt in sæcula sæculorum.*

*Καὶ νὺξ οὐκ ἔσται ἐκεῖ· καὶ χρείαν οὐκ ἔχουσι [φωτὸς] λύχνου καὶ φωτὸς ἡλίου· ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς φωτιεῖ αὐτοὺς, καὶ βασιλεύσουσιν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.*

Εἰ δὲ οἱ δίκαιοι, ὡς φησιν ὁ Χριστὸς, ὡς ὁ ἥλιος λάμψουσι, πῶς λυχνίας ἢ καὶ ἡλιακοῦ φωτὸς ἔσται χρεία, τοῖς τὸν Κύριον τῆς δόξης φωτισμὸν καὶ βασιλέα ἔχουσιν, ὑφ' οὗ [ἀτελευτήτως] εἰς αἰῶνας αἰώνων βασιλευθήσονται, μᾶλλον δὲ αὐτῷ συμβασιλεύσουσι, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον;

A Si justi, ut inquit Christus, fulgebunt ut sol; qua ratione lucernali aut solari lumine opus erit qui a Domino gloriæ et majestatis illustrantur et reguntur, et in omne ævum regentur, aut, ut rectius secundum Apostolum dicam, sine fine una cum illo regnabunt?

## ΚΕΦΑΛ. ΞΘ'.

*Ὅτι Θεὸς τῶν προφητῶν ὁ Χριστὸς, καὶ Δεσπότης τῶν ἀγγέλων.*

## CAPUT LXIX.

*Quod Christus sit Deus prophetarum, et angelorum Dominus.*

*Καὶ εἶπέ μοι· Οὗτοι οἱ λόγοι πιστοὶ καὶ ἀληθινοί.*

XXII, 6. *Et dixit mihi: Hæc verba fidelissima sunt et vera.*

*Πιστοὶ καὶ ἀληθινοὶ* [*οἱ λόγοι*], ὡς ἐκ τῆς ἀληθείας προφερόμενοι. Μέχρι [δὲ] τῶν ἐνταῦθα τὴν τοῦ ἀγγέλου ὀπτασίαν καὶ [τὴν] τῶν τεθεαμένων τὴν ἑρμηνείαν παραθέμενος, λοιπὸν ὡς ἐξ οἰκείου προσώπου φησί·

**109** *Fidelia et vera* sunt, utpote ab ipsa veritate prolata. Huc usque angeli visionem visorumque interpretationem in medium proposuit; posthac B autem, quasi ex propria persona disserit. Ait autem;

*Καὶ Κύριος ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει.*

*Et Dominus Deus sanctorum prophetarum misit angelum suum, ut ostendat servis suis, quæ oportet fieri cito.*

Εἰ δὲ *Θεὸς τῶν προφητῶν* ὁ Χριστὸς, ὃς τὸν ἄγγελον [αὐτοῦ] ἀπέστειλε, διὰ μέσου τοῦ τὴν ὀπτασίαν ἑωρακότος μακαρίου Ἰωάννου δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ τὰ μέλλοντα γενέσθαι, εὔδηλον ὅτι συγκαταβατικῶς κατ' οἰκονομίαν τῷ Υἱῷ ἐν τοῖς προοιμίοις ἔφη δεδόσθαι διὰ τὴν σάρκα τὴν ἀποκάλυψιν. Ὁ γὰρ τῶν προφητῶν Θεὸς, [ὁ] καὶ τοὺς ἀγγέλους ἀποστέλλων ὡς λειτουργικὰ πνεύματα πρὸς [τοὺς οἰκείους δούλους] τὴν τῶν μελλόντων [αὐτοῖς ἀποδεῖξαι] φανέρωσιν, οὐκ ἂν ἀγνοήσῃ τι, οὔτε τὴν ἡμέραν οὔτε τὴν ὥραν τῆς συντελείας· ἵνα διὰ τοῦ C Πατρὸς ἐνταῦθα μάθῃ ὁ πάντας ἔχων τοὺς ἀποκρύφους θησαυροὺς τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως [ὡς Θεός]. Οὕπερ νῦν εἰς [τὸ] πρόσωπον ὁ εὐαγγελιστὴς μετέρχεται [λέγων]·

Si Christus est *Deus prophetarum*, qui angelum suum mittit, ut per divinum Joannem, qui visionem hanc vidit, quasi per internuntium, servis suis, quæ olim futura sunt, ostendat, planum fit, cum in libri hujus exordio Filium rerum harum manifestationem a Deo Patre accepisse asserit, orationem œconomiæ illius secundum carnem accommodasse, quadamque συγκαταβάσει et condescensione usum esse. Qui enim prophetarum Deus est, angelosque tanquam spiritus administratorios ad servos suos, ut quæ futura sunt, illis patefaciat, subinde mittit, certum est eum nihil quidquam latere, adeoque diem et horam consummationis sæculi non ignorare, ita ut isthæc nunc tandem per Patrem eum discere oporteat; qui omnes sapientiæ et scientiæ [thesauros tanquam Deus in se abditos habet. Cujus personam Evangelista assumens in medium nunc prodit, et dicit:

[*Καὶ*] *Ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ· μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου.*

XXII, 7. *Ecce venio velociter: beatus qui custodit verba prophetiæ libri hujus.*

Ἔθος γὰρ τοῦτο [καὶ] τοῖς προφήταις, ὡς ἐξ οἰκείου προσώπου τὰ θεῖα χρησμῳδεῖν πανταχοῦ. Τὸ δὲ, *Ταχὺ ἔρχομαι*, ἢ δηλοῦντός ἐστι τὴν τοῦ παρόντος καιροῦ βραχύτητα, συγκρίσει τοῦ μέλλοντος· ἢ τῆς ἑκάστου τελευτῆς τὸ ἀθρόον καὶ σύντομον. Ἑκάστῳ γὰρ ἀνδρὶ τέλος, ἡ ἐντεῦθεν αὐτοῦ μετάστασις. Ἐπεὶ D τοίνυν ἀγνοοῦμεν ποίαν ὥραν ὁ κλέπτης ἔρχεται, γρηγορεῖν καὶ τὰς ὀσφύας περιεζῶσθαι, καὶ τοὺς λύχνους ἔχειν καιομένους τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας, καὶ τοῖς πλησίον φαίνοντας, ἐντετάλμεθα· [διὸ μὴ παυσώμεθα] ἐν συντριμμῷ καρδίας τὸν Θεὸν ἱκετεύοντες ῥυσθῆναι ἐκ πάντων τῶν διωκόντων ἡμᾶς· μήποτε τούτοις ἡττηθέντων ἡμῶν, οἱ τὰς ψυχὰς ἡμῶν παραληψόμενοι [ἄγγελοι] ἁρπάσωσιν αὐτὰς ἀνευτρεπίστους, [ὡς] μὴ ὄντος λυτρουμένου μηδὲ σώζοντος· μήποτε δεσμοῖς τῶν χαμερπῶν καὶ γηΐνων πραγμάτων ἡ ἑκάστου [ἡμῶν] ἐμπεπλεγμένη ψυχὴ, καὶ τὸν ἐκ τούτων χωρισμὸν [καὶ] μὴ φέρουσα, εἰκῇ μὲν πρὸς αὐτὰ μεταστρέφηται, καταλείψαι δὲ ταῦτα κατεπειγομένη ἀγγελικῇ ἐπιστασίᾳ

Solent namque prophetæ divina oracula tanquam ex propria persona sæpenumero depromere. Illud autem, *Ecce venio cito*, aut præsentis temporis brevitatem comparatione futuri significat; aut certe uniuscujusque finem prope adesse, et simul quoque incertum esse insinuat; siquidem translatio ex hac mortali vita suus cuique finis est. Quia ergo qua hora fur venturus sit explorate non tenemus, oportet nos vigilare, lumbosque accinctos habere, et pia Deoque digna conversatione lucernas ardentes, proximoque lucem præbentes, palam ostendere. Quamobrem ne cessemus corde contrito Deum deprecari, ut ab omnibus qui nos persequuntur, nos liberet; ne quando ab illis superati, angeli qui animas corporibus exutas suscipere solent, hinc nos abripiant imparatos; ita ut non sit qui redimat, neque qui salvum faciat; ne forte humi repentium terrenarumque rerum laqueis cujusvis nostrum anima intricata, neque ab illis se avelli sustinens, frustra ad eas convertatur;

utpote angelico impulsu et vi, divinoque mandato celeriter hinc excedere, aliisque illas relinquere coacta; ac tum demum præteriti temporis negligentiam inutiliter deplorare incipiat. Quin potius illud Davidicum oraculum continuo meditemur, concinneque modulemur : *Paratus sum, et non sum turbatus ad custodiendum omnia mandata tua*[76]; hujusque observationis mercedem, gloriam a Deo accipiamus, auribus haurientes benedictam illam vocem : *Euge, serve bone et fidelis, quia in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium Domini tui*[77] : cum quo Patrem simul et sanctum Spiritum decet gloria, honor, et imperium, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A καὶ θείῳ προστάγματι, ἀνόνητα τοῦ παρῳχηκότος χρόνου θρηνῇ τὴν ἀμέλειαν· ἀλλὰ μᾶλλον ἐνδιαθέτως τὸ Δαβιτικὸν μελῳδοῦντες λόγιον· *Ἡτοιμάσθην καὶ οὐκ ἐταράχθην τοῦ φυλάξασθαι τὰς ἐντολάς σου*· τῆς τούτων τηρήσεως μισθὸν τὴν ἐκ Θεοῦ δόξαν λάβωμεν τὸ, *Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ· ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστός, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου.* Μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι πρέπει δόξα, τιμή, κράτος, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## CAPUT LXX. SERMO XXIV.

## ΚΕΦΑΛ. Ο'. ΛΟΓΟΣ ΚΔ'.

**110** *Quod ea omnia quæ apostolus vidit, digna sint fide.*

B *Περὶ τοῦ ἀξιοπίστου τῶν τεθεαμένων τῷ Ἀποστόλῳ.*

XXII, 8, 9. *Et ego Joannes, qui vidi et audivi hæc. Et posteaquam audivissem et vidissem, cecidi ut adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat. Et dixit mihi : Vide ne feceris : conservus enim tuus sum, et fratrum tuorum prophetarum, et eorum qui servant verba prophetiæ libri hujus : Deum adora.*

*Κἀγὼ Ἰωάννης ὁ ἀκούων καὶ βλέπων ταῦτα· καὶ ὅτε ἤκουσα καὶ ἔβλεψα, ἔπεσον προσκυνῆσαι ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν τοῦ ἀγγέλου τοῦ δεικνύοντός μοι ταῦτα. Καὶ λέγει μοι· Ὅρα μή· σύνδουλός σού εἰμι, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν προφητῶν, [καὶ] τῶν τηρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τούτου· τῷ Θεῷ προσκύνησον.*

Et hæc quoque apostolicæ animæ proprietatem arguunt. Etenim, ut in Evangelio ejusmodi oratione utitur : *Et qui vidit, testimonium perhibuit, et verum est testimonium ejus*[78] : ita hic quoque quæ prædicta erant per se, et vidisse et audivisse fatetur, eaque ratione visa confirmat. Ostendit quoque angeli, qui mysticam illam visionem impresserat, C gravitatem et erga Deum pietatem, ut qui conservi adorationem non admiserit, sed pie prudenterque communi Domino illam detulerit.

Καὶ τοῦτο τῆς ἀποστολικῆς ψυχῆς ἴδιωμα· ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ πεποίηκεν, εἰπών, *Καὶ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκε, καὶ ἀληθινή ἐστιν ἡ μαρτυρία* [*αὐτοῦ*]· οὕτω κἀνταῦθα, αὐτήκοος εἶναι καὶ αὐτόπτης τῶν προφητευθέντων ὁμολογήσας, τὰ ἑωραμένα ἐπιστώσατο. Ἔδειξε δὲ καὶ τοῦ τυπώσαντος ἀγγέλου τὴν ὅρασιν τὸ εὐλαβὲς, ὅπως τὴν προσκύνησιν τοῦ συνδούλου οὐ προσήκατο, ἀλλ' εὐγνωμόνως τῷ κοινῷ Δεσπότῃ [ταύτην] προσένειμεν.

## CAPUT LXXI.

*Ut jussus sit ne hanc Apocalypsin obsignaret, sed palam prædicaret.*

## ΚΕΦΑΛ. ΟΑ'.

*Ὅπως ἐκελεύσθη μὴ σφραγίσαι, ἀλλὰ κηρύξαι τὴν Ἀποκάλυψιν.*

XXII, 10. *Et dixit mihi : Ne signaveris verba prophetiæ libri hujus : tempus enim prope est.*

*Καὶ λέγει μοι· Μὴ σφραγίσῃς τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου· ὅτι ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστιν.*

Hactenus angelicas sententias et voces adduxit; hinc nunc ad Dominicam Christi personam transit. Jubet hæc autem, ne prophetiæ hujus verba obsignet; quippe cum liber hic qui ab omnibus fidelibus legatur dignus sit. Nam per supplicia, D quæ peccatoribus comminatur, et quietem, quæ sanctis hic promittitur, lectoribus ad veram illam vitam viam ostendit.

Μέχρι τῶν ἐνταῦθα τὰς ἀγγελικὰς ῥήσεις παραθέμενος, εἰς τὸ Δεσποτικὸν ἐντεῦθεν μέτεισι τοῦ Χριστοῦ πρόσωπον, λέγων· *Μὴ σφραγίσῃς τοὺς λόγους τῆς προφητείας.* Καὶ γὰρ ἀξία ἡ βίβλος τῆς παρὰ τῶν πιστῶν ἀναγνώσεως. Διά τε γὰρ τῆς ἡτοιμασμένης τοῖς ἁμαρτωλοῖς κολάσεως, διά τε τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ἁγίοις ἀναπαύσεως, ὁδηγεῖ πρὸς τὴν ὄντως ζωὴν τοὺς ἐντυγχάνοντας.

XXII, 11, 12. *Qui nocet, noceat adhuc; et qui sordidus est, sordescat adhuc; et qui justus est, justificetur adhuc; et sanctus sanctificetur adhuc. Ecce venio cito, et merces mea mecum est, ut reddam unicuique secundum opera sua.*

*Ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι· καὶ ὁ ῥυπαρὸς ῥυπαρευθήτω ἔτι· [καὶ ὁ δίκαιος δικαιοσύνην ποιησάτω ἔτι· καὶ ὁ ἅγιος ἁγιασθήτω ἔτι· καὶ] ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ· καὶ ὁ μισθός μου μετ' ἐμοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ ἔσται.*

Non afferuntur isthæc hoc loco quasi ad injustitiam aut immunditiam aliquem incitare velit; absit; verum ut ostendat se hominis voluntatem liberam et ab omni coactione immunem conservare

Οὐχ ὡς εἰς ἀδικίαν δὲ καὶ ῥυπαρίαν προτρέπων, τὰ παρατεθέντα εἴρηκε· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὡς τὸ τῆς γνώμης φυλάττων ἀκατανάγκαστον· ὡς ἂν εἴποι [τις]· Ἕκαστος τὸ ἀρέσκον αὐτῷ ποιησάτω·

[76] Psal. cxvii, 60. [77] Matth. xxv, 21, 23. [78] Joan. v, 33.

οὐ βιάζω τὴν προαίρεσιν. Δείξας, ἑναστῳ ἐπιτηδεύματι πέρας; ἀκολουθεῖν κατάλληλον, [φησίν·] *Ὅταν ἔρχωμαι ἀποδοῦναι ἑκάστῳ τὰ τῶν πεπραγμένων ἐπίχειρα.*

A certo decrevisse. Sensus enim est : Unusquisque quod sibi placet, operetur ; nullius equidem voluntati vim infero : unum hoc tantum ostendo atque denuntio, nempe unumquemlibet exitum sortiturum suis studiis suisque operibus consentaneum. Quare etiam subdit : *Venio enim cito, ut reddam unicuique præmia factis suis digna.*

*Ἐγὼ τὸ α καὶ τὸ ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος· οὔτε* [γὰρ] *πρὸ ἐμοῦ, οὔτε μετ ἐμὲ Θεός ἐστι.*

XXII, 13. *Ego sum A et Ω, principium et finis, primus et novissimus.*

Τὸ δὲ α καὶ τὸ ω, δηλοῖ ὅτι οὔτε τῆς ἀρχῆς ἔστιν [τι] πρεσβύτερον, οὔτε τῆς θείκῆς ἐξουσίας καὶ βασιλείας ἔσται τέλος. Πολλάκις δὲ καὶ ἀνωτέρω εἴρηται α ὁ Χριστὸς, διὰ τὴν θεότητα· ω δὲ, ἤτοι ἔσχατος, διὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

Neque enim aliquid exstat meo principio vetustius ; sed neque regni divini divinæque potestatis ullus omnino exstat terminus. Subinde autem Christus, uti ante quoque indicatum est, appellatur *primus et novissimus ;* illud quidem, propter deitatem ; B hoc vero, propter assumptam humanitatis naturam.

*Μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς ἐμοῦ· ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τοῖς πυλεῶσιν εἰσέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν.*

XXII, 14. *Beati qui lavant stolas suas in sanguine Agni, ut sit potestas eorum in ligno vitæ et per portas intrent in civitatem.*

Οὕτως δὲ μακαρισμοῦ ἄξιοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. Ἐξουσίαν γὰρ ἕξουσιν ἐν τῇ ἀληκτῳ ζωῇ, τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν ἐπαναπαύεσθαι, καὶ ἐντρυφᾷν τῇ αὐτοῦ θεωρίᾳ· μηδεμιᾶς παρεμποδιζούσης πονηρᾶς δυνάμεως· καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς πυλῶσι, δηλαδὴ τοῖς αὐτοῦ διδάγμασιν, εἰς τὴν ἄνω πόλιν διὰ τῆς ἀληθινῆς θύρας εἰσελεύσονται· μὴ ὑπερπηδῶντες ἑτέρωθεν, καθὼς οἱ μισθωτοὶ ποιμένες, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ θυρωροῦ τῆς ζωῆς εἰσαγόμενοι.

**111** Vera beatitate citra controversiam digni tales, utcunque tandem legas : siquidem interminabili vita illa potiti, jus illis fasque erit in ligno vitæ, nempe in Christo Deo nostro, conquiescere, suaviterque in illius contemplatione sese oblectare ; nulla maligna virtute aut potestate ullum prorsus impedimentum afferente ; sed per apostolicas portas, hoc est per apostolorum doctrinam, in civitatem supernam ingredientur ; neque aliorsum per saltum irruent, quemadmodum mercenarii pastores solent ; sed a vitæ janitore per verum ostium C introducentur.

*Ἔξω οἱ κύνες καὶ οἱ φαρμακοὶ, καὶ οἱ πόρνοι, καὶ οἱ φονεῖς, καὶ οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ πᾶς ὁ φιλῶν καὶ ποιῶν ψεῦδος.*

XXII, 15. *Foris canes, et venefici, et impudici, et homicidæ, et idolis servientes, et omnis qui amat et facit mendacium.*

*Κύνες* δὲ, οὐ μόνον οἱ ἀναιδεῖς καὶ ἄπιστοι, καὶ οἱ ἐν τῇ κατατομῇ κακοὶ ἐργάται, οὓς ὁ Ἀπόστολος ἔκλαιεν, ἀλλὰ καὶ οἱ μετὰ τὸ βάπτισμα ἐπιστρέψαντες ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον. Διὸ σὺν τοῖς πόρνοις καὶ φονεῦσι καὶ εἰδωλολάτραις τῆς ἄνω ἀλλοτριοῦνται πόλεως.

*Canes* hoc loco appellantur non solum effrontes et infideles, cæterique mali operarii omnes quos apostolus deplorat ; verum ii etiam, qui post susceptum baptisma ad proprium vomitum reversi sunt. Quare neque hi quoque ad supernam illam civitatem admittentur ; sed simul cum scortatoribus et homicidis et idolis servientibus veluti profani et alieni, inde repellentur.

## ΚΕΦΑΛ. ΟΒ'.

## CAPUT LXXII.

*Ὅπως ἡ Ἐκκλησία καὶ τὸ ἐν αὐτῇ Πνεῦμα, προσκαλοῦνται τὴν Χριστοῦ ἔνδοξον ἐπιφάνειαν· καὶ περὶ τῆς ἀρᾶς ᾗ ὑποβάλλονται οἱ τὴν βίβλον* [ταύτην] *παραχαράττοντες.*

*Ut Ecclesia et Spiritus qui in illa degit, gloriosum Christi adventum expetant ; certæque maledictioni subjiciantur qui librum hunc adulterant.* D

*Ἐγὼ Ἰησοῦς ἔπεμψα τὸν ἄγγελόν μου, μαρτυρῆσαι ὑμῖν ταῦτα* [ἐν] *ταῖς Ἐκκλησίαις.*

XXII, 16. *Ego Jesus misi angelum meum testificari vobis hæc in Ecclesiis.*

Κἀνταῦθα τὸ Δεσποτικὸν τοῦ πεπομφότος τὸν ἄγγελον ἀξίωμα δείκνυται. [Τὸ δὲ μαρτυρῆσαι, ἀντὶ τοῦ διαμαρτύρασθαι τέθειται.]

Et hinc quoque divina Christi potentia ostenditur : neque enim angelum mitteret, nisi Deus esset. Mittitur autem ut cum certa adjuratione et protestatione palam denuntiet Ecclesiis, quæ hic scripta sunt.

*Ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος Δαυίδ.*

*Ego sum radix et genus David.*

*Ῥίζα* δὲ *τοῦ Δαυὶδ* ὁ Χριστὸς, ὡς Θεός· *γένος* δὲ, ὡς κατὰ σάρκα, ἐξ αὐτοῦ βλαστήσας.

*Radix Davidis* est Christus, tanquam Deus ; *genus* autem *ejusdem*, secundum carnem : ex ipse namque originem duxit.

[*Καὶ*] *ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς ὁ πρωϊνὸς* [*ὁ αὐτός.*]

*Et stella splendida et matutina.*

Καὶ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς ὁ πρωϊνὸς, ὁ αὐτὸς, ὡς ἐν

Idem Christus lucida illa et matutina stella est ;

ut qui post triduanam mortem mane nobis exortus fuerit; necnon post præsentis vitæ noctem, in matutina communis resurrectionis hora sanctis omnibus conspicuum sese exhibebit; diem qui nunquam habiturus est finem, certo adducturus.

XXII, 17. *Et spiritus et sponsa dicunt : Veni. Et qui audit, dicat : Veni.*

Ecclesia enim et Spiritus, qui in ipsa habitat, et *Abba Pater* in cordibus nostris clamat, unigeniti Filii Dei adventum invocat et optat. Sed et cuncti quoque mortales, qui fideliter audiunt et expendunt illud, *Adveniat regnum tuum*, quasi divinitus edocti, eumdem illum adventum a Deo et Patre enixe contendunt.

*Et qui sitit, veniat : et qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.*

Siti namque ad vitæ poculum firmamque et stabilem boni comparati possessionem opus est; maxime vero cum donum hoc iis impenditur, qui etsi prorsus otiosi non fuerunt, attamen doni magnitudine neque digna neque paria præstiterunt; solum autem pro auro et argento, externisque laboribus bonam mentem, incensumque animi desiderium in medium attulerunt.

**112** XXII, 18, 19. *Contestor autem omni audienti verba prophetiæ libri hujus : Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus de libro vitæ, et de civitate sancta, et de iis quæ scripta sunt in libro isto.*

Formidabilis in illos desævict exsecratio, qui divinam Scripturam adulterare non dubitant. Nam illorum hæc temeritas est nimis audax et temeraria; imo vero tanta est, ut vel sola arrogantes et temerarios illos a futuri sæculi bonis excludere valeat. Quod incommodum ne nobis qui hæc audimus, usu quandoque veniat, non absque comminatione contestatur et exhortatur, ne quid apponamus aut adimamus : verum Scripturarum phrases et idiomata, Attica orationis structura et compositione syllogismisque dialecticis potiora, certiora, et ad fidem majus momentum afferre censeamus. Nam et in illis multa invenire liceat, quæ regulæ et veritatis legi non satis consentanea sunt, et tamen propter scriptorum auctoritatem dissimulantur, missaque fiunt. Quantum autem intervallum inter eos qui apud nos, et eos rursum qui apud illos celebres exstiterunt intercedat, id mente complecti vix valemus : arbitror autem plus intercedere, quam inter lucem et tenebras.

XXII, 20, 21, *Dicit qui testimonium perhibet istorum : Etiam venio cito. Amen. Veni, Domine Jesu. Gratia Domini nostri Jesu Christi, cum omnibus sanctis. Amen.*

Et ego (inquit) qui hæc ad te, qui es vita, dico, venio; et tu itidem veni. Etsi alio quoque sensu hæc ex persona Christi dicta videri queant. Qui, inquit, hæc protestor, cito veniam. Ex persona autem Apostoli dicitur, quod mox subjungitur,

A τῷ πρωΐ ἀνατείλας ἡμῖν τριήμερος· καὶ ἐν τῇ μετὰ τὴν νύκτα τοῦ παρόντος βίου πρωΐᾳ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως τοῖς ἁγίοις ἐπιφανησόμενος, τὴν ἡμέραν ἄξων τὴν ἀτελεύτητον.

*Καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη λέγουσιν· Ἔρχου. Καὶ ὁ ἀκούων εἰπάτω· Ἔρχου.*

Ἡ νύμφη δὲ, ἡ Ἐκκλησία, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ πνεῦμα, κράζουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, Ἀββᾶ ὁ Πατήρ, καὶ τὴν τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ παρουσίαν ἐπικαλοῦνται. Καὶ πᾶς δὲ πιστὸς ἀκούων, ἅτε διδιδαγμένος, Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ προσεύχεται.

*Καὶ ὁ διψῶν ἐρχέσθω· ὁ θέλων λαβέτω ὕδωρ*
B *ζωῆς δωρεάν.*

*Καὶ ὁ διψῶν ἐρχέσθω.* Δίψης γὰρ χρεία ἐν τῷ τῆς ζωῆς πόματι πρὸς βεβαίαν τοῦ κτηθέντος κατάσχεσιν· μάλιστα ὅτι καὶ δῶρον παρέχεται, οὐ τοῖς μηδόλως καμοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς οὐκ ἄξια [μὲν] τῆς τοῦ δώρου μεγαλειότητος, μόνην δὲ γνώμην γνησίαν καὶ διάπυρον ἀντὶ χρυσίου καὶ ἀργυρίου καὶ σωματικὸν πόνον εἰσφέρουσι.

*Μαρτυρῶ ἐγὼ παντὶ* [τῷ] *ἀκούοντι τοὺς λόγους*
*τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου· Ἐάν τις*
*ἐπιθῇ ἐπ' αὐτὰ, ἐπιθῇ ἐπ' αὐτὸν ὁ Θεὸς τὰς*
*ἐπτὰ πληγὰς τὰς γεγραμμένας ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ·*
[*καὶ*] *ἐάν τις ἀφέλῃ ἀπὸ τῶν λόγων τοῦ βιβλίου*
*τῆς προφητείας ταύτης, ἀφέλοι ὁ Θεὸς τὸ μέρος*
C *αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ βιβλίου τῆς ζωῆς, καὶ ἐκ τῆς*
*πόλεως τῆς ἁγίας τῶν γεγραμμένων ἐν τῷ βιβλίῳ*
*τούτῳ.*

Φοβερὰ δὲ ἡ κατὰ τῶν παραχαρακτῶν τῶν θείων Γραφῶν κατάρα· ἐπειδὴ καὶ τολμηρὰ ἡ τούτων προπέτεια, ἀλλοτριῶσαι δυναμένη τοὺς αὐθάδεις τῶν ἀγαθῶν τοῦ αἰῶνος τοῦ μέλλοντος· ὅπερ ἵνα μὴ πάθωμεν, διαμαρτύρεται ἡμῖν τοῖς ἀκούουσι, μήτε προσθεῖναί τι, μήτ' ἀφελεῖν, ἀλλὰ τὰ Γραφικὰ ἰδιώματα, τῶν Ἀττικῶν συντάξεων, καὶ τῶν διαλεκτικῶν συλλογισμῶν [ἡγεῖσθαι] ἀξιοπιστότερα καὶ σεμνότερα· ἐπεὶ καὶ ἐν ἐκείνοις πολλά τις εὑρίσκων μὴ κανονιζόμενα, ἐπὶ τὸ ἀξιόπιστον τῶν ἐν αὐτοῖς ποιητῶν καὶ συγγραφέων παραπέμπεται. Ὅσον δὲ τὸ μέ-
D σον τῶν παρ' ἡμῖν καὶ ἐκείνοις ἐνδόξων, καὶ τὸ ἐν νῷ λαβεῖν, ἀμήχανον. Οἶμαι γὰρ εἶναι πλέον, ἢ ὅσον φῶς σκότους διέστηκε.

*Λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα· Ναὶ ἔρχομαι ταχύ.*
*Ἀμήν. Ναὶ ἔρχου, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ· ἡ χάρις*
*τοῦ Κυρίου* [*ἡμῶν*] *Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων*
*τῶν ἁγίων. Ἀμήν.*

Κἀγὼ δὲ, φησὶν, ὁ μαρτυρῶν ταῦτα, λέγω πρὸς σὲ τὴν ζωήν· Ἔρχομαι. Καὶ αὐτὸς δὲ παραγενοῦ [Κύριε]. Ἢ καὶ ἑτέρως τοῦτο ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ εἴρηται· Ὁ μαρτυρῶν ταῦτα, δηλαδὴ ὁ μαρτυρούμενος, ἔρχομαι ταχύ. Ἐκ δὲ τοῦ ἀποστολικοῦ

προσώπου, τὸ ἐπόμενον, τὸ, *Ἔρχου, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ*. Περιπόθητος γὰρ τοῖς ἁγίοις ἡ τοῦ Χριστοῦ παρουσία, ὡς τὸν μισθὸν τῶν εἰργασμένων ἀποδώσουσα πολλαπλασίονα· ὅθεν καὶ ἡ παροῦσα βίβλος ἁγία καὶ θεόπνευστος πρὸς τὴν μακαρίαν λῆξιν ὁδηγοῦσα τοὺς ἐντυγχάνοντας. Καὶ ἵνα συνελὼν ἐν ὀλίγῳ τὸν πάντα ἐπωφελῆ σκοπὸν αὐτῆς παραθῶμεν, διὰ τῶν *ἑπτὰ Ἐκκλησιῶν* τὸ ἐν τοῖς πειρασμοῖς ὑπομονητικὸν, καὶ [τὸ] ἐν εὐποιίαις σπουδαῖον, καὶ ἕτερά τινα τῆς ἀρετῆς εἴδη διδασκόμεθα. Ἐξ ὧν ἐστι τὸ, τῶν ἐπὶ [τῆς] γῆς πάντων ὑπεραρθέντα, τῷ καθαρῷ τῆς ψυχῆς ὄμματι τὴν θείαν ἐν οὐρανοῖς δόξαν θεάσασθαι· οὐκ αὐτὴν τὴν [θείαν] οὐσίαν, ἀλλὰ τὴν θεϊκὴν ἐμφάνειαν σχηματιζομένην, εἴτε λίθων πολυτιμήτων ποικιλίᾳ, εἴτε πολυχρωμάτου ἰδέᾳ ἴριδος, εἴτε τισὶ τοιούτοις θείων οἰκονομιῶν ἐνδάλμασιν· [ἔτι δὲ] καὶ τὰς περὶ αὐτὴν ἁγίας ἀσωμάτους δυνάμεις [μανθάνομεν·] καὶ τοὺς μετὰ σώματος τῷ Κυρίῳ εὐαρεστήσαντας· βροντάς τε καὶ ἀστραπὰς προηγουμένας τῆς θείας παρουσίας [κατανοοῦμεν.] Καὶ τῆς βίβλου [δὲ] τῶν θείων κριμάτων καταλαβεῖν τὸ ἀκατάληπτον τῆς κατασημαν θείσης ταῖς ἑπτὰ σφραγῖσι τοῦ Πνεύματος, καὶ διὰ τοῦ Ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ τὴν λύσιν δεξαμένης, τῶν ἀπὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας μέχρι [τῆς] συντελείας γεγενημένων, περί τε τῆς τῶν μαρτύρων ἀνδραγαθίας [διδασκόμεθα,] καὶ τῆς τῶν ἀπίστων διπλῆς κολάσεως· τῆς τε τοῦ εὐαγγελικοῦ σπόρου καρποφορίας, καὶ τῆς τῶν ὀλιγοπίστων καὶ ἀνάνδρων ἐκπτώσεως· ὅπως τε οἱ ἅγιοι τῆς [τοῦ] Χριστοῦ δευτέρας παρουσίας ἐφίενται· τῆς τε πρὸ [τῆς] τοῦ Ἀντιχρίστου τῶν κακῶν ἐπιφορᾶς, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ κατὰ Χριστιανῶν τολμωμένων. Πρὸς τούτοις δὲ μαθεῖν ἔστιν ἐντεῦθεν, ὅπως εἰσὶ τῷ Θεῷ τίμιοι οἱ ἅγιοι, ὡς ὑπερτίθεσθαι τὴν [κατὰ] τῶν ἀσεβῶν κόλασιν, πρὶν οὗτοι διὰ [τῆς] σφραγῖδος τοῖς τιμωροῖς ἀγγέλοις γένωνται γνώριμοι. Καὶ τὰς ἑπτὰ δὲ πληγὰς ἐντεῦθεν μανθάνομεν τοῖς ἐπὶ γῆς ἐν τοῖς ἐσχάτοις [καιροῖς] ἐπάγεσθαι· ὡς ἂν τῷ τούτων μεγέθει πρὸς ἐπιστροφὴν ἴδωμεν καὶ ἱκεσίαν τοῦ Θεοῦ τούτων μὴ πειραθῆναι. Καὶ τὸ τῶν ἀγγέλων δὲ φιλάνθρωπον, διὰ τοῦ τὸ Εὐαγγέλιον κατέχοντος καὶ τοῖς ἐν [τῇ] γῇ κηρύττοντος, δείκνυται· καὶ τῶν ἐπὶ συντελείᾳ ἐλευσομένων ἁγίων ἐλέγξαι τὸν ψευδόχριστον, τὸ καρτερὸν καὶ ἀνδρεῖον τῆς ψυχῆς παράστημα. [Ὡσαύτως δὲ δείκνυται] καὶ ἡ τῆς Ἱερουσαλὴμ διαίρεσις, καὶ ὁ τῶν ἐθνικῶν πόλεων ἀφανισμὸς, καὶ ἡ ἐπὶ τούτοις εὐχαριστία τῶν ἄνω δυνάμεων· καὶ ὁ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας δὲ διωγμὸς, καὶ ἡ τοῦ διαβόλου κατάπτωσις· καὶ ἡ τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσία, καὶ ἡ τοῦ ψευδοπροφήτου ἀπάτη· καὶ ἡ τῶν σωζομένων [δὲ] πολυάριθμος πληθὺς [ἐντεῦθεν δηλοῦται], καὶ ἡ [τῆς] Βαβυλῶνος πτῶσις· καὶ ὁ τῆς παγκοσμίου ἅλωνος ἀμητὸς, καὶ τῶν τῆς πικρίας βοτρύων ὁ τρυγητός· καὶ τῶν ἁγίων ἡ καθαρωτάτη λῆξις, ὑαλίνῃ θαλάσσῃ ἀφωμοιωμένη· καὶ ἡ ἐπταφαὴς τῆς θείας ὀργῆς χύσις, τοῖς ἐν γῇ καὶ θαλάσσῃ [καὶ ποταμοῖς] καὶ λοιποῖς στοιχείοις, διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων πονηρίαν τὰς κακώσεις ἐπάγουσα, καὶ τὸν μὲν τοῦ θη-

Pag. 85, v. 2, Pal. τὸ ἐκβλαστάνον · sed cum A et B legendum esse τὸ ἐν βλαστάνον, ipsa etiam sententia satis arguit. V. 20, A ἤκουσα ὡς φωνὴν ὄχλου, ut et vetus interpres Latinus : et seq. v. λεγόντων τό, Ἀλληλούϊα, absque distinctione. Ab eodem absunt inclusa καὶ ἡ τιμή, v. 22. V. 24, idem simplici figura, ἥτις ἔφθειρε τὴν γῆν · et v. 27, εἴρηκαν, pro εἰρήκασιν, raro syncopes genere. Seq. v. idem ἀνέβη, præterito aoristo. Ab eodem absunt inclusa, τοῦ, et καὶ τοῦ, v. 37 : et τῆς v. 39, Ibidem Gr. sonant ad verbum, *quoniam et sanguinem servorum suorum e manu Babylonis vindicavit, et per punitionem habitatoribus ejus benefecit, facta nimirum peccati excisione. At per fumum civitatis in sæcula sæculorum ascendentem significatur, vel in perpetuum citra ullam oblivionem ei pœnas immissum iri, vel eam pœnis in hoc sæculo aliqua ex parte exantlatis, in futuro sæculo moderatiores quidem, æternas tamen pœnas luituram*. V. 45 A δεδωκυῖαν δίκας, præterito perfecto : et mox, μετριωτέρως, adverbialiter.

Pag. 86, v. 3, A ἤκουσα φωνὴν, accus. casu : itidemque in sequentibus duobus membris : et v. 5, λεγόντων Ἀλληλούϊα · et rursum v. 7, δῶμεν, subjunctivo modo. V. 11, idem ἀναριθμήτων οὐσιῶν καὶ δυνάμεων · et seq. v. τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανίων ὕδατα. V. 17, idem ἡ κατὰ οἰκονομικὴν οἰκείωσιν · et mox, ἢ κατ' ἐξουσίαν. Inclusa, γράψον v. 29, et seq. v. τοῦ γάμου, absunt ab eodem A. V. 33, idem τὸ λαμπρὸν τῶν ἀρετῶν et v. 36, εὐφροσύνη πανηρμόνιος · et mox, ἧς οἱ τυχόμενοι, μακάριοι. V. 50, idem reciproce, τοὺς ἑαυτοῦ δούλους.

Pag. 87, v. 1, A ἔπεσα, et mox, προσεκύνησα αὐτῷ. V. 5, idem τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, et additum in margine, γρ. καὶ *προφητείας* · id est, *In quibusdam codicibus scribitur etiam* προφητείας. Seq. v. idem μὴ προσκυνήσῃς. V. 19, idem τὸ Δεσποτικὸν πληροῦν λόγιον · *Μάθετε γὰρ*, φησὶν, *ὑπ' ἐμοῦ*, ubi etiam nota diversitatem præpositionis, ὑπ' ἐμοῦ, pro ἀπό vel ἐξ ἐμοῦ. V. 29, idem Ὅπως τὸν Χριστὸν ὁ Θεολόγος εἶδε μετὰ δυνάμεων ἀγγελικῶν, omissa equi seu equitationis mentione. V. 32, idem ἀνεφγμένον, omisso præpositionis augmento. Seq. versu idem duplicem scripturam præfert, ἐπ' αὐτόν, et superscriptum ἐπ' αὐτῷ. V. 40, Bav. τὴν κατὰ τῶν ὑπευθύνων αἰνίττεται κρίσιν, ὁ δὲ λευκ. Et v. 42, ἐν ᾗ ἐποχούμενος. A vero, sic, ὁ δὲ ἐποχούμενος ἐπ' αὐτὸν, πιστός ἐστιν ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ ἀληθινὸς ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ · ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς, Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὃς κρίνει τὰ ἔθνη · et verbo κρίνει adscripta est alia γρ. nempe κρινεῖ, fut. tempore. V. 46, idem A verso membrorum ordine, ἁμαρτωλοῖ; δὲ ἀφώτιστον καὶ καυστικήν. Ab eodem abest disjunctiva ἢ v. 47. V. 49, Pal. et Bav. ἐν Εὐαγγελίοις, *in Evangeliis* : parum apte. V. 52, A διὰ μακροθυμίαν, accus. casu : et seq. v. ὡς φησιν ὁ προφήτης, appellative scilicet. Ab eodem A absunt inclusa v. 55, itemque a vetere interpretatione Latina.

Pag. 88, v. 15, A διὰ τῶν ἑξῆς δὲ τὰ ἐκτεθέντα πιστοῦται. V. 20 et 21 τὸ accus. casu habent etiam A et B, elliptice nimirum pro διὰ τό · quo significatu fere usitatius τῷ, dativo casu. V. 23, A ἠκολούθουν, plur. numero : et v. 25 λαμπρόν, pro λευκόν. V. 26, idem expositionem sic orditur brevius, Διὰ τούτων αἱ οὐράνιαι τάξεις σημαίνονται· et v. 28 idem νοητῶν pro νοημάτων. Ab eodem abest inclusum δίστομος v. 32. V. 26, idem τὴν ἐπενεχθησομένην. V. 40, in eodem annotata et alia scriptura, πολυσχιδοῦς. V. 42, idem ἀπείρασποι, minus convenienter : quippe quod significet *intentati*, i. *non tentati*. Ibidem mox idem pro, ἐπ' αὐτούς, habet,

ἐπὶ τὴν κλῆρον τῶν δικαίων (ut Psal. 124), et v. 45, οὐ κρινεῖ, fut. tempore. V. 51, expositionem idem sic inchoat brevius, Τοῦτο τὸ ὄνομα δηλοῖ τὸ τῆς θείας ἐνανθρ. V. 53, idem Βασιλεὺς βασιλέων ἐστὶ, Κύριος κυρίων, τῶν βασιλευσάντων δηλαδὴ τῶν παθῶν, καὶ τὸ κῦρος καὶ τὸ κράτος κατὰ τῆς ἁμαρτίας συνεργίᾳ τούτου κτησαμένων, qua de re supra quoque 4, 46.

Pag. 89, v. 4, inclusum ἕνα abest ab A. V. 6, idem μεσουρανίσματι, ut supra quoque aliquoties, a themate in ίζω. Seq. v. idem expositionem sic incipit, Τοῦτον ἕνα τῶν ὑπερεχόντων ἀγγέλων εἶναι νομίζομεν. V. 16, idem ad μεσιτεία. Superscriptum habet νηστεία. Quod ut admittatur, totus locus ad homines restringendus foret : sed obstat finale periodi membrum, quod in homines non quadrat, et angelos esse quosdam μεσίτας inter Deum et homines, cum alibi supra dictum est, tum 55, 8 : 61, 2 : et 69, 5. Græca porro hic ita magis ad verbum sonant, *In medio autem cœli ; ut intelligatur homines quoque angelicæ puritatis æmulos, ascensus istius et prædictæ lætitiæ participes esse. Quorum intercessio inferiora sursum evehere potest : per quos et sancti in occursum Domini rapientur.* In Bavarico sententiam claudunt hæc, ὧν ἡ μεσιτεία ἀναγωγική, omissis cæteris. Inclusum συνάχθητε v. 19, ab A abest : idemque mox, εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ μεγάλου Θεοῦ. V. 21, idem χιλιάρχων, uti et Bavaricus; nempe a nom. χιλίαρχος, V. 26, idem A εὐδοκία κέκληται· et v. 33, δεῖπνον Χριστοῦ· et v. 35, ἡ βασιλείας, ἡ κολάσεως. V. 40, idem ὑποδεδηκότας ἐν πονηρίᾳ. Sonant vero ibi Græca sic ; *sed per equos quidem, vel eos qui furenti feminarum amore flagrant, vel eos qui se improbitati velut equitandos submittunt, vel etiam utrosque : per inscensores autem sive sessores equorum, eos qui in malitia præcelluni, innuens.* Sunt enim ibi opposita, ὑποδεδηκότες et ἐπιβάται. Ac ἐπιβάται quidem *inscensores seu sessores equorum :* ὑποδεδηκότες autem, *qui equorum more se inscendendos et equitandos subjiciunt ;* ut supra quoque 41, 27. V. 42, A ἐν πονηρίᾳ προὔχοντας· et v. 45, ἐλευθέρων καὶ μεγάλων, omisso posteriore articulo. Ab eodem abest στρατεύματα v. 53. Seq. v. P et B πολυσχεδές, sed A aptius πολνσχιδές.

Pag. 90, v. 4, A μετὰ τοῦτου, demonstrative : et v. 16, ἐδλήθησαν, præterito aoristo. V. 18, idem, Εἰκότως μὲν οὗτοι τὸν κοινὸν οὐκ ἀποθν. θάν. Et v. 20, τῷ δευτέρῳ θανάτῳ τῆς λίμνης τοῦ πυρός, dativo in genitivum verso. V. 22, idem ἀλλαγησομένων, simplici figura, ut et I Cor. 15. Seq. v. idem, ἀλλ' οὗτοι μὲν, εἰς κρίσιν ἐλεύσονται· et mox, ὡς ἀσεδεῖς. V. 28, idem τοῦ Θείου στόματος (apud Paulum II Thess. II est, τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ)· et mox, τινὰς τῶν διδασκάλων, plur. numero : et v. 31, ἐροῦμεν τούτους ζῶντας ἐν ἀφθάρτῳ σώματι. V. 33, idem ὑπὸ Χριστοῦ, pro ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· et v. 45, ἐκκοπῆς, pro ἐκπομπῆς. V. 44, idem ἀπὶ τῷ, dativo singulari : et mox, λόγον ἔχει, indicativo modo : et v. 49, αἰωνίας κολάσεως, feminina terminatione. Ab eodem abest præpositio ἐκ, seq. v. V. 54, idem ordine verso, πᾶσα κίνησις.

Pag. 91, v. 2, inclusum καιροῦ ab A abest. In hoc ipso capite a Bavarico statuitur λόγος κ. quod etsi Peltano quoque placuit, ego tamen P et A sequi malui. Inclusa v. 9 et 10, ab A absunt. V. 11, idem ἔδησε pro ἔκλεισε· et seq. v. ἵνα μὴ πλανήσῃ τὰ ἔθνη, ἄχρι τελεσθῇ χίλια ἔτη. Ab eodem abest verbum ἐμδληθῆναι v. 20. Idem eodem v. 20, καὶ τοῦτό γε δείκν. V. 22, idem mutata conjunctione, ὅτι δὲ δίδεται· et v. 25, ἔτι τε τῶν ἐπιδωμίων λύθρ, V 29, in eodem plenioris lectionis sunt vestigia, πρώτως τότε, *tunc primum.* Inclusum κρατούσης v. 33, ab eodem abest. utroque modo sensus est, *et frustra se contra principatum totius rerum universitatis potientem audacius efferre.* V. 48, idem ordine inverso, τῆς ἐννόμου παιδικῆς πολιτείας. Ab eodem abest inclusa καί v. 51. Seq. v. idem ἄχρι τῆς, eodem sensu : et v. 57, παρέκτασιν.

Pag. 92, v. 3, A τὴν τρύγα· et seq. v. τοῖς ἀνθρώποις, pro ἐν ἀνθρώποις, articulo pro præpositione posito. Ab eodem abest inclusa τε v. 7. Idem eodem v. 7, ῥύσεται, indicativo modo : et mox, ἀναδείξει δέ, itidem indicativo modo, et conjunctione diversa. Ab eodem abest præpositio ἐπὶ v. 10, et articulus ἡ v. 13. V. 19, idem, ἐπ' αὐτούς· et seq. v. τὰς ψυχάς, utrobique accusativo casu. Ab eodem abest inclusa διά v. 22. Idemque mox, εἴ τινες, *si qui :* et v. 32. καθά φησιν, eodem sensu. Est autem locus Danielis, Ps. 121. V. 38, idem A θρόνοι δίδονται, *throni dantur*, pro ἐδόθη κρῖμα. V. 42, qualem hic προσκύνησιν martyribus tribui sentiat auctor, non intelligo. Supra soli Deo eam competere cum angelo agnoscit, 87, 6 : uti et Epiphanius Panarii libro 3. 445, 22 : 449, 139, 20 : 450, 3. V. 77, θηρίων habet quidem P ; at A et B θηρίον· ut ἐξ ὧν idem sit quod ἐξ οὗ, et sensus iste, ἐκ τούτου ὅτι ἕκαστος τούτων προσαγορεύεται θηρίον, *ex eo quod unusquisque istorum appellatur bestia.* Alioqui nostræ scripturæ sensus est, *manifestum est ex iis bestiis*, seu, *eo bestiarum genere, cujus nomen unicuique istorum tribuitur.* Ibid. A ἕκαστος αὐτῶν προσαγορεύεται· et mox, καὶ γὰρ τὸν μὲν τούτων, δράκοντα, δηλαδὴ τὸν Σατ., et v. 51, τουτέστι pro δηλαδή· et v. 56, συμβασιλεύουσι, præs. tempore.

Pag. 93, v. 1, Pal. et B τί ἐστι, *quid sit.* V. 3, A οὐκ ἀνέστησαν, *non resurrexerunt* : et mox, ἄχρι τελεσθῶσι, plur. numero. Ab eodem abest inclusa καί, v. 5. V. 16, idem ὅπερ ἐστίν, neutro genere : et v. 19, ἦγουν, pro δηλαδή. V. 18, Isaiæ locus est cap. 26. V. 21, A τὰς σωματικὰς πράξεις θανατοῦντες· et v. 23, γοῦν, pro simplici οὖν· et v. 30, adverbialiter μόνον, pro μόνης. V. 37, idem ἦγουν, pro τουτέστιν· et v. 39, τὰ χίλια ἔτη τὰ νοηθέντα ἡμῖν, ordine inverso. V. 33, idem ἐφέξει, et superscriptum ἐφέσει· et v. 50, ἐμελλον, plur. numero : et v. 52, δύο ἀναστάσεις εἶναι, *duas resurrectiones esse.*

Pag. 94, v. 2, inclusum ἔτη, ab A abest. V. 12, Pal. πλήρωσιν, simplici figura. Ab A rursum abest inclusa ἐκ v. 14, idemque mox δεδόσθαι, præterito perfecto : et ἔφησαν, aor. secundo. Seq. v. idem τῇ ταύτῃ, demonstrative : et v. 17, γενέσθαι, præt. aoristo. Ab eodem absunt inclusi articuli οἱ et τοῦ. v. 21 : itemque seq. v. τῷ et καί. V. 28, idem A χιλίους ἀργύρους. In vulg. ed. Cantic. cap. ultimo est, ἀνὴρ οἴσει ἐν καρπῷ αὐτοῦ χιλίους ἀργυρίου· et mox, οἱ χίλιοι τῷ Σολομών, καὶ οἱ διακόσιοι τοῖς τηροῦσι τὸν καρπὸν αὐτοῦ ; ita ut v. 29, post πάλιν subjicienda sit hypodiastole ; et inclusa ista seq. v. καὶ ὁ Ἰησοῦς, prorsus expungenda. A ibidem habet τῷ Σαλομών, per α in prima syllaba : ultima vero indeclinata, etiam vulgata Biblia. V. 35, A ἡ ἐν τελειότητι καρποφορία· et v. 37, ὡς ἔφη ὁ Ἀπόστολος· et seq. v. φάσκον pro aoristo ἔφησαν. Exstat vero Apostoli locus II Thess. II : Christi verba, Ioann. 5. V. 40, idem A τῷ ἰδίῳ, pro τῷ οἰκείῳ· et mox, ἐκεῖνον δέξεσθε. Joannis 5, media inter hæc lectio est, ἰδίῳ, et λήψεσθε. V. 44, idem A brevius, εἶναι δὲ ταῦτα τινὲς μὲν Σκυθ. et v. 45, ἅπερ καλοῦνται, *quæ vocantur :* et seq. v. ἐξουσία; καὶ ἔθνους. V. 50, idem τῆς τοῦ διαδόλου ἐλεύσεως, *usque ad diaboli adventum* : et v. 52, τῇ Ἑδραΐδι γλώσσῃ ἡρμήνευσαν· et v. 53, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν.

Pag. 95, v. 1, A σὺν δυνάμει βορείᾳ, ὥστε ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ Ἰσραὴλ πεσόντα ἐν πολέμῳ ἐπταετίαν ἐν τοῖς αὐτῶν ὅπλοις, ὡς διὰ τὸ πλῆθος πυρὶ καίεσθαι. Ubi πεσόντα capiendum absolute, vel cum Bav. legendum πεσοῦνται ; habet vero idem ipse B cum A τοῖς αὐτῶν ὅπλοις, *armis suis :* et cum P. πῦρ καίεσθαι, v. 3, sensus est, *Tam gravibus copiis gentem illam terræ Israelis incubituram, totoque se-*

*ptennio suis armis eam pressuram, ut sua multitudine omnia passim incendiis absumptura sit* ; vel, *ut sua multitudine, velut igni ardente, omnia passim absumptura sit.* V. 4, Σεναχηρεὶμ etiam A, at Bav. Σεναχερίμ. Seq. v. idem A ἐξέλαβον, activa forma : et v. 7, ἐπιτιθεμένων, præs. tempore. V. 8, idem ὑπὸ Βαβυλωνίων· et seq. v. μετ' ἐκεῖνον· et v. 10, τῆς Συρίας. V. 12, idem ἠττηθεῖσας, relatum ad τὰς δυνάμεις· et Μακκαβαίοις gemino κκ. τῷ dativo casu agnoscit idem A v. 14. at Pal. habet τὸ, accus. casu, uti et Bavaricus. In sequentibus, v. 17 et 19, τὸ habet etiam A, sed superscriptum τῷ, velut congruentius. V. 15, idem A ἀθροῖσαι πόλεμον. Ab eodem absunt inclusa v. 25. V. 34, idem ἤτοι, pro δηλαδή· et v. 38, relative, τῶν φοβουμένων αὐτόν· et mox, κατὰ τὸν Ψαλμῳδόν. V. 40, idem χειρωσάμενοι, aoristως : et v. 43, καθαιρεῖσθαι, minus apte. V. 48, idem ἀποδεικνύοντα ἑαυτὸν Θεὸν, καθὼς προέφησεν ὁ Ἀπόστολος. Ab eodem A abest inclusum φησὶ v. 50. Idemque mox ἄνωθεν, pro οὐρανόθεν. V. 51 idem, τοὺς δύο πεντεκοντάρχας ὑπὸ τοῦ Ἡλιοῦ φασιν· et mox, καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἔνδοξος παρουσία, ἀνελεῖ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, τούτους· ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ προλεχθ.

Pag. 96, v. 1, inclusa καί, ab A abest. V. 5, idem ἐκτενῶς τούτῳ λιτὰς προσάξωμεν· et v. 8, ψευδοπροφήτου, pro Ἀντιχρίστου. V. 9, idem τὸν θανατηφόρον κίνδυνον· et v. 11, βιαζομένων· quod melius ferri posset si post κίνδυνον intersereretur articulus τῶν, hoc sensu : *neque mortiferum periculum eorum qui a salutari fide deficere cogunntur.* Sed convenientius βιαζόμενον, id est *neque mortiferum periculum a salutari fide deficere vi cogens.* Ab eodem abest inclusum Χριστόν v. 14. V. 16, idem τοῦ Χριστοῦ οἰκτιρμοί. Inclusa, καὶ κρίσεως, ab eodem absunt v. 24. V. 27, idem ἐπ' αὐτόν, accus. casu. V. 29, idem ἡ ἀνάστασις τοῦ Θεοῦ· Bavar. ἡ ἀνάστασις τοῦ Χριστοῦ· parum apte uterque. V. 31, idem A ἐνθρονιαζόμενος· et v. 36, τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ, ut est Rom. 8. Inclusa καὶ v. 39, ab eodem A abest. Seq. v. idem Εἰρηναῖος λέγει, Οὐχ ἡ ὑπόστασις, οὐδ' ἡ οὐσία· et v. 44, ἡ παράβασις γέγονεν· et v. 46, πρόσκειρον, composite. V. 49, idem ἀπολέσθαι, aoristus. Ab eodem absunt inclusa v. 52. Idemque ibidem, πᾶς κατακλυζόμενος πυρὶ κόσμος.

Pag. 97, v. 2, Pal. et Bavar. ὅτι, simplici figura : et v. 4, A πρὸ δὲ τούτων τῶν ἁγίων καὶ ὁ μακάριος Δαυΐδ. Ibidem πρὸς Κύριον absque articulo habent etiam A et Bavaricus. Inclusa, πόνος v. 10, et καὶ v. 11 ab A absunt. V. 16, idem μένει, præs. tempore : et seq. v. τῇ δι' ἡμᾶς γεγενημένῃ κτίσει ἀκόλουθον, μεθ' ἡμῶν τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν δέχεσθαι. V. 22, idem ἠνεῴχθησαν : et seq. v. ἠνοίχθη, utrumque aoristo primo, sed augmento diverso. V. 27, idem ὑπομένοντας, præs. tempore. Ab eodem abest inclusa καί, v. 30 : et articulus τό, v. 32. V. 35, idem ἠνεῳγμένα, præterito perfecto : et v. 38, ἐγγέγραπται, composite. V. 40, Pal. et Bav. brevius, τοὺς ἐν αὐτοῖς νεκρούς, ut in præcedenti membro. Seq. v. A plurali numero, ἔργα αὐτῶν. Et v. 44, οὐχὶ ζῶα, intensiori negatione. Sequens commation, ὡς ὑπό τινων γράφονται, verti etiam potest, *ut a quibusdam pinguntur.* V. 46, A χωρισμός ἐστι ψυχῆς ἀπὸ σώματος. et v. 50, αἱ δὲ τῶν δικαίων ψυχαί, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐν χειρὶ Θεοῦ, καὶ οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν θάνατος. Sed βάσανος agnoscit etiam vulg. ed. Sapientiæ cap. 3. V. 53, idem οὗτος ὁ θάνατος, δεύτερός ἐστιν, ἡ λίμνη τοῦ πυρός· et mox, εἴ τις οὐχ εὑρέθη γεγραμμένος εἰς τὴν βίβλον τῆς ζωῆς, ἐβλήθη.

Pag. 98, v. 2, A ἐμβάλλεσθαι, composite. V. 6, A κἀκεῖ. et v. 11, ἀφανιστικόν ἐστιν. V. 13, in A ad τό superscriptum τῷ· sed nominativus hic quam dativus casus aptior est. Seq. v. idem, ζωήν, pro ἀνάστασιν, et mox βασιλεύειν positum ibi pro fut. βασιλεύσειν. V. 19, Bavar. οὕτω καὶ ἐνταῦθα, cujus vestigia sunt etiam in Palatino : et mox A plurali numero κολάσεων. Sonant autem ibi Græca ; *Ita etiam ibi diversi suppliciorum et loci sunt et modi.* V. 20, in A est etiam altera scriptura, μαλθακωτέρων. Idem seq. v. ἠξιωμένοι γραφῆναι ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ζώντων, et v. 30, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις. V. 34, idem simplici figura, ἀλλαγήσονται, uti et Ps. 101. Apostoli autem locus exstat ad Rom. 8. V. 36, in eodem A duplex scriptura est, ἀπόξυσιν, et superscriptum ἀπόξεσιν. et mox, idem, καὶ γὰρ καὶ ἡμῖν ἦθος. V. 41, idem τὴν ἐναλλαγήν, composita figura : et v. 45. πλεῖν, contracte. Seq. v. idem, τὰ ἐν ταῖς μακρὰν γεωργούμενα χώραις κείμενα ἀγώγιμα. et v. 49, οὐκ ἔστιν αὐτῆς χρεία.

Pag. 99, v. 2, A καταβαίνουσαν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἡτοιμασμένην ὡς νύμφην. V. 5, idem expositionem sic incipit brevius, Καὶ ἐκ τούτου δείκνυται τὸ τῆς καινότητος ὄνομα. V. 11, idem ἡ δὲ πόλις αὕτη ἐξ ἁγίων συναρμολογεῖται. et v. 14, ἔχοντες, relatum ad mascul. λίθοι. V. 17, idem alio verborum ordine, κολλωμένη καὶ συναπτομένη τῷ Δεσπότῃ εἰς ἄκραν συνάφειαν. V. 24, idem καὶ κοινωνήσει μετ' αὐτῶν, et mox, λαοὶ αὐτοῦ, plurali numero. Ab eodem abest inclusum ὁ Θεός vers. 26. V. 29, idem τῷ Μωσεῖ. V. 34 in eodem A annotata et altera scriptura, ὁρᾷν, activa forma. V. 39, idem Τοῦτό ἐστι τὸ γεγραμμένον, Ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη, καὶ στεναγμός. et v. 42, ἑκατέρων τούτων, eodem casu. V. 47, idem εἶπεν ὁ ἐν τῷ θρόνῳ καθήμενος. et v. 52, ὁληθινοὶ οἱ λόγοι, ὡς ὑπ' αὐτ. quam lectionem secutus est interpres ; recte. sic enim et infra est 109, 1. V. 56, idem τῶν σωμάτων, *corporum.* Sed τῶν ἀσωμάτων agnoscit cum Pal. etiam Bavaricus, hoc sensu, *et velut a prima incorporeorum creatione usque ad ultimos homines providentium suum extendens.*

Pag. 100, v. 4, A πιστεύσασι, præterito tempore : et v. 9, κληρονομήσει πάντα· et mox, variato numero, ἐσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι υἱοί. V. 12, idem ἐχθρούς, pro δαίμονας, uti etiam interpres : et seq. v. πατρικοῖς, pro πνευματικοῖς, ut supra 33, 19. Ab eodem absunt inclusa, καὶ ἁμαρτωλοῖς, v. 15 : et articulus ὁ v. 19. V. 20, idem expositionem variato verborum ordine incipit, sic ; Πάντοθεν ἡμᾶς ὁ Θεός, ὁ διφῶν τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, εἰς τὴν· et mox, præpositione mutata, τῶν ὑπ' αὐτοῦ. V. 27, idem ὡς, pro ἕως· et seq. v. σὺν τοῖς λοιποῖς ἀπηγορευμένοις, καὶ τοὺς δειλούς. V. 29, idem ἐν τῇ πρὸς τὸν διάβολον πάλῃ, mutata præpositione : et seq. v. καταδικάζεσθαι, præs. tempore. V. 32, idem τῶν ἁμαρτωλῶν, plur. numero : et seq. v. ἐπιστροφήν, usitatius : et v. 41, λυμάνηται, præt. aoristo. V. 44, ἐμπράκτους etiam Bavar., at Pal. adverbialiter ἐμπράκτως, minus convenienter.

Pag. 101, v. 1, A δεικνύντος, more verborum in μι· et v. 15, ἐπαγαγών, præterito aoristo ; et seq. v. τῷ θεολόγῳ ὑποδείκνυσι, ut et infra 104, 9. V. 21, idem τοῦ Χριστοῦ, genit. casu : itidemque seq. v. ὑπνώσαντος· et v. 24, παύοντι pro τυθέντι. V. 25, idem τὴν μεγάλην καὶ ἁγίαν Ἱερ. V. 42, ζωοδῶρος, penultima circumflexa, habent etiam A et Bavaricus, accentu insolito : ut suspicari aliquis possit ab auctore scriptum ζωοδώτωρ. V. 47, A πυλῶνας, et πυλῶσιν, absque ε, ut v. 52. Ab eodem absunt inclusa ὥσπερ καί, versu 50.

Pag. 102, v. 10, A τῶν ὀνομάτων αὐτῶν, *per ipsa nomina* : et v. 25, ὅηλαδὴ τὴν ἐπίγνωσιν, ἣν διὰ τοῦ ζωποιοῦ σταυροῦ ὑπειλήφαμεν. V. 25, idem τῆς τῶν πυλώνων συνθέσεως, composita figura : et mox integris verbis expresso numero, τῶν δώδεκα βοῶν. V. 28, idem χαρακτηριζόντων, gen. casu : et v. 30, εὐαγγελιστῶν, pro εὐαγγελίων. V. 33, idem alia præpositione, ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν, omisso sequenti articulo ἡ· et v. 40, ἐφ' οὓς, accus. casu. Ab eodem abest inclusum μέτρον, v. 44. V. 51, Pal. et Bav. ὑπὸ δὲ ἀγγέλων, plurali numero, ut in præced.

commate. V. 53, A τὸ μέγεθός τε καὶ ἡ εὐπρέπεια· Pav. cum Pal. consonat, cum in cæteris, tum in εὐπρέπεια.

Pag 103, v 5, A Τετράγωνος αὕτη ἡ πόλις, ἣ διὰ τὸ ἓδρ., sed disjunctiva ἤ locum ibi non habet, nisi alia ei respondens subjiciatur, Seq. v. idem κατά τε βάθος καὶ ὕψος καὶ μῆκος ἰσόπλευρον· et mox ὀνομάζεται, præs. tempore. V. 17, A pro numerabilibus notis habet integra verba, χίλια ἑπτακόσια δεκατέσσαρα. V. 32, idem ὑέλῳ, per ε; itidemque v. 37, ὕελος· et v. 55, μακαριστὴν pro ἀμάραντον. V. 44, idem ἵνα φανῇ, simplici figura, omissa sequenti copulativa καί· et seq. v. ἐν ταύτῃ, demonstrative. V. 45, idem transmutato verborum et modo et ordine, πάσῃ ἀρετῇ κεκοσμημένοι διὰ τῶν τιμίων λίθων ἐμφαίνονται. V. 51, idem τὸν σμάραγδον, et superscriptum τήν· et v. 54, ἐπιδειξάμενον, præpositione mutata. Ab eodem abest sequens inclusa καί, et articulus τῆς seq. versu.

Pag. 104, v. 5, ἔνθα ἔσχεν, præterito aoristo. Et v. 9, ἐκάλεσεν ὁ Θεολόγος, ut supra 101, 16. Ab eodem abest inclusa ἐξ v. 15, V. 18, idem ἐξ ἁμαρτιῶν, mutata nominis specie: at v. 24, τῶν ἀγγέλων, pro τῶν ἄλλων, idem perperam. V. 28, idem πυρὸν τὴν θέαν τυγχάνοντος καὶ διαυγοῦς, θεραπευτικῆς δὲ δυνάμεως οἰδημάτων· et v. 34, τραύματα ἐκ προσβολῆς τοῦ Βελίαρ· et v. 38, πολυτίμοις ἀρεταῖς. V. 41, idem βηρύλλιος, forma derivativa. Ab eodem absunt inclusa καὶ τῷ, v. 42. Et χρώματι v. 43. Idem A eodem v. 43, εἰκὸς τὸν θαυμάσιον Θωμᾶν σημαίνεσθαι· et v. 45, πρὸς τήν, pro διὰ τήν.

Pag. 105, v. 2, Αὐγάρῳ per au diphthongum habent etiam A et B, et probat Suidæ lexic., Interpres Ἀβγάρῳ maluit apud Euseb. Eccl. hist. lib. 1, c. penultimo et ultimo, est Ἄγβαρος. V. 5, A et Bav. αὐτοῦ νέκρωσιν, genitivo casu. Chrysoprasum vero aliquam νεκρώσεως speciem præferre, declarat etiam Plinius lib. 37, c. 5, dum scribit Chrysoprasum esse vicinum chrysoberyllo genus, sed pallidius. Alioquin idem Plinius ejusdem libri c. 8, scribit chrysoprasum porri succum referre, sed paulum a topazio in aurum declinare: et cap. 11, chrysoprasum ab herbaceo colore appellatum esse. V. 9, articulus τοῦ ab A abest. Idemque seq. v. φρόνησιν habet pro φρόνημα. V. 12, idem τῇ μορφὴν πως πυρίζοντος· itidemque Bav., nisi quod dativo casu habet, τῇ μορφῇ πως πυρίζοντος; quam lectionem etsi Petianus quoque secutus est, verior tamen esse videtur Pal. scriptura, τῇ μορφῇ πορφυρίζοντος, *forma sua purpurantis*, i. *purpuram forma sua referentis*. Uti et Plinius Natur. histor. lib. 37, c. 9, amethystos inter purpureas gemmas numerat: et mox subjungit, *Causam nominis afferunt, quod usque ad vini colorem accedens, priusquam eum degustet, in violam desinit: fulgorque quidam in illa purpuræ, non ex toto igneus, sed in vini colorem deficiens. Perlucent autem omnes violaceo colore: Indica absolutum purpuræ colorem habent.* Sic libro 21, cap. 7, in amethysto purpura, eum colorem esse dicit quem in viola, et ipsum purpureum sive anthinum. Et rursum lib. 37, cap. 7, *optimos carbunculos esse amethystizontas, hoc est,* (inquit) *quorum extremus igniculus in amethysti violam exeat.* Et cap. præcedenti, de opalis, *Est in iis* (inquit) *carbunculi tenuior ignis, est amethysti fulgens purpura, est smaragdi virens mare.* Quibus in locis etsi aliquid ignei sive rutili coloris amethysto tribuitur, plus tamen purpurei seu violacei ei adscribitur. Ut porro apud Plinium constanter est *amethystus*, ita etiam in Bavarico ἀμέθυστος v. 11: et ἀμεθύστου, v. 12: sed superscripto σ, indicata est ea scripturæ quæ in Pal. et A exstat, ἀμέθυσος, quasi arcens τὸ μέθυσον, id est, temulentiam prohibens. Sic enim idem Plinius lib. 37, c. 9, *Magorum vanitas ebrietati eas resistere promittit, et inde appellatas.* A Palatino absunt inclusa v. 16 et 18. V. 16, A ἐπιλεξάμενον· et v. 20, παρεθέμεθα πρὸ; γυμνασίαν τοῖς αἰνίγμασι προτρέποντες τοὺς ἐντυγχάνοντας τῆς ἀληθείας, κατεστοχασμένης τῆς ἀληθοῦς γνώσεως μόνῳ τῷ ἀποκαλύψαντι Θεῷ. V. 27, inclusum νοήμασι a P abest. V. 37, prius inclusum ab A abest: alterum vero [δώδεκα] ex eodem additum. Supervacaneum meo judicio; nisi prius οἱ δὲ δώδεκα deleatur. Inclusa v. 39. ex eodem A addita, et pro ἐπέγνωμεν, idem ἐγνώκαμεν exaratum habet; V. 44, P ἐν παραδείγ. alteram lectionem secutus est interpres. V. 48, inclusa ab A absunt. et seq. v. idem geminam agnoscit lectionem, οὐ δύναται et ἀδύνατον. Inclusa v. 52, ab eodem A absunt. V. ultimo ἔσται futuro temp.

Pag. 106, v. 4, inclusam præpositionem non habet A et vers. 7, idem ζωοποιοῦν particip. V. 14, A οὐκ ἔστι *χρεία*· eleganter in hujusmodi abest verbum substantivum. Inclusa v. 17, ex eodem addita. V. 25, pro θύρας in A πύλας· et v. 30, αὕτη γὰρ νύξ· et v. 43, in summario, paulo fusius, θρόνου τοῦ ἐκπορευομένου ἐν μέσῳ τῆς πόλεως πλατείας τῆς. Eidem v. 46 et 49, inclusa desunt. V. 51, inclusum a P. abest. V. 54, A πληρούμενος præsentis temp.

Pag. 107, v. 9, A Εὐλα, et inclusum Χριστοῦ ex eodem additum. Et v. 14, idem A φυλλορροεῖν ἀναγκάζον τὰ τῆς ζωῆς δ. V. 17 et 22 inclusa a P absunt. Et seq. v. pro προσηγόρευται, A ὀνομάζεται· et v. 26. pro πολυάνθρωπον, idem πολύανδρον. V. 28, A εἰς τὴν εὐχοσ. V. 29 et 31 inclusi articuli ab A absunt. Qui vero inclusi v. 30, 33 et 34, in P non parent. V. 34, A ἀνεξάλειπτον· et mox pro participio, verbum δωροῦνται. V. seq. P ἀνάκλησιν. V. 36, A ὁ τῷ προφήτῃ προκηρυχθείς. Inclusa v. 40, 47, 53, 54, a P absunt. V. 43, A τὰ τοιαῦτα τοίνυν φύλ.

Pag. 108, v. 1. A καὶ ἐν τοῖς τριάκοντα τοῖς ἀπό, et τήν inclusa ex eodem. Et v. 4, idem χαρποφορηθέντων voce pass. et seq. v. inclusa ex eodem. V. 7, idem A προγέγραπται composita forma. Quæ mox sequuntur inclusa καί et λέγειν ab eodem absunt. V. 21, idem συγκατατίθεται. V. 30, 32, inclusa a P absunt. V. 34, A ὅπερ ὁ πάλαι ἀρχ., et mox, idem pro genitivo μόνων habet adverb. μόνον. V. 44, A ἐκλάμψουσιν ὡς ἥλιος, πῶς λυχνίαις· quod paulo post sequitur inclusum, ex eodem sumptum est.

Pag. 109, v. 1, inclusa οἱ λόγοι et seq. δέ, absunt ab A. V. 7, idem διδάξαι τοὺς δούλους, licet eadem sententia, præstat tamen Palat. lectio quæ cum vulg. edit. concordat, et enarrator ipse in suis commentariis illam ipsam agnoscat. V. 10, inclusum pronomen abest a P, et seq. v. A Θεσπεσίου Ἰωάννου. V. 17, inclusa addita ex eod. ut et [ὡς Θεός]· Quæ vero sequuntur τό et λέγων, non agnoscit. V. 27, pro πανταχοῦ, August. lectio πολλάκις, quam Lat. interp. secutus est. V. 33, A δεῖ γρηγορεῖν, omisso verbo finali ἐντετάλμεθα. V. 35, inclusa absunt a P quemadmodum illa quæ v. 39, 40, 42. At sequens [καὶ] abest ab A et certe commode abesse potest. V. 46, A ὀπτασίᾳ καὶ θείῳ π. alteram lect. interpres merito prætulisse videtur. V. 51. A paulo plenius: δόξαν λάβωμεν ἀκούοντες καὶ ἡμεῖς τῆς εὐλογημένης φωνῆς ἐκείνης, *Εὖ, δοῦλε.*

Pag. 110, v. 13, A ἀληθής ἐστ. abest ab eodem inclusum pronomen αὐτοῦ· et v. 19, ταύτην· quemadmodum et commation illud inclusum v. 36, 37. V. 43, A ἀκατάγνωστον, sed præstat P lectio, quam expressit interp. seq. v. A οὐ βιάζομαι γὰρ τήν. Inclusum τις abest ab A ut seq. [φησιν] a P. V. 53, εἴρηται πρῶτος ὁ Χριστὸς διὰ τὴν θεότητα· ἔσχατος δὲ διά...

Pag. 111, v. 1. A brevius ἄξιοι οἱ τοιοῦτοι. Ἐξουσίαν. V. 6, A αὐτῶν ad apostolos refert: P αὐτοῦ ad Christum. V. 15, A pro κακοὶ ἐργάται, compositio usus est κακεργάται. Idem v. 18, paulo aliter,

τῆς ἄνω βασιλείας ἀξιοῦνται οὐδαμῶς, ἀλλὰ μᾶλλον ἀλλοτριοῦνται, eadem tamen sententia. V. 21, A καλοῦσί τε τὴν Χριστοῦ παρουσίαν. Inclusa v. 27, 29, 30, 34, inserta ex eodem. Ibidem obiter emendabis, et scribes, μαρτυρῆσαι ὑμῖν τ., non ἡμῖν, operarum vitium. V. 37, A προινῇ τῆς κ. V. 42, idem : Ἥ τε γὰρ Ἐκκλησία καὶ τὸ ἐν αὐτῇ πνεῦμα κράζον ἐν ταῖς... ἐπικαλεῖται· et v. 53, inclusum μέν ex eodem additum.

Pag. 112, v. 1, inclusus artic. abest a P. V. 3, A ἐπιθήσει ἐπ' αὐτῷ, ἐπιθήσει αὐτῷ ὁ Θεός· et mox [καί] abest a P et eodem v. A ἀφελῇ ἀπὸ τῶν λόγων τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου, ἀφελεῖ ὁ Θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς. V. 9, idem τῆς θείας Γραφῆς ἁρά. V. 14, idem A προστιθῆναι· et v. 16, διαλεκτικῶν συντάξεων, καὶ τῶν διαλεκτικῶν συλλογισμῶν [ἡγεῖσθαι] ἀξ· illud ἡγεῖσθαι in Bavarico quoque habetur : abest autem a P. V. 20, pro τὸ μέσον A τὸ μέγεθος. V. 23, A ναὶ, ἔρχου ταχύ· et v. 27, idem cum Bavarico, κἀγὼ (φησὶν) ὁ τοῦτα λέγων πρός σε τὴν ζωὴν ἔρχ. V. 29, [Κύριε] ex Palat. et Bavaric. Augustanus pro ἢ καί habet εἰ καί. V. 31, A et B διαμαρτυρόμενος compos. Pag. 34, iidem εἰργασμένων. P ἐργασαμένων· et v. 35, A B ἀποδώσοντος, ut ad Χριστοῦ, non ad παρουσία referatur. V. 38, A ἧς συνελὼν... σκοπὸν παραθήσομαι. B σκοπὸν αὐτῆς παραθῶμαι. Inclusa v. 40, 42, 45, 49, 50, 52, a Palat. absunt. et v. 43, ὑπερθέντας A. V. 46, λίθων πολυτιμήτων mss. o. sic supra pag. 105, v. 40, ubi P πολυτίμου μαργαρίτου, A πολυτιμήτου habet. V. 52, A et B ἀφηγουμένας, mutata præpositione.

Pag. 113, v. 2, articulus τῆς abest ab A et B. V. 3, inclusum διδασκόμεθα abest a mss. Palatino et Bavarico. V. 5 et 12, inclusa, absunt ab A. V. 14, A ἐνταῦθα. P et B ἐντεῦθεν· et v. 1, καιροῖς, P et B haud agnoscunt. V. 20, A ἁγίων ἡ κατὰ τοῦ Ἀντιχρίστου ἔλεγξις, τὸ καρτερικὸν καὶ ἀνδρεῖον τῆς ψυχῆς ὑπογράφει παράστημα. Ὡσαύτως δὲ δείκνυται καί· V. 23, A aliquantulum plenius, ὁμοίως δὲ καὶ ὁ κατὰ Ἐκκλησίας διαγμός. V. 28 πολυάριθμος, P cum B, at August. πολυαρίθμητος· inclusa vero tum hoc tum seq. v. ab A huc inserta. Et v. 36, idem A σκοτίζουσα. V. 47, A δείπνου, τῇ .. ἐκλείψει· et v. 51, idem ἐκκοπήν, *excidium*, cum interprete Pal. et B ἐκπομπήν, *relegationem*. V, ult. συμβουλευσάντων, aoristum.

P. 114, v. 3, inclusus articulus abest ab A et B, et inclusa sequens conjunctio καί a P. V. 9, A τείχεσι καὶ πυλῶσι. V. 14, inclusa addita ex A et seq. v. alio verborum ordine, et constructione paulum mutata, ὁ ταῦτα ἑτοιμάσας παρέξειν τοῖς ἁγίοις· ὧν... V. 22, P παριστᾶσα, A παριστῶσα καὶ τῶν. V. 26, A καὶ φθ. ἐπισπείρειν σπερ· et v. 28, ἐκκαυθήσεται, idem A. V. 32, inclusum παντός abest a P. alterum σφοδρῶς ab A et pro ὑαλίνῳ, A ὑελίνῳ, ut et mox ὕαλον. V. 35, pro ἀνάζεσιν, quod est in P et A, legitur in B ἀνταύγειαν· et ἀνάκλησιν, in P, pro quo in aliis ἀνάκλασιν, ut a nobis editum. V. 39, melius cum A B ἐπιδείξωμεν, modo conjunctivo, et pro θέλων, B θέλει. V. 44, A παντελεήμων Θεὸς κατ.

---

ANNO DOMINI CMX.

# ARETHAS

## CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA EPISCOPUS.

—

## NOTITIA

(Fabric. *Biblioth. Græc.* ed. Harles., tom. VIII, p. 696.)

—

Arethas qui post Andream Cæsareæ in Cappadocia archiepiscopus fuisse traditur, forte haud diversus est ab Aretha qui, adhuc presbyter Cæsariensis, scripsit de translatione Euthymii patriarchæ Constantinopolitani, A. C. 911 defuncti : neque improbabilis hæc mihi videtur C. V. Casimiri Oudini conjectura. Idem certe, cujus sermo de martyribus Guria, Samona et Abibo legitur t. III Lipomanni, et apud Surium 15 Nov. Ejus insigne in Apocalypsin opus, Συλλογὴ ἐξηγήσεων ἐκ διαφόρων ἁγίων ἀνδρῶν εἰς τὴν Ἰωάννου, τοῦ ἠγαπημένου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἀποκάλυψιν, primum Græce prodiit ad calcem Œcumenii. Veronæ 1532, fol. Latine vertit Joan. Hentenius Paris. 1547, 8; et post Hentenium Maximus Florentinus monachus Casinensis Basil. 1554, 8. et in Bibliothecis Patrum ut Lugdunensi t. IX; atque Græce et Latine cum Hentenii versione Fred. Morellus recudi curavit ad calcem Œcumenii Paris. 1631, fol., in Græcis sola Veronensi editione usus, neque interpreti emendando adhibita industria, cujus nonnullas hallucinationes castigaverat Jac. Billius in *Observationibus sacris*, quemadmodum Græca ex ms. Bibl. Reg. Paris. emendatiora dari posse notavit Ric. Simon. lib. III *Hist. criticæ N. T.*, p. 468.

# ΑΡΕΘΑ

## ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ

***ΣΥΛΛΟΓΗ ΕΞΗΓΗΣΕΩΝ ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ***

ΕΙΣ ΤΗΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΗΓΑΠΗΜΕΝΟΥ ΚΑΙ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΟΥ

## ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΝ.

—

# ARETHÆ

## CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ EPISCOPI

***COACERVATIO ENARRATIONUM***

EX VARIIS SANCTIS VIRIS

IN JOANNIS DILECTI DISCIPULI ET EVANGELISTÆ

## APOCALYPSIN.

—

*De his in Apocalypsin commentariis, et de Joannis in Patmum relegatione, factaque ad ipsum Apocalypsi sive revelatione judicium Interpretis.*

Arte hos in Apocalypsim commentarios, te precamur, candide Lector, ut nostros hos labores boni consulas, neque protinus damnes, si uno aut altero in loco non penitus animo tuo satisfaciat nostra versio. Ut enim verum fatear, tantum negotii nobis exhibuerunt hi postremi commentarii, ut præteritos omnes labores propter ipsos damnare ac spongiæ committere frequenter meditaremur : sive id librariorum aut typographorum incuria contigerit, quod subinde aperte deprehendentes, silentio præterivimus, nonnunquam etiam nostro nomini consulentes, id margini adnotavimus : sive nostri quoque tenuitas ingenii frequenter in causa fuerit : quam etiam cognoscentes, quibusdam in locis, dum ne nobis quidem satisfaceret nostra versio, asterisco notari curavimus, tuum, o Lector, judicium tibi relinquentes. Satis autem confido, ubi Græca toto hoc libro penitius introspexeris, nostros labores nequaquam omni ex parte damnabis, ut qui varias undique difficultates, candido affectus animo, nullo que adversum nos allato præjudicio, visurus sis. Neque enim Zoilum moror, cui ne Minerva quidem ipsa omni ex parte satisfecerit. Quod hunc aut alium quemvis nec his placare poterimus, id saltem nostris laboribus efficiemus, ut his qui peritiores sunt data sit ansa, quo in commune reipublicæ Christianæ bonum absolutiora præstent. Neque enim quisquam suggillare deberet aliorum labores, qui nollet, aut saltem qui non posset tradere exactiora. Quantum autem divinare licet, erat hic Aretha ejusve prædecessor Andreas, non in divinis tantum, verum etiam in humanis litteris instructus, in rhetoricis quoque ac physicis apprime eruditus, ut si alia Græca exemplaria, aut ejus viri commentarios, prout ab ipso editi sunt, nacti fuissemus, non adeo nos torsissent innumera in hoc libro loca. Verum quando, nullis parcentes laboribus, id tandem præstitimus quod potuimus, precor æqui bonique consulas.

Porro de hac Apocalypsi ait divus Hieronymus quod tot habeat mysteria quot verba, imo in singulis verbis multiplices dicit latere intelligentias. Atque ob id plurimi suum ac maxime varium de hac judicium protulerunt : nonnulli simplicem litteræ sensum, primumque corticem considerantes, alii vero mysticas intelligentias penitius perscrutantes. Quare non erit absurdum si et nostrum quoque afferamus : saniori semper judicio sanctæque Romanæ Ecclesiæ nos ac nostra omnia submittentes. Primumque hoc nobis videtur, Joannem hunc apostolum ac evangelistam, qui et Theologus cognominatur, a Nerone in Patmon relegatum, eodem omnino tempore quo ille beatos Christi apostolos Petrum ac Paulum Romæ

intercmit. Id duobus in locis asserit Tertullianus, vicinus eorumdem apostolorum temporibus. Idem quoque habet Eusebius libro *De demonstratione evangelica* : quanquam in *Chronicis* et in *Ecclesiastica Historia* dicat id sub Domitiano contigisse, quod et Hieronymus et plures alii sequuntur. Verum his libris tanquam prioribus annis scriptis, non tribuitur tanta auctoritas, quanta ei qui De demonstratione est evangelica, utpote posterius atque emendatius elaborato. Hoc itaque habito quod scripta sit in Patmo Apocalypsis ante Hierosolymorum excidium, quadrifariam ipsa secari potest : ita ut complectatur ab exordio ad sextum usque caput instructiones Ecclesiarum Asiæ, intermiscens et prophetica de variis hæresibus : de quibus et Epiphanius in suo *Panarion* libro. A sexto capite usque ad duodecim continetur Synagogæ abrogatio. A duodecimo usque ad decimum nonum, excidium gentilismi sub typo potissimum Babylonis ac Romæ quæ habebat septem colles, qui hic dicuntur esse cornua bestiæ super quam meretrix sive idololatria aut gentilismus sedet. In his enim urbibus præcipue vigebat gentilismus. A decimo nono capite usque in finem agitur de regno Christi in præsenti Ecclesia, addita cap. xx ultima de ipsius inimicis victoria.

Atque hæc in universum dicta sint : nam singulis varia commiscentur, sed de singularibus non est certum dare judicium : nec fieri potest ut data quavis enarratione singula apte quadrent : sed satis erit si in genere habeatur quid singulis capitibus significare velit. Juxta hanc dispositionem non admodum videbitur absurdum id quod sentit Joannes Annius Viterbiensis in Quæstionibus super Apocalypsim, quas misit ac dedicavit summo pontifici Sixto quarto regibusque Christianis : quod bestia quam interpretantur communiter Antichristum, de qua Apoc. xiii potissimum cap., quæ ascendit de terra habens duo cornua similia agni, loquens tamen sicut draco qui est et Satanas, qui virtutem ac sedem suam et potestatem magnam dederat priori bestiæ, nempe gentilismo, et exinde sectæ Saracenicæ, sit pseudopropheta Mahumethes : qui quanquam ante plurimos annos mortuus sit, ejus tamen secta, nempe prior bestia, heu ! vivit etiamnum, nimiumque grassatur adversus Dei populum : idque tamdiu durabit donec, juxta septimum caput Danielis, regnum detur populo sanctorum Altissimi : nempe cum, post longam pacem ac securitatem intermediam, rursum adversus hunc Dei populum pugnans dicta bestia cum ingenti exercitu, designato per Gog et Magog (de quo Ezech. cap. xxxviii et xxxix, et Apoc. xx), ingenti clade a Deo prosternentur, quemadmodum dicitur locis modo citatis : post quod vera et perfecta pax erit in Ecclesia ac purus Dei cultus ab omni hæresi et persecutione separatus : quemadmodum consequenter describunt Ezechiel cap. xl et sequentibus, et Apoc. xxi, xxii. Et quia hæc populorum ad bellum hoc postremum congregatio ipsaque pugna, multo tempore durabit cum magna Christianorum afflictione, ideo communiter appellatur novissimus Antichristi adventus, hoc est sectæ ejus, quæ hic dicitur prior bestia, cui draco, id est Satanas, dedit virtutem ac sedem suam et potestatem magnam. Convenienter ergo tractans hic apostolus de excidio gentilismi, etiam intermiscet gravitatem persecutionis sectæ Saracenicæ ejusque subversionem. Neque his obviare videtur quod ait Apostolus II Thess. ii, quod ejus « adventus sit secundum operationem Satanæ in signis ac prodigiis mendacibus et cum omni deceptione injustitiæ in his qui pereunt, quodque efferatur adversus omnem qui dicitur Deus aut numen, adeo ut in templo Dei tanquam Deus sedeat, ostentans seipsum esse Deum : quem Dominus, inquit, conficiet spiritu oris sui, et abolebit claritate adventus sui. » Ex quo et etiam quia præmiserat non venturum esse Dominum nisi prius revelaretur hic homo peccati filius perditionis, innuere videtur, in hujus interemptione statim venturum esse Christum ad judicium. Hæc, inquam, non obstant. Primum enim manifestum est verum esse non venturum esse Dominum nisi ille reveletur, cum jamdudum ille revelatus sit, imo et mortuus in sua persona : quem tamen Dominus confecturus dicitur spiritu, etc., quia sicut in sacris Litteris frequenter est metaphora a capite Christo ad ejus membra, quæ simul cum eo unam dicuntur constituere personam : et quod de Christo dicitur, sæpius in ipsius membris completur : et quod de Jacob, in filiis Israel : ita etiam dicitur a Domino conficiendus in postremo sectæ ejus adversus Christianos ingenti prœlio, quo non virtute bellica aut viribus Christianorum, sed spiritu oris sive voluntate Domini conficietur, et claritate adventus sui, quo aperte veniet auxilio Christianis. Siquidem quod non vellit tunc interimendum Antichristum aut finiendam immanem ipsius persecutionem, cum ad extremum judicium venturus est Dominus, manifeste patet ex eo quod ait idem Apostolus, I Thess. v. : « Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, Pax et tuta omnia, tunc repentinus eis superveniet interitus ; » magisque ex eo quod Matth. xxiv ac Luc. xvii ostendit Dominus quod ante judicium erunt homines in longa pace ac securitate. « Sicut erant, inquit, dies Noe, ita erit et adventus Filii hominis. Sicut enim erant in diebus qui præcesserunt diluvium edentes et bibentes, contrahentes matrimonium et nuptum dantes, usque ad eum diem quo intravit Noe in arcam, nec cognoverunt donec venit diluvium et tulit universos : ita erit et adventus Filii hominis. » Itaque quod ibi paulo ante dicitur, « Et tunc apparebit signum Filii hominis : Et tunc plangent omnes tribus terræ, » non indicat statim id subsequi, sed solum quod postea sequetur : qui modus accipiendi *Tunc*, vel *In diebus illis*, sive *In illo tempore*, frequens est in sacris Litteris : quemadmodum adnotat noster Euthymius super illud Matth. xii : « Tunc adductus est ei dæmoniacus, » rursumque super illud Matth. iii : « In diebus illis venit Joannes Baptista prædicans in deserto Judææ. » Et OEcumenius super illud Act. vi : « In his autem diebus. » Porro signa ac prodigia mendacia adventus Antichristi in his qui pereunt, imo ut ait Christus, ita ut in

errorem ducantur, si fieri potest, etiam electi, sunt variæ ac multiformes ejus technæ ad seducendos et pelliciendos Dei servos. Cumque se ac suam sectam Christianismo cæterisque legibus omnibus præponat, an non se extollit supra omnem qui dicitur Deus aut numen? sedens sive imperans in templo Dei, vel ubi prius erant Ecclesiæ Dei, aut viva Dei templa. Qui etiam fecit ut dicitur Apoc. XIII, ignem iræ Dei descendere in terram, juxta illud psal. XVII : « Ascendit fumus in ira ejus et ignis a facie ejus exarsit, carbones succensi sunt ab eo. » Aut in conspectu hominum dicitur hoc fecisse, id est quod ait Apostolus, « In prodigiis mendacibus, » quia volens occultare morbum suum caducum, dicebat se cadere ex illustratione angeli de cœlo ad se descendentis sibique loquentis : de quibus angelis psal. CIII et Heb. I dicitur : « Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos flammam ignis. » Dedit etiam spiritum imagini bestiæ, faciens ut loqueretur, quando legem suæ sectæ omnibus magno cum horrore promulgavit : hoc etiam modo faciens omnes adorare imaginem bestiæ, et ut qui non haberent characterem bestiæ non possent emere aut vendere : quando dixit se missum a Deo in gladio, jubens omnes trucidari qui suam non susciperent sectam. Rursum non obstat quod vulgo dicuntur Enoch et Elias venturi ut sese illi opponant ac eum convincant, propter id quod dicitur Apoc. XI : « Et dabo duobus testibus meis, et prophetabunt; » quod ideo de Elia interpretatur Aug. XX. *De civit. Dei*, cum aliis pluribus, quia Malach. IV dicitur : « Mittam vobis Eliam prophetam antequam veniat dies Domini. « Alterum vero faciunt Enoch, quia Gen. V et Eccli. XLIV dicitur Enoch translatus et non mortuus, sicut Elias curru igneo in cœlum vectus, IV Reg. II. Primum autem non dicitur hic nec alibi in sacris Litteris quod illi sint futuri testes : quod si etiam admitteretur, non oporteret quod adversus ipsius personam pugnarent, sed satis esset quod adversus ejus sectam sive priorem bestiam, aut etiam adversus gentilismum : maxime quod si hæc Joannis revelatio ordine procedit, de horum prophetia et morte illata a bestia quæ ascendit de abysso, ac eorum resurrectione narratur capite XI, tempore videlicet sextæ tubæ : porro bestia quæ Antichristum designare dicitur, habens duo cornua similia agni, cap. XIII ac tempore septimæ tubæ dicitur ascendere de terra, eo quod si purus homo quandoquam adventus ipsius fuerit secundum operationem Satanæ. Porro Hieronymus super quartum caput Malachiæ, « Judæi, inquit, ac Judaizantes hæretici dicunt Eliam venturum ante suum ἐλημμένον, » quod ex eo ostendit quia discipuli Matth. XVII interrogarunt Dominum : « Quid ergo Scribæ dicunt quod Eliam oporteat primum venire : » sed illorum falsam esse opinionem ostendit Christus cum respondet : « Elias jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt : » statimque sequitur : « Tunc intellexerunt discipuli quod de Joanne Baptista dixisset ipsis. » Hieronymus autem eo loco per Eliam intelligit prophetiam, sicut paulo ante legem per Mosen. Siquidem per legem ac prophetiam convertenda erant corda patrum Abraham, Isaac et Jacob, id est sequentium eos et ab illis descendentium, ad Filium, ad Christum qui ab eis carnem sumpserat. Rursum Matth. XI, loquens de Joanne, « Hic est, inquit, de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelum meum qui præparabit viam tuam ante te, » quod erat officium Eliæ et de eo intelligebatur : ideoque quod Malach. IV de Elia dicitur, quod convertet cor patrum ad filios, Gabriel, Luc. I, annuntians Joannis conceptionem, dicit in eo complendum. « Ipse, inquit, præcedet ante illum in spiritu et virtute Eliæ, ut convertat corda patrum in filios. » Hic est Antichristus de quo dixit Christus Judæis, Joan. V : « Ego veni nomine Patris mei et non recipitis me; si alius venerit nomine suo, illum recipietis. » Siquidem huic Judæi tributa ultro dederunt, et hinc est quod illi nationi nunquam fuit infestus. Et sicut Christus in persona quidem apparuit in sola Palæstina, sed postea per suos discipulos percurrit mundum universum; ita et hic in sola Sabæa Arabiæ provincia in persona apparuit, sed per principes sectæ suæ sequaces plurimas provincias ac regna occupavit. Cujus extrema persecutio, id est, postremum eorum cum Gog et Magog prælium simul cum præcedenti ad id apparatu, fieri potest ut duret per tres annos et dimidium, quanto tempore communiter dicitur duraturum ejus imperium, propter id quod dicitur Dan. VII, sanctos tradendos in manu hujus bestiæ usque ad tempus et tempora et dimidium temporis; et quia Apoc. XI dicuntur gentes calcaturæ civitatem sanctam mensibus quadraginta duobus; et cap. XII dicitur mulier quæ fugit serpentem alenda a Deo in deserto diebus mille ducentis sexaginta, et paulo post dicitur eadem ibi ali per tempus et tempora et dimidium temporis; et etiam quia tanto tempore dicitur in hac vita prædicasse Christus. Alii tamen aliter interpretantur tempus et tempora et dimidium temporis. Neque enim possibile esset ipsum tam parvo tempore obtinere tam multa regna ac provincias. Post hanc autem extremam persecutionem plenitudo gentium intrabit, et tunc omnis Israel salvus erit, ut habet Paulus, Rom. XI. Quanquam enim etiam antea, cessantibus hæresibus ac persecutionibus, in diuturna pace et cultu Dei vixerint, quæ etiam dicitur resurrectio prima : multo tamen magis, postquam extremo illo prælio redegerit Dominus ad internecionem omnes suos inimicos. Quanto autem tempore duratura sit hæc pax et securitas ante mundi consummationem, hominibus incertum est, sed, sicut ait Christus, Matth. XXIV : « De die illo et hora nemo scit, ne angeli quidem cœlorum. » Id solum constat quod longa illa pace ac securitate, plurimi rursum Dei cultum relinquent : et tunc, ut ait Apostolus, I Thess. V : « Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet. « Cum enim dixerint, » Pax et tuta omnia, tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor partus mulieri prægnanti, nec effugient; » quod et Christus pluribus in locis dixit, ac frequentibus parabolis adumbravit. Quod autem vulgo dicunt illum de tribu Dan oriendum, propter id quod dicitur Gen. XLIX : « Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro; » quod tamen alii probabilius

ad litteram interpretantur de Sampsone : dici potest quod id verum sit, non litterali sensu, sed spirituali : quod sicut Dan natus fuit ex ancilla Jacob, videlicet Bala, ita Antichristus sive Mahumetes non ex libera sive fideli gente, nec Christiana nec Judaica, ortus est, sed ex ancilla sive idololatra. Unde et ipse in Alcorano induxit Deum ad se ita loquentem : « Pauper fuisti, et ditavi te ; idolis serviisti, et vocavi te. » Demum nasciturus dicitur in Babylonia et nutriendus in Chorazin, quia maxime et primum suscepta est perversa ipsius secta in Babylonia : et Christus [1] exprobrat civitatibus Chorazin ac Bethsaide quod ipsum nollent recipere, et tamen postea promptissime sectam Mahumethicam essent susceptura. Horum tamen nihil assertive dictum velim, sed tantum ut occasio doctioribus data sit, quæ profundiora ac certiora sunt, perscrutandi.

[1] Matth. xi.

---

ΕΚ ΤΩΝ ΑΝΔΡΕΑ

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΝ ΠΕΠΟΝΗΜΕΝΩΝ ΘΕΑΡΕΣΤΩΣ

ΣΥΝΟΨΙΣ ΣΧΟΛΙΚΗ ΠΑΡΑΤΕΘΕΙΣΑ

ΥΠΟ ΑΡΕΘΑ ΑΝΑΞΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ.

—

# BREVIS QUÆDAM EXPLICATIO

## EX COMMENTARIIS IN APOCALYPSIN DIVINITUS INSTITUTIS

## BEATISSIMI ANDREÆ

ARCHIEPISCOPI CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ

REDACTA IN ORDINEM

## AB ARETHA INDIGNO CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ EPISCOPO.

*Textum contulimus et emendavimus ad editionem J.-A. Crameri anno 1840 Oxonii datam. Scholia vero bene multa quæ ex codice Barocciano protulit, an Arethæ sint dubitandi locus est, nam textui edito male cohærent et sensum perturbant ; ab iis igitur edendis supersedimus.* EDIT. PATR.

Ἰστέον ὅτι τὴν πᾶσαν πραγματείαν τοῦ παρόντος βιβλίου εἰς εἰκοσιτέσσαρας λόγους ὁ μακάριος οὗτος καὶ θεοσυνέργητος ἀνὴρ, καὶ εἰς ἑβδομηκονταδύο κεφάλαια οὐκ ἀσυνέτως διεῖλε. Τρισσούμενος γὰρ ὁ εἰκοστὸς τέταρτος ἀριθμὸς, γεννᾷ τὸν ἑβδομηκονταδύο. Ὁ δὲ εἰκοστὸς τέταρτος, διὰ τοὺς εἰκοσιτέσσαρας πρεσβυτέρους οὓς ἐνταῦθα ἡ Ἀποκάλυψις ἐχρημάτισεν ἐλήφθη. Οἳ σύμβολον τῶν ἀπ' αἰῶνος καὶ μέχρι συντελείας εὐηρεστηκότων εἰσὶ Θεῷ. Ἐτριπλασιάσθη δὲ οὗτος ὁ ἀριθμὸς ἐπὶ τῶν κεφαλαίων οὐκ ἀσκόπως, ἀλλὰ διὰ τοὺς εὐαρεστοῦντας Θεῷ τριμερῆ τὴν ὑπόστασιν ἐσχηκότας, ψυχῆς, σώματος, καὶ πνεύματος, εἰς οἰκείωσιν τῆς παντοκρατορικῆς κατασπεῦσαι Τριάδος. Περὶ δὲ τοῦ θεοπνεύστου τῆς βίβλου, ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος, καὶ Γρηγόριος ὁ θεῖος τὸν λόγον, καὶ Κύριλλος, καὶ Παπίας, καὶ Εἰρηναῖος, καὶ Ἱππόλυτος οἱ ἐκκλησιαστικοὶ Πατέρες ἐχέγγυοι πιστώσασθαι.

A Sciendum quod universum præsentis libri opus vir iste beatus ac Dei cooperator in viginti quatuor partes seu conciones, et has in septuaginta duo capita aptissime divisit. Numerus enim viginti quatuor ter repetitus producit septuaginta duo. Cæterum numerus viginti quatuor assumptus est propter viginti quatuor seniores quos hic nominavit Apocalypsis, qui symbolum ac signum sunt eorum qui Deo beneplacuerunt ab initio sæculi usque ad consummationem. Triplicatus est autem hic numerus in capitibus non inconsiderate, sed propterea quod hi qui Deo beneplacuerunt tripartitam habuerunt hypostasim, nempe in animam, corpus et spiritum, ad delineandum appropriationem omnipotentis Trinitatis. De hoc autem libro a Deo inspirato sanctus Basilius, divi- B noque sermone Gregorius ac Cyrillus, Papias et Irenæus, ac Hippolytus ecclesiastici Patres fide digni sunt, quibus sine ulla hæsitatione credatur.

---

## *ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΗΣ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ*

## *ΑΠΟΚΑΛΥΨΕΩΣ.*

—

# *APOCALYPSIS JOANNIS THEOLOGI CAPITULA.*

—

α'. *Προοίμιον τῆς Ἀποκαλύψεως, καὶ ὅτι δι' ἀγγέλου αὐτῷ δέδοται,*

1. *Proœmium Apocalypsis, et quod per angelum ipsi data fuit.*

2. *Visio in qua Jesum vidit in medio septem candelabrorum.*
3. *Quæ scripta sunt ad angelum Ecclesiæ Ephesiorum.*
4. *Quæ significata sunt angelo Ecclesiæ Smyrnæorum.*
5. *Quæ designata sunt angelo Ecclesiæ Pergamenorum.*
6. *Quæ scripta sunt angelo Ecclesiæ Thyatirorum.*

7. *Quæ scripta sunt angelo Ecclesiæ quæ est Sardibus.*
8. *Quæ scripta sunt ad angelum Ecclesiæ Philadelphorum.*
9. *Quæ significata sunt angelo Ecclesiæ Laodicensium.*
10. *De viso ab ipso ostio in cælo, et throno ac viginliquatuor senioribus et his quæ consequenter ostensa sunt.*
11. *De libro signato sigillis septem qui erat in manu Domini, quem nulla creata natura potuit aperire.*
12. *De agno habente cornua septem quomodo librum aperuerit.*
13. *Solutio primi sigilli designans doctrinam apostolicam.*
14. *Solutio secundi sigilli significans bellum infidelium adversus fideles.*
15. *Solutio tertii sigilli eorum significans excisionem, qui non firmiter Christo crediderunt.*

16. *Solutio quarti sigilli manifestans inducta castigatoria flagella in eos, qui Dominum negaverunt ob defectum tolerantiæ.*
17. *Solutio quinti sigilli significans clamorem sanctarum animarum ad Dominum ut fiat consummatio.*
*Καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐγένετο αἷμα ὡς νεκροῦ, καὶ πᾶσα ψυχὴ ζῶσα ἀπέθανεν ἐν τῇ θαλάσσῃ.*

Θάλασσαν εἴτε τὸ ἀστάθμητον τοῦ παρόντος αἰῶνος ἐκδέχεσθαι βούλεται, καθ' ἓν τὸ τηνικαῦτα ἔθνους ἐπ' ἔθνος πολεμίως ἐγειρομένου · ὅθεν καὶ εἰ ναυμαχίαις ἡ θάλασσα, καὶ ἡ γῆ καὶ οἱ ποταμοὶ τῶν ἀποκτεινομένων φοινίσσονται αἵμασιν, οὐδὲν ἀπεικὸς, εἴτε καὶ θείᾳ δυνάμει πρὸς ἔλεγχον τῶν ἀπατωμένων τότε ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν Ἐνὼχ καὶ Ἠλία ἡ μεταβολὴ γένοιτο ὑδάτων εἰς αἷμα, ὡς καὶ ἐν Αἰγύπτῳ ὑπὸ Μωσέως οἱ ποταμοὶ, ὃ καὶ μᾶλλον τυχεῖν ἡ ἐπιφορὰ τοῦ ῥητοῦ δίδωσιν, αἷμα φάσκοντος, οὐχὶ νεκροῦ, ἀλλ' ὡς νεκροῦ, τοῦ ὡς μορίου οὐκ ἐνέργειαν, ἀλλ' ὁμοιότητα ὡς ἐπίπαν παριστῶντος, οὐκ ἀποτυχόντως ἂν εἴη τοῦ σκοποῦ. Νεκροῦ δὲ τοῦ ἐσφαγμένου.

## ΚΕΦΑΛ. ΜΗ'.

*Ὅπως διὰ τῆς τρίτης οἱ ποταμοὶ εἰς αἷμα μετακιρνῶνται.*

*Καὶ ὁ τρίτος ἐξέχεε φιάλην αὐτοῦ εἰς τοὺς ποταμοὺς καὶ εἰς τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, καὶ ἐγένετο αἷμα. Καὶ ἤκουσα τοῦ ἀγγέλου τῶν ὑδάτων λέγοντος· Δίκαιος εἶ ὁ ὤν, καὶ ὁ ἦν ὁ ὅσιος, ὅτι ταῦτα ἔκρινας, ὅτι αἷμα ἁγίων καὶ προφητῶν ἐξέχεαν, καὶ αἷμα αὐτοῖς ἔδωκας πιεῖν· ἄξιοι γάρ εἰσιν. Καὶ ἤκουσα ἄλλου ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου λέγοντος· Ναὶ, Κύριε, ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις σου.*

Κἀντεῦθεν δείκνυται τοῖς στοιχείοις ἐπιτετάχθαι ἀγγέλους, ὧν ἕνα τὸν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ὑμνεῖν φησι τὸν Θεὸν, ἐπὶ τῇ κατ' ἀξίαν καταδίκῃ τῶν παραβεβηκότων, οἳ τὰς χεῖρας τοῖς αἵμασιν ἐμόλυναν τῶν ἁγίων. Καὶ πρὶν μὲν, μάλιστα δὲ τὸ τηνικαῦτα ἐν τῷ τοῦ Ἀντιχρίστου καιρῷ, ἀνθ' ὧν τῇ τῶν αἱμάτων διαφόρῳ δίψῃ τοὺς τολμῶντας ἐκάλεσε. Διαφθαρέντων γὰρ ποταμῶν καὶ συστημάτων τῶν πηγαίων, πόθεν ἂν ἄλλοθεν τὴν δίψαν ἀκέσαιντο;

*Καὶ ἤκουσα τοῦ ἀγγέλου τῶν ὑδάτων.* Οὐ μόνον ἔφοροι τῶν ἐθνῶν, κατὰ τὸν νομοθέτην Μωϋσῆν, αἱ θεῖαι δυνάμεις, ἀλλὰ καὶ τῶν κοσμικῶν στοιχείων, ὥσπερ ἡμῖν ἡ θεόθεν αὕτη ἀποκάλυψις εἰσηγεῖται. Ἃ δὲ ἔλεγεν ὁ ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἄγγελος, τούτων τὸ μὲν, *δίκαιος*, τὸ πρὸς ἀξίαν βραβεύειν δηλοῖ, τὸ δὲ *ὤν*, τὸ ἀτελεύτητον, τὸ δὲ *ἦν*, τὸ ἄναρχον, τὸ δὲ *ὅσιος*, τὸν ὑπεξῃρημένον πάσης προσπαθείας θνητῆς. Διὸ καὶ ταῦτα ἔκρινεν, ἵνα οἱ ἐκχέαντες αἵματα ἁγίων, αἷμα πίωσιν· ἁγίων δὲ τῶν ὑπὸ τῶν ὑπασπιστῶν τοῦ Ἀντιχρίστου κεκακωμένων· προφητῶν δὲ, Ἐνὼχ καὶ Ἠλία, ἐπεὶ καὶ αὐτοὺς ἀποκτενοῦσι. Πῶς δὲ αἷμα πίωσιν; Ἐξ ἀναγκαίου γὰρ οἱ ἐν πολέμοις παρὰ ποταμοὺς ἐστρατοπεδευκότες, μεμολυσμένον πολλάκις αἵματι ὕδωρ πίνουσιν ἐκ τῆς τῶν θνησκόντων ἀναιρέσεως.

*Καὶ ἤκουσα ἄλλου ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου.* Σύμφωνον τῷ ἀγγέλῳ τῷ ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὁ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Τοῦτον δὲ ἔστι μὲν νοεῖν καὶ αὐτὸν τὸν Χριστὸν, ὡς καὶ ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ προσφερομένων τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τῶν λογικῶν ὁλοκαρπώσεων καὶ τῶν ζωσῶν θυσιῶν, ἃ προσφέρειν ἐκ τοῦ Ἀποστόλου ἐμάθομεν. Ἔνι δὲ νοεῖν καὶ εἰς τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις ὡς ἀναγωγικὰς τῶν ἡμετέρων προσευχῶν καὶ τῶν πνευματικῶν ὁλοκαρπωμάτων, εἰρῆσθαι δὲ θυσιαστήριον ἀπὸ τοῦ περιέχοντος τὸ περιεχόμενον συνεκδοχικῷ τῷ τρόπῳ. Ἐκ τούτου τοίνυν τοῦ λογικοῦ καὶ λειτουργικοῦ θυσιαστηρίου τὴν φωνὴν φησιν ἐνεχθῆναι δικαιοῦσαν τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα πάντα λόγον καὶ νοῦν ὑπερβαίνοντα.

## CAPUT XLVIII.

*Quod per tertiam plagam mutentur flumina in sanguinem.*

XVI, 4-7. *Et tertius effudit phialam suam in flumina et in fontes aquarum, et factus est sanguis Et audivi angelum aquarum dicentem : Justus es tu qui es et qui eras sanctus, quod hæc judicaveris : quoniam sanguinem sanctorum et prophetarum effuderunt, et sanguinem ipsis dedisti ut biberent, quia digni sunt. Et audivi alium de altari dicentem : Profecto, Domine, Deus omnipotens, vera et justa sunt judicia tua.*

Hinc quoque ostenditur angelos præesse elementis, quorum unum dicit in aquis laudare Deum ob transgressorum dignam ultionem, qui manus suas coinquinarunt sanguine sanctorum : etiam antea sane, sed maxime tunc tempore Antichristi : propter quod ob vehementem sanguinis sitim ipsos audentes vocavit. Nam corruptis fluminibus ac fontium scaturigine, quomodo aliunde possent sitim curare?

*Et audivi angelum aquarum.* Non gentibus tantum præfectæ **782** sunt divinæ virtutes, juxta legislatorem Mosen, sed et mundi elementis, quemadmodum hæc revelatio divinitus nos docet. Porro inter ea quæ dixit angelus qui in aquis erat, *justus* dicitur Deus, quod mercedem condignam designet; *qui es*, quod fine careat : *qui eras*, quod initio : *sanctus*, quod sublatus ab eo sit omnis mortalis affectus : ideo etiam hæc indicavit, ut qui sanguinem sanctorum effuderant, sanguinem biberent : sanctorum vero, qui videlicet afflicti fuerant ab Antichristi propugnatoribus : prophetarum autem, nempe Enoch et Eliæ, quandoquidem illos quoque occident. Quomodo vero sanguinem bibent? Quoniam necessitate compulsi qui tempore belli circa flumina committunt prælium, frequenter fœdatam sanguine aquam bibunt, ex eorum qui moriuntur interemptione.

*Et audivi alium de altari.* Conformia loquitur hic de altari cum eo qui erat in aquis. Hic autem potest et ipse Christus intelligi, quod etiam in ipso et per ipsum offerantur Deo et Patri rationalia holocausta et vivæ hostiæ, quas ex Apostolo offerre didicimus. Possunt quoque angelicæ virtutes intelligi, ut quæ nostras orationes ac spiritualia sacrificia in sublime ferant. Dictum est autem altare, per figuram quæ a continenti comprehendat contentum. Ab hoc igitur rationali et ministeriali altari factam ait fuisse vocem quæ justificaret judicia, ut quæ omnem rationem ac mentem excedant.

## ΚΕΦΑΛ. ΜΘ'.

*Ὅπως διὰ τῆς τετάρτης καυματίζονται οἱ ἄνθρωποι.*

*Καὶ ὁ τέταρτος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ*

## CAPUT XLIX.

*Quod per quartam plagam æstu exurantur homines.*

XVI, 8, 9. *Et quartus effudit phialam suam in so-*

*lem : et datum est illi æstu affligere homines per ignem. Et æstuaverunt homines æstu magno, et blasphemaverunt homines nomen Dei qui habet potestatem super has plagas, neque resipuerunt ut darent ipsi gloriam.*

**783** Utrovis modo quis hæc accipiat : aut sensu allegorico, aut quod re vera contingant, sensum habebit semper non dissonum a veritate. Sive enim solem existimet diurnum esse cursum, quo molestiæ et anxietates comprehendent quotidie lascive ac improbe degentes, ut convertantur : sive etiam quod idem sol siccitate et anxietate ac desperatione molestiarum, quales in bello soleut contingere, suo ardore efficacius æstuare faciet : quod et ipse cruciet, suggerens iis conversionem : nihil erit differentiæ, dum ex utraque interpretatione in uno et eodem intelligentiæ receptaculo sedes figatur.

*Qui habet potestatem super has plagas.* Ἐξουσίαν (quod nos cum cæteris interpretibus vertimus *potestatem*) vocat Domini adventum, qui ad hoc præstabit suum secundum adventum, ut reddat unicuique juxta opera sua.

## CAPUT L.

*Quod per quintam plagam regnum bestiæ obscuretur.*

XVI, 10, 11. *Et quintus effudit phialam suam super thronum bestiæ : et obscuratum est regnum ejus : et commanducaverunt linguas suas præ dolore, et blasphemaverunt Deum cœli propter dolores istos, et propter ulcera sua, et non resipuerunt ab operibus suis.*

Phialam vocat iram. Solemus enim in conviviis humaniter invicem nos excipere phialis sive calicibus, per vinum quod in ipsis repositum est confirmantes convivium : cujus contrarium conciliat phiala ab hoc effusa (Dei namque furore plenum est poculum effusum) in regnum bestiæ : siquidem thronum dicit regnum, bestiam vero Antichristum. Porro obtenebratum ait ipsius regnum, quod phialæ facta effusio, propter doloris vehementiam. Possent quoque regnum intelligi qui Antichristo subjecti sunt.

## 784 CAPUT LI.

*Quod per sextam plagam via per Euphraten aperitur regibus orientalibus.*

XVI, 12-14. *Et sextus angelus effudit phialam suam in flumen magnum Euphraten, et siccata est aqua ejus, ut præpararetur via regibus qui sunt ab ortu solis. Et vidi ex ore draconis et ex ore bestiæ et ex ore pseudoprophetæ spiritus immundos tres in modum ranarum. Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa.*

(52) Τὸ ἐκ Θεοῦ ποτήριον ed.

τὸν ἥλιον, καὶ ἐδόθη αὐτῷ καυματίσαι ἐν πυρὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἐκαυματίσθησαν οἱ ἄνθρωποι καῦμα μέγα, καὶ ἐβλασφήμησαν οἱ ἄνθρωποι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ τοῦ ἔχοντος ἐξουσίαν ἐπὶ τὰς πληγὰς ταύτας, καὶ οὐ μετενόησαν δοῦναι αὐτῷ δόξαν.

Ταῦτα ὁποτέρως ἄν τις ἐκλάβοι, ἀλληγορίας λόγοις, φημὶ, ἢ καὶ ἐνεργείᾳ πραγμάτων, οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος ἀπενεχθείη. Εἴτε γὰρ ἥλιον τὸν τῆς ἡμέρας εἰληθεία δρόμον καθ' ὃν ἑκάστοτε τὰ δυσχερῆ καὶ κατάγχοντα τοὺς ἀσελγαίνοντας πρὸς ἐπιστροφὴν καταλήψεται, ἢ καὶ αὐτὸν τὸν ἥλιον αὐχμῷ καὶ συνοχῇ καὶ ἀπορίᾳ τῶν κατὰ πόλεμον χαλεπῶν τῷ παρ' αὐτοῦ φλογμῷ δραστικώτερον καυματίσαντα, ὅτι καὶ ὁ αὐτὸς μαστίζει ἐπιστροφὴν αὐτοῖς μνώμενος, οὐδὲν διοίσει ἀφ' ἑκατέρας ἐκδοχῆς πρὸς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ κατάλυμα τῆς ἐννοίας αὐλίζεσθαι.

*Τοῦ ἔχοντος ἐξουσίαν ἐπὶ τὰς πληγὰς ταύτας.* Ἐξουσίαν τὴν τοῦ Κυρίου καλεῖ παρουσίαν, ὃς ἐπὶ τοῦτο τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν ποιεῖται πρὸς τὸ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

## ΚΕΦΑΛ. Ν'.

*Ὅπως διὰ τῆς πέμπτης πληγῆς ἡ βασιλεία τοῦ θηρίου σκοτίζεται.*

*Καὶ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν θρόνον τοῦ θηρίου, καὶ ἐγένετο ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐσκοτωμένη, καὶ ἐμασσῶντο τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐκ τοῦ πόνου, καὶ ἐβλασφήμησαν τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ ἐκ τῶν πόνων αὐτῶν, καὶ ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐτῶν, καὶ οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν.*

Φιάλην τὴν ὀργὴν καλεῖ. Εἰώθαμεν γὰρ ἐν τοῖς συμποσίοις φιάλαις δεξιοῦσθαι ἀλλήλους τῷ ἐν αὐταῖς τεθησαυρισμένῳ οἴνῳ τὴν εὐωχίαν κρατύνοντες, οὗ ἀπεναντίας ἡ παρὰ σοῦ φιάλη ἐκχεθεῖσα προξενεῖ [θυμοῦ γὰρ πλήρες Θεοῦ τὸ ἐκχυθὲν ποτήριον (52)] ἐπὶ τὴν βασιλείαν τοῦ θηρίου. Θρόνον γὰρ τὴν βασιλείαν φησὶ· θηρίον δὲ τὸν Ἀντίχριστον· ἐσκοτισμένην δὲ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ φησιν, ἢ ἡ τῆς φιάλης ἐκχυσις ἐποίησε, τῇ ὑπερβολῇ τῆς ὀδύνης. Δύναιο δ' ἄν καὶ βασιλείαν νοῆσαι, τοὺς ὑπὲρ τὴν βασιλείαν τοῦ Ἀντιχρίστου τεταγμένους.

## ΚΕΦΑΛ. ΝΑ'.

*Ὅπως διὰ τῆς ἕκτης ἡ ὁδὸς διὰ τοῦ Εὐφράτου τοῖς ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου βασιλεῦσιν ἀνοίγεται.*

*Καὶ ὁ ἕκτος ἄγγελος ἐξέχεεν αὐτοῦ τὴν φιάλην ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν μέγαν Εὐφράτην, καὶ ἐξηράνθη τὸ ὕδωρ αὐτοῦ, ἵνα ἑτοιμασθῇ ἡ ὁδὸς τῶν βασιλέων τῶν ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου. Καὶ εἶδον ἐκ τοῦ στόματος τοῦ δράκοντος, καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ θηρίου, καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ψευδοπροφήτου, πνεύματα ἀκάθαρτα τρία ὡς βατράχους. Εἰσὶ γὰρ πνεύματα δαιμονίων ποιοῦντα σημεῖα.*

Ὀλιγωθῆναί φησι τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, πρὸς πάροδον τῶν βασιλέων τῆς γῆς, εἰς τὸν κατάλληλον πόλεμον. « Ἐγερθήσεται γὰρ, » φησὶν ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις, « ἔθνος ἐπὶ ἔθνος καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν. » Τούτους δὲ ἐκ τῶν Σκυθικῶν μερῶν εἶναι τοῦ Γὼγ καὶ Μαγὼγ εἰκός. Οὐκ ἀπογνωστέον δὲ καὶ τὸν Ἀντίχριστον ἐκ τῶν ἀνατολικῶν μερῶν τῆς Περσίδος ὁρμᾶσθαι, ἔνθα ἡ φυλὴ τοῦ Δὰν ἐκ ῥίζης Ἑβραίων, ἅμα καὶ ἑτέροις βασιλεῦσιν ἢ μεγιστᾶσιν, ἐπεὶ καὶ κατὰ τούτων τὸ βασιλικὸν ἔσθ' ὅτε τάττεται ὄνομα, ὡς ἐν τῷ, « Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, » οὐκ ὄντος μέντοι βασιλέως τοῦ Πιλάτου. Περαιοῦσθαι δὲ τὴν Εὐφράτην, ἢ ψυχικὸν ἢ σωματικὸν ἐπάξοντας θάνατόν φησι· ψυχικὸν, διὰ τὸ ἐνεργείᾳ δαιμόνων καὶ παραχωρήσει Θεοῦ, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, εἰς δοκίμιον τῶν ἑαυτοῦ θεραπόντων, οὐχ ὡς ἀγνοοῦντος, ἀλλ' εἰς φανέρωσιν τοῖς ἄλλοις τῶν ἑαυτῷ προσανεχόντων, ἢ μὴ, ἐξάγοντος τὰ τοιαῦτα συμβαίνειν. Σωματικὸν δὲ τῶν ἐκ γῆς ζώντων ἀξίων διαλελοιπέναι, ὡς μὴ καὶ αὐτὴν τοῖς μιαροῖς ἔργοις αὐτῶν ἐξαχρειοῦν, ἔργον οὖσαν ἀγαθοῦ ποιητοῦ καὶ χωρίον ἀνεπηρέαστον τοῖς ἐναμίλλως τοῦ πεποιηκότος βιοῦν ἡτοιμασμένοις.

A Imminutum fuisse dicit flumen Euphraten ad transitum regum terræ in mutuum bellum. Nam « Exsurget, » ait Dominus in Evangeliis, « gens in gentem et regnum in regnum [84]. » Porro hos ex Scytharum esse partibus Gog et Magog verisimile est. Neque etiam reprobandum est ab orientalibus Persidis partibus Antichristum exoriri, ubi tribus Dan e radice Hebræorum commoratur simul cum cæteris regibus aut primatibus : quoniam his quoque interdum regium nomen attribuitur, ut cum dicitur, « Astiterunt reges terræ [85]. » Siquidem Pilatus non erat vere rex. Transire autem Euphraten ait inducentes aut animæ aut corporis mortem : animæ quidem, eo quod talia operatione dæmonum ex permissu Dei contingant : magis autem ipso B quoque Deo illos educente ad probationem famulorum suorum : non quod ignoret, sed ut aliis manifestum faciat qui ad se accedant et qui non. Corporis vero mortem, in his qui digni sunt ut de terra viventium deleantur, ne ipsam quoque suis nefariis operibus corrumpant, quæ boni opificis opus est et regio innoxia, his qui diverso modo vivere parati sunt, juxta id ad quod facti sunt.

*Καὶ εἶδον ἐκ τοῦ στόματος τοῦ δράκοντος πνεύματα ἀκάθαρτα τρία.* Προσυπακουστέον τὸ ἐξιόντα, ἵν' ᾖ· Εἶδον ἐκ τοῦ στόματος τῶν τριῶν ἐξιόντα πνεύματα ἀκάθαρτα τρία, ὡς βατράχους. Ἐκ τούτων δείκνυται, τὸν μὲν διάβολον, ὡς δράκοντα ἐν τῷ ἰδίῳ προσώπῳ δείκνυσθαι, τὸν Ἀντίχριστον δὲ ὡς θηρίον, τὸν ψευδοπροφήτην δὲ ἕτερον παρὰ τὸν Ἀντίχριστον. Καὶ δράκοντα μὲν τὸν διάβολον, διὰ τὸ κεχρῆσθαι σκολιοῖς τοῖς κινήμασι, θηρίον δὲ, τὸν Ἀντίχριστον. Οὐ γὰρ ἀνθρωπίνως τὴν ἀνθρωπείαν ὑποδὺς (53) πρόεισι φύσιν, θηριωδῶς δέ. Τὸν ψευδοπροφήτην δὲ αὐτὸ τοῦτο ὅπερ ἐστὶ, ψεύδεια κατὰ τὸν ποιητὴν εἰπεῖν, εἰδότα ἐτύμοισιν ὅμοια. Τούτων ἑκάστου τῶν στομάτων ἰσάριθμά φησιν ἀποβλύζεσθαι ἀκάθαρτα πνεύματα βατράχοις ὅμοια, ἀλλ' οὐ βατράχους. Πρῶτον, ὡς τῆς τραχείας τούτων βοῆς οὐ πρός τινα εἰς Θεὸν ὕμνον οἵας τε οὔσης παραλαμβάνεσθαι, ἀλλὰ ταραχὰς καὶ θορύβους προσποριζούσης, ὡς ἔθος ἀεὶ τῶν δαιμονίων καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν τῷ βορβορώδει βίῳ ἐμφιλοχωρούντων, ὥσπερ ἀπ' ἐναντίας τῶν Θεῷ φίλων τῷ σκληρῷ (54) χαιρόντων καὶ τῷ καρτερικῷ τῆς ψυχῆς, ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς καὶ ἐξομολογήσεσι μεγαλύνειν τὸν Θεόν. Τῷ τριαδικῷ δὲ ἀριθμῷ καὶ οἱ φθορεῖς καὶ τὰ ἀπὸ τῶν στομάτων αὐτῶν ἐξοχετευόμενα δαιμόνια, ἵνα τῷ ἀριθμῷ τούτῳ ἀπατῶσι, ὡς τῇ πανυμνήτῳ ἁγίᾳ Τριάδι εὐαρεστεῖσθαι.

*Εἶδον ἐκ τοῦ στόματος τοῦ δράκοντος πνεύματα ἀκάθαρτα τρία.* Subaudiendum est egredientes, ut sit sensus : Vidi ex **785** ore trium egredientes spiritus immundos tres in modum ranarum. Ex his ostenditur diabolum quidem veluti draconem in propria persona significari, Antichristum vero tanquam bestiam, C pseudoprophetam autem alterum præter Antichristum. Et draconem quidem diabolum, eo quod obliquis utatur motibus : bestiam vero Antichristum, ut qui non humano more conversetur in humana natura, sed magis ferino more : pseudoprophetam autem hoc ipsum quod est, nempe qui in modum poetæ mendacia dicere novit veris similia. Ex uniuscujusque horum ore dicit pari numero scaturire immundos spiritus ranis similes, sed non ranas : primum quod aspera horum vox non possit ad aliquam Dei laudem assumi, sed ad turbationes ac tumultus excitandos : quodque semper moris sit dæmonibus ac peccatoribus fetida ac cœnoienta vita delectari, quemadmodum ediverso Dei amicis quod duro gaudeant, et animi tolerantia ac fortitudine, D hymnis et canticis ac confessionibus Deum magnificent. Ternario autem numero sunt et corruptores et quæ ab ore eorum egrediuntur dæmonia, ut hoc numero fallerent, quasi laudatissimæ ac sanctissimæ Trinitati grati essent.

*Ἃ ἐκπορεύεται ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς οἰκουμένης ὅλης, συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς τὸν πόλεμον τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος. Ἰδοὺ ἔρχομαι ὡς κλέπτης. Μακάριος ὁ γρηγορῶν, καὶ τηρῶν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἵνα μὴ γυμνὸς περιπατῇ, καὶ βλέπωσι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτοῦ. Καὶ συνήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον τὸν καλούμενον Ἑβραϊστὶ Ἑρμαγεδών.*

XVI, 14-16. *Quæ egrediuntur ad reges universi orbis ut congregent eos ad prælium magni illius diei omnipotentis Dei. Ecce venio sicut fur. Beatus est qui vigilat, et qui servat vestimenta sua, ne nudus incedat, et videant turpitudinem ejus. Et congregavit eos in locum qui dicitur Hebraice Ermagedon.*

[84] Matth. XXIV, 7. [85] Psal. II, 2.

(53) ᾠδὺς vulgatus textus.

(54) Legebatur κλήρῳ, *quod sorte sua gaudeant.*

Egrediuntur ut in unum educant ad præliandum in se mutuo. Signa vero, inquit, quæ per dæmones fiunt ut regibus furorem bellicum immittat, ostendunt scopum diei illius magni qui non alius est quam secundus Domini adventus. An non magnus est qui in lucem immitit ea quæ ab unoquoque peracta sunt? Non adversus diem bellum est : quod enim bellum esset adversus solaris cursus administrationem? sed adversus hos qui hujus diei timore continue turbati, facti sunt de sorte et acie Dei : **786** unde etiam vestimentis salutis induti sunt, et indumento lætitiæ, quæ non aliud sunt quam virtutes, quamdam præ se ferentes majestatem, manifesto splendore interiorem hominem lætificantes.

A Ἐκπορεύεται πρὸς τὸ κατάλληλον συγκροτῆσαι πόλεμον. Τὰ δὲ διὰ τῶν δαιμόνων, φησὶν, ἐνεργούμενα σημεῖα, τοῦ εἰς οἶστρον πολεμικὸν ἐμβαλεῖν τοὺς βασιλεῖς, σκοπὸν ἐμφαίνει τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς μεγάλης, ἥτις οὐκ ἄλλη εἰ μὴ ἡδευτέρα τοῦ Κυρίου παρουσία. Καὶ πῶς οὐ μεγάλη, ἡ τὰ ἕκαστῳ πεπραγμένα ἐκπέμπουσα εἰς φῶς; Οὐ πρὸς τὴν ἡμέραν δὲ ὁ πόλεμος, (τίς γὰρ πόλεμος ἀνθρώποις πρὸς ἡλιακοῦ δρόμου ἐπιστασίαν; ) ἀλλὰ πρὸς τούτους, οἳ τῆς ἡμέρας ταύτης τῷ φόβῳ διηνεκῶς συγκροτούμενοι, τῆς τοῦ Θεοῦ μοίρας γεγόνασιν, ἐξ οὗ καὶ ἱμάτια σωτηρίας ἐνεδύσαντο, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης, ἅτινα οὐκ ἄλλο ἢ αἱ θεοπρεπεῖς ἀρεταὶ, τῇ ἐκφανεῖ περιλάμψει, τὸν ἐντὸς (55) κατευφραίνουσαι ἄνθρωπον.

*Beatus est qui vigilat, et qui servat vestimenta sua.* Permansit in tropo qui est de fure, ideo etiam vigilantiam et vestimentorum custodiam fieri dixit, ne pereant per inanem gloriam. Nam vestimenta dicit virtutes, ne horum abjectione nudi inventi aut sordidi, indigni judicemur divinis nuptiis.

B *Μακάριος ὁ γρηγορῶν, καὶ τηρῶν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ.* Ἐπέμεινε τῇ τροπῇ τοῦ κλέπτου. Διὸ καὶ φυλακὴν καὶ ἐγρήγορσιν εἴρηκε γίνεσθαι τῶν ἱματίων, ὅπως μὴ ἀπόλωνται διὰ κενοδοξίας. Ἱμάτια γὰρ τὰς ἀρετὰς καλεῖ, ἵνα μὴ τῇ τούτων ἀποβολῇ, γυμνοὶ εὑρεθέντες ἢ καὶ ῥυπῶντες, ἀνάξιοι κριθῶμεν τοῦ θείου γάμου.

*Et congregravit eos in locum.* Malignos spiritus dicit in quodam loco accumulasse eos qui tunc ab ipsis seducti fuerint : locum autem intellige hic tempus. In hoc igitur tempore inventi hi qui a malignis spiritibus decepti fuerint, separationem a se mutuo acquirent. Nam hoc intelligendum præbet Hebraica vox Ermagedon si in nostram linguam transmutetur. Et quænam erit separatio? Divini Spiritus divisio, qui tota hac vita apud unumquemque hominem manet, sic ut ne perdi quidem aut abjici possit : robur præstans dum non declinamus ad meliora. Postquam autem transitus a rebus præsentibus ad ea quæ certe vera sunt et perpetua, circa tempus mortis incubuerit, ab his in quibus divinum munus acceptum inventum fuerit occisum, auferetur, parta per operationis segnitiem separatione, et juxta severitatem evangelicam, pars ejus qui fuerit judicio damnatus cum hypocritis ponetur.

*Καὶ συνήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον.* Τὰ πονηρὰ λέγει πνεύματα ἔν τινι τόπῳ συμφορῆσαι τοὺς τηνικάδε ὑπ' αὐτῶν ἀπατηθέντας. Τόπον γὰρ νῦν τὸν καιρὸν ἀκουστέον. Τῷ καιρῷ τοίνυν τούτῳ οἱ ὑπὸ πονηρῶν πνευμάτων ἀπατηθέντες καταλαμβανόμενοι, τεύξονται διακοπῆς. Τοῦτο γὰρ Ἑρμαγεδὼν ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις εἰς τὴν Ἑλλάδα διαπορθμευομένη νοεῖν παρέχει. Καὶ τίς ἡ διακοπή; Ἡ τοῦ θείου διαίρεσις χαρίσματος, ὅπερ ἀνθρώπῳ παντὶ παρὰ πᾶσαν τὴν παροῦσαν ζωὴν ἀναποβλήτως συμπαρεδρεῦον ἐπίρρωσιν παρέχει ταῖς πρὸς τὰ κρείττω ἡμῶν ἀπονεύσεσιν. Ἐπειδὰν δὲ ἡ ἀπὸ τῶν ἐνθένδε μετάβασις ἐπὶ τὰ ὄντως ἀληθῆ καὶ αἰώνια ἐπιστῇ κατὰ τὸν τοῦ θανάτου καιρὸν, ἐν οἷς ἀργὸν τὸ θεῖον χάρισμα εὑρεθῇ, διαιρεῖται τὸ ἀπὸ τοῦδε ἀφ' οὗ λαβεῖν ἀξιωθέντος, νωθεία ἐργασίας τὴν ἀφαίρεσιν προεξένησεν, καὶ κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν ἀποτομίαν, τὸ μέρος τοῦ καταδίκου μετὰ τῶν ὑποκριτῶν τίθεται.

C

## CAPUT LII.

### *Quod per septimam plagam grando et terræmotus fiant adversus homines.*

## ΚΕΦΑΛ. ΝΒ'.

### *Ὅπως διὰ τῆς ἑβδόμης χάλαζα καὶ σεισμὸς κατὰ τῶν ἀνθρώπων γίνεται.*

XVI, 17-19. *Et septimus angelus effudit phialam suam in aerem. Et exivit vox magna a templo cœli de throno, dicens : Factum est. Et facta sunt fulgura et tonitrua et voces, et terræmotus magnus qualis non fuit a tempore quo homines fuerunt super terram, talis terræmotus adeo magnus. Et divisa* **787** *est civitas magna in tres partes, et civitates gentium ceciderunt.*

D *Καὶ ὁ ἕβδομος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ἀέρα. Καὶ ἐξῆλθε φωνὴ μεγάλη ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ θρόνου, λέγουσα· Γέγονε. Καὶ ἐγένοντο ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ καὶ φωναὶ καὶ σεισμὸς μέγας, οἷος οὐκ ἐγένετο, ἀφ' οὗ οἱ ἄνθρωποι ἐγένοντο ἐπὶ τῆς γῆς, τηλικοῦτος σεισμὸς οὕτω μέγας. Καὶ ἐγένετο ἡ πόλις ἡ μεγάλη εἰς τρία μέρη, καὶ αἱ πόλεις τῶν ἐθνῶν ἔπεσον.*

Ilic in aerem effudit phialam, eo quod omnis pestifera corruptio ex aere producatur, idque coruscationibus ardentibus et tonitribus resonantibus. A divino autem templo facta est vox, hoc est, ab his qui diviniori modo ad sacra sunt adducti, qui-

Ἐπὶ τὸν ἀέρα οὕτως ἐξέχεεν, ὡς πάσης λοιμώδους διαφθορᾶς ἐκ τοῦ ἀέρος ὑφισταμένης, καὶ ἐν τούτῳ ἀστραπῶν σελαγιζομένων καὶ βροντῶν ἀπηχουμένων. Ἀπὸ τοῦ οὐρανίου δὲ ναοῦ ἡ φωνὴ γέγονε, τουτέστιν, ἀπὸ τῶν θειοτέρως μυσταγωγουμένων, ὧν οὐκ

(55) Ἐκτός vulg.

ἄλλος κατάρχει, ἢ μόνος ὁ ὑπερουσίως ἁπάντων ὑπερκείμενος γενετάρχης Θεός. Τοῦτο γὰρ ὁ θρόνος βούλεται παριστᾷν.

*Καὶ ἐγένοντο ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ καὶ φωναὶ καὶ σεισμός.* Ἀστραπαὶ καὶ βρονταί, ἀπ' οὐρανοῦ. Φωναὶ δὲ τῶν ἐπὶ γῆς ἀπὸ τοῦ δέους τῶν καταπληκτικῶν γινομένων. Σεισμὸς δὲ, κλόνος τῆς γῆς, ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἐν τοῖς σημείοις τοῦ τέλους περιέχεται. Ἢ σεισμὸν λέγει, τὴν μεταποίησιν καὶ μεταβολὴν τῶν φθαρτῶν ἐπὶ τὸ ἄφθαρτον, ὃ ἔσται ἀπὸ τῆς δευτέρας Χριστοῦ παρουσίας. Τὸ δὲ, *οἷος οὐ γέγονεν.* Οὐδέπω γὰρ τοιαύτη μεταλλαγὴ γέγονε φθαρτοῦ κόσμου ἐπὶ τὸ ἄφθαρτον καὶ διαιωνίζον.

*Καὶ ἐγένετο ἡ πόλις ἡ μεγάλη.* Περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ εἰρῆσθαί τινες ἐξεδέξαντο ταῦτα, οὐχ οὕτω πλήθει ἀνθρώπων καὶ κτισμάτων μεγαλοπρεπῶν τῷ μεγαλείῳ αὐχούσῃ, ὡς τόῖς Χριστοῦ πάθεσι καὶ τῇ κατὰ Χριστὸν ἐπιδημίᾳ. Δι' ἃ καὶ ἀντιδιαστέλλεται τῶν λοιπῶν πόλεων, ἃς καὶ ἐθνικὰς τῇ Γραφῇ ἔθος καλεῖν. Τοῦ γὰρ Ἰσραὴλ χωρὶς, τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἔθνη εἰωθε προσαγορεύειν. Ταύτης δὲ ἡ εἰς τρία μέρη διαίρεσις τὸ τῶν ἐν αὐτῇ κατοικούντων σημαίνειν διάφορον βούλεται, Χριστιανῶν, Ἰουδαίων, Σαμαρειτῶν. Οὐκ ἄκαιρον δὲ πόλιν μεγάλην τὸν παρόντα κόσμον ὑπολαμβάνειν, εἰς τρία μέρη ἀφοριζόμενον ἀπὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας, εἰς τὸν τῆς Ἑλληνικῆς ἐπικρατείας καιρὸν, εἰς τὸν τῆς ὑπὸ Χριστιανῶν βασιλέων ἐξουσίας, καὶ εἰς τὸν ὑπὸ τοῦ Ἀντιχρίστου τῆς ἐπιδημίας. Πόλεις δὲ τῶν ἐθνῶν αἱ πίπτουσαι, ἤτοι αἱ διάφοροι περὶ τὴν εὐσεβῆ πίστιν ὑπολήψεις τῇ διαφωνίᾳ τὸ εὔπτωτον κληρούμεναι· ἢ καὶ αὐταὶ αἱ πόλεις.

*Καὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη ἐμνήσθη ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, δοῦναι αὐτῇ τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, καὶ πᾶσα νῆσος ἔφυγε, καὶ ὄρη οὐχ εὑρέθησαν. Καὶ χάλαζα μεγάλη ὡς ταλαντιαία καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους· καὶ ἐβλασφήμησαν οἱ ἄνθρωποι τὸν Θεὸν ἐκ τῆς πληγῆς τῆς χαλάζης, ὅτι μεγάλη ἐστὶν ἡ πληγὴ αὐτῆς σφόδρα.*

Βαβυλῶνα, οὐ τὴν Ῥώμην λέγει τὴν παλαιὰν, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ κατὰ τοὺς Ἑλληνικοὺς χρόνους πολλοὺς τῶν ἁγίων μαρτύρων παθεῖν τὰ ἀνήκεστα· οὐ τὸν ἅπαντα κόσμον κἂν ἔχῃ τινὰ ἀποδοχὴν, οὗτος ὁ λόγος, εἰρῆσθαι γὰρ αὐτὸν Βαβυλῶνα καὶ μεγάλην, ἅτε ἐκ τῶν τοῦ βίου περισπασμῶν εἰκαίων τὸ μεγαλεῖον ἐσχηκότα· εἰ γὰρ ὁ κόσμος διὰ τῆς Βαβυλῶνος ὑπεσημάνθη, τίς ἡ διαστολὴ τῶν νήσων ἀπὸ τοῦ κόσμου, μέρος οὐσῶν τοῦ κόσμου καὶ αὐτῶν; Λείπεται οὖν ἑτέραν (56) ὑπονοεῖν Βαβυλῶνα εἰκότι λόγῳ· καὶ τίς αὕτη; Οὐκ ἄλλη, ἢ ἡ Κωνσταντίνου, ἐν ᾗ πάλαι δικαιοσύνη ἐκοσμήθη, νῦν δὲ ἐν αὐτῇ φονεύεται, ἐκ παραλλήλου ἀμίλλης, τῶν πολιτικῶν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἐξισωθῆναι σπευδόντων, μᾶλλον δὲ οὐκ ἰσωθῆναι, εἰ μήτις ἐξ αὐτῶν ἄρῃ τὸ ἀριστεῖον εἰς μείζονα θείου θυμοῦ ἄναψιν. Διὸ καὶ ἡ ἀπαθὴς φύσις

bus non alius præsidet quam solus ille qui supersubstantiali modo cunctos supereminet, primus parens Deus; nam id significare sibi vult thronus.

*Et facta sunt fulgura et tonitrua et voces et terræ motus.* Fulgura et tonitrua de cœlo, voces autem ab his qui in terra præ timore consternati erant: terræ motus vero, hoc est quassatio ac turbatio terræ, nam hujusmodi finem signa obtinere solent. Aut terræ motum dicit transpositionem et mutationem a corruptibilibus ad incorruptibilia, quod erit a secundo Christi adventu. Ait autem, *qualis non fuit:* nondum enim talis facta est mutatio a corruptibili mundo ad incorruptibilem et sempiternum.

*Et divisa est civitas magna.* Nonnulli acceperunt ut hæc de Jerusalem dicerentur: non adeo propter hominum multitudinem aut maximam jactantiam magnificarum possessionum, quantum propter Christi passionem ac peregrinationem; propter quod etiam ex adverso distinguit reliquas civitates, quas moris est in Scriptura vocare gentilitias: nam reliquos homines ab Israelitis solet gentes appellare. Hujus autem in tres partes divisio vult designare diversitatem eorum qui in ea habitabant, nempe Christianorum, Judæorum, Samaritanorum. Non fuerit tamen intempestivum civitatem magnam accipere præsentem mundum in tres partes divisum ab adventu Christi: puta in tempus imperii Græcorum, in tempus potestatis regum Christianorum, et in tempus adventus sub Antichristo. Porro cadentes gentium civitates, aut variæ sunt circa fidei pietatem opiniones, quæ ob sui discordiam facile decidunt, aut ipsæ quoque civitates.

XVI, 19-21. *Et Babylon magna venit in memoriam coram Deo, ut daret ipsi poculum vini indignationis iræ suæ. Et omnis insula fugit, et montes non sunt inventi.* **788** *Et grando magna quasi talenti pondere descendit de cœlo in homines: et blasphemaverunt homines Deum propter plagam grandinis, quod magna esset plaga ejus vehementer.*

Babylonem dicit non veterem Romam, quanquam in ea temporibus Græcorum multi sancti martyres indigna passi sint; non mundum universum, quanquam hunc sensum nonnulli commendent, cum dictus sit Babylon et magna Babylon, ut qui magnitudinem habeat ex vanis hujus vitæ occupationibus ac distractionibus: nam si mundus per Babylonem significatus esset, quæ esset insularum differentia a mundo, cum et ipsæ sint pars mundi? Reliquum est igitur ut aliam verisimili intelligentia Babylonem intelligamus; et quæ est hæc? Certe non alia quam Constantinopolis, in qua olim justitia colebatur, nunc autem in ea sunt homicidæ ex mutua contentione: dum cives ecclesiasticis æquari nituntur, imo vero non æquari, sed quispiam ipsorum præmium accipiat ad majo-

(56) Ἑτέρῳ... λόγῳ vulg.

rem divinæ iræ accensionem : ideo quoque natura impassibilis affectibus moveri credita est, ut etiam poculum vini indignationis iræ daretur Babyloni. Quænam autem sint et insulæ, sermones audire possumus illius sancti (57), qui dicit Ecclesias ex gentibus antea constitutas et firmitatem accipientes. Et quæ est fuga? Non alia quam quæ facta est eo quod abundaverit iniquitas et refrixerit charitas; quæ charitas, fideles colligando in unum propter Deum, et ab infidelium conversatione abstrahendo, tribuebat ut e suo mari emergerent ; qua relicta necesse est insulas aufugere ut desinant esse insulæ : cum quibus una quoque montes a terrenis sublevati, ob humanam prudentiam quæ in ipsis erat, e medio sublati sunt imitatione cohabitantium, qui infeliciter humi decumbebant, et sublimem ac cœlestem prudentiam perdiderant.

*Et grando magna descendit de cœlo.* Grandinem e cœlo defluxisse dicit, tanquam illatam a Deo iram. Talenti vero pondere, hoc est consummatæ p rfectionis, propter excessum maximum in peccatis, cui etiam correspondens adductum quoque est supplicium ad conversionem.

## CAPUT LIII.

**789** *De uno ex septem angelis qui ostendit Evangelistæ subversionem civitatis meretricis, et de septem capitibus decemque cornibus.*

XVII, 1-3. *Et venit unus de septem angelis qui habebat septem phialas, et locutus est mecum, dicens : Veni, ostendam tibi judicium meretricis magnæ quæ sedet super aquas multas, cum qua scortati sunt reges terræ, et inebriati sunt qui habitant in terra de vino prostitutionis ejus. Et abstulit me spiritu in desertum : et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem et cornua decem.*

Judicium vocat vivendi modum ac dispositionem. Meretricem vero non adeo convenienter veterem Romam intelligere debemus, sicut præsentem mundum, qui et innumerabili sanguine et pluribus regibus abundat quam Roma, ut qui ab initio judicatus sit fornicarie agere, fornicationem agendo non turpem solummodo corporum commistionem, verumetiam omnem a Deo declinationem. Quidam vero alii præsentem revelationem discutientes, meretricem interpretati sunt veterem Romam, aut universale regnum quod ad secundum usque Domini adventum protenditur : aquas vero gentes quibus imperat et imperabit, in quibus robur suum collocat. Quod autem aquas ad gentes referre consuevit Scriptura, audi Dei progenitorem qui illud quod ait : « A vocibus aquarum multarum [56], » de gentibus intelligit.

[56] Psal. xcii, 4.

(57) *Gregorii.*

A παθαίνεσθαι ὑπωπτεύθη, ὡς καὶ τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς τῇ Βαβυλῶνι δοθῆναι. Τίνες δὲ καὶ αἱ νῆσοι, τοῦ θείου τῶν λόγων ἀκούειν ἔστι τὰς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐκκλησίας ἄρτι καθισταμένας καὶ πῆξιν φάσκοντος λαμβανούσας. Καὶ τίς ἡ φυγή; Οὐκ ἄλλη εἰ μὴ ἡ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν καὶ ψυγῆναι τὴν ἀγάπην γενομένη. Ἥτις ἀγάπη διὰ Θεὸν συνδήσασα τοὺς πιστοὺς, καὶ τῆς τῶν ἀπίστων ἀφελκύσασα συναυλίας, τῇ ἑαυτῆς ἐπινήχεσθαι παρέσχε θαλάσσῃ. Ἧς ἐκλελοιπυίας, ἀνάγκη καὶ τὰς νήσους τοῦ εἶναι νήσους ἀποδιδράσκειν. Αἷς καὶ τὰ ὄρη τῶν ἐν αὐταῖς ἀπὸ τῶν περιγείων μετεωρισθέντα φρονημάτων ἀνθρωπίνων συνηφανίσθησαν τῇ τῶν συνοίκων παραζηλώσει τῶν τὸ χαμερπὲς δυστυχούντων, καὶ τὸ ὑψηλὸν καὶ οὐ B ράνιον φρόνημα ἀπολωλεκότων.

*Καὶ χάλαζα μεγάλη καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.* Τὴν χάλαζαν οὐρανόθεν κατερράχθαι φησὶν ὡς θεήλατον ὀργήν. Τὸ δὲ ταλαντιαῖον, τὸ τέλειον, διὰ τὴν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ἀκρότητα, ᾗ ἐνάμιλλον καὶ ἡ τιμωρία πρὸς ἐπιστροφὴν ἐκκαλουμένη.

## ΚΕΦΑΛ. ΝΓ'.

*Περὶ τοῦ ἑνὸς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων δεικνύντος τῷ Εὐαγγελιστῇ τὴν τῆς πόρνης πόλεως καθαίρεσιν· καὶ περὶ τῶν ἑπτὰ κεφαλῶν, καὶ τῶν δέκα κεράτων.*

*Καὶ ἦλθεν εἷς ἐκ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόν* C *των τὰς ἑπτὰ φιάλας, καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ λέγων· Δεῦρο δείξω σοι τὸ κρῖμα τῆς πόρνης τῆς μεγάλης, τῆς καθημένης ἐπὶ τῶν ὑδάτων πολλῶν, μεθ' ἧς ἐπόρνευσαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ ἐμεθύσθησαν οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἐκ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς. Καὶ ἀπήνεγκέ με εἰς ἔρημον ἐν πνεύματι, καὶ εἶδον γυναῖκα καθημένην ἐπὶ θηρίον κόκκινον, γέμον ὀνομάτων βλασφημίας, ἔχον κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα.*

Κρῖμα τὴν διαγωγὴν καὶ τὴν διοίκησιν καλεῖ. Πόρνην δὲ οὐχ οὕτω τὴν παλαιὰν Ῥώμην ἐπιτευκτικῶς χρὴ ἀκούειν, ὡς τὸν παρόντα κόσμον, ὃς καὶ αἵμασιν ἀμυθήτοις καὶ βασιλεῦσι πλείοσι Ῥώμης ἐνευθηνεῖται, ὡς ἐξ ἀρχῆς κεκρικότα πορνικῶς D διακεῖσθαι, πορνείας οὐ τῆς αἰσχρᾶς συμπλοκῆς τῶν σωμάτων μόνης νοουμένης, ἀλλὰ καὶ πάσης ἀπὸ Θεοῦ ἐκκλίσεως. Ἕτεροι δέ τινες τῶν τὴν προκειμένην ἀποκάλυψιν ἐπισκεψαμένων, πόρνην τὴν παλαιὰν ὑπειλήφασιν Ῥώμην, ἢ τὴν καθ' ὅλου βασιλείαν μέχρι τῆς δευτέρας παρατείνουσαν τοῦ Κυρίου παρουσίας· ὕδατα δὲ τὰ ἔθνη, ὧν ἄρχει τε καὶ ἄρξει, ἐπ' αὐτῶν τοῦ ἱδρύσθαι τὸ κράτος ἔχουσα. Ὅτι δὲ τὰ ὕδατα εἰς ἔθνη ἡ θεία Γραφὴ οἶδεν ὑποβάλλειν, ἄκουσον (58) τοῦ θεοπάτορος τὸ, « Ἀπὸ φωνῶν ὑδάτων πολλῶν, » εἰς ἔθνος ἐκλαμβάνοντος.

(58) Ὅτι δὲ τὰ ὕδατα εἰς ἔθνη λογιστέον, ἄκουσον, etc. vulg.

*Μεθ' ἧς ἐπόρνευσαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς.* Οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς οὗτοί εἰσιν οἱ γηΐνοις φρονήμασι πρὸς τὸ συρφετὸν τοῦ παρόντος βίου κατακυλισθέντες. Οἱ δ' αὐτοὶ καὶ ἐμεθύσθησαν, τῷ μὴ ἐκ μικρᾶς καὶ τῆς τυχούσης χρήσεως, ἀλλ' ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος, ἐμφορηθῆναι τῆς ἀσεβείας.

*Καὶ ἀπήνεγκέ με εἰς ἔρημον ἐν πνεύματι.* Τὴν ἐσομένην ἐν τοῖς πνευματικοῖς ἐρήμωσιν ἡ θεωρία αἰνίττεται, ἣν ὡς γυναῖκα ἰδεῖν φησι διατεθλυμένην καὶ ὡς πόρνην καὶ ἀνανδρον, μηδὲν ἔχουσαν σωφροσύνης γνώρισμα. Τὸ δὲ ἐν πνεύματι ἀπενεχθῆναι, τί ἂν ἄλλο σημαίνοιεν, ἢ τὸ μὴ πραγματικῶς κατ' ἐνέργειαν ταῦτα ὁρᾷν, ἀλλὰ θεωρητικῶς ἠξιῶσθαι; Ἀφ' οὗ καὶ ἄλλης γυναικὸς ἴνδαλμα χρηματισθῆναι ἐπὶ θηρίον κόκκινον καθημένην, γυναῖκα τὸν καιρὸν καθ' ὃν ταῦτα διεξάγεται παριστῶν, καθ' ὃν τῷ διαβόλῳ καὶ αἱμοχαρεῖ (τοῦτο γὰρ τὸ κόκκινον χρῶμα δηλοῦν βούλεται) ὁ διὰ πονηρῶν πράξεων ἐνεργούμενος ἐπαναπαύεται, τῆς καθέδρας τοῦτο νοεῖν ὑποβαλλομένης. Ὀνόματα δὲ βλασφημίας, τὸ τῷ Θεῷ πρέπον σέβας τῷ διαβόλῳ ἀνατιθέναι.

*Καὶ ἡ γυνὴ ἦν περιβεβλημένη πορφύραν καὶ κόκκινον, κεχρυσωμένη χρυσίῳ καὶ λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίταις, ἔχουσα ποτήριον χρυσοῦν ἐν τῇ χειρὶ αὐτῆς γέμον βδελυγμάτων καὶ τῶν ἀκαθάρτων τῆς πορνείας τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῆς ὄνομα γεγραμμένον, μυστήριον· Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἡ μήτηρ τῶν πορνειῶν καὶ τῶν βδελυγμάτων τῆς γῆς. Καὶ εἶδον τὴν γυναῖκα μεθύουσαν τοῦ αἵματος τῶν ἁγίων, ἐκ τοῦ αἵματος τῶν μαρτύρων Ἰησοῦ. Καὶ ἐθαύμασα ἰδὼν αὐτὴν θαῦμα μέγα. Καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος· Διὰ τί ἐθαύμασας;*

Πορφύραν, διὰ τὸ κατ' ἐξουσίαν ὡς ὑπὸ βασιλίδι πάντα τολμᾶσθαι. Κόκκινον, διὰ τὸ πολλῶν ἁγίων αἵματα ἐκχεῖσθαι. Κεχρυσωμένη δὲ, καὶ χρυσίῳ καὶ λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίταις, ὅτι ὡς βασιλίδα ὁ λόγος ταύτην κοσμεῖ κόσμῳ βασιλείῳ. Μεταξὺ γὰρ τῶν ἁπηνῶν καὶ ἀνεξουσιαζομένων ἔστιν ἐνορᾷν τοῖς ἐπηρεαζομένοις ὡς χρυσίον μὲν ἀκίβδηλον ἐπανθοῦσαν τὴν κατὰ Χριστὸν πίστιν, ὡς λίθον δὲ τιμαλφῆ τῇ διαφανείᾳ τὸ στερρὸν ἑαυτοῦ ἐκπομπεύοντα τοῖς ἀγνοοῦσιν, ὡς μαργαρίτας δὲ, τῷ ἐκ τῆς πολυκύμονος τοῦ βίου τῶν πειρασμῶν θαλάσσης ἀναδῦναι, καὶ τῷ βασιλείῳ Χριστοῦ διαστήματι ἐναρμοσθῆναι. Τὸ δὲ χρυσοῦν ποτήριον, χρυσοῦν μὲν διὰ τὸ τὸν καιρὸν ὡς βασιλείῳ κρατεῖσθαι δυνάμει, ἐν τῇ χειρὶ δὲ, διὰ τὸ ἐνεργὸν τῶν ὑποτιθεμένων. Ποτήριον δὲ ἴσως εἰς ἔνδειξιν ὅτι οὐ κατὰ κόρον, ἀλλ' ἐν δίψῃ τῆς ἑαυτῶν ἀπωλείας τὴν κακίαν μετέρχονται. Διὸ τὰ βδελύγματα ἑαυτῆς, τουτέστι, τὰ βδελυκτὰ τῷ Θεῷ ἐπιτηδεύματα ἐπλήθυναν, οἷς ἡ φιλαμαρτήμων πληθὺς ποτίζεται, ὡς ἡδὺ πόμα σπῶσα τὴν βδελυκτὴν τῆς ἁμαρτίας μέθην καὶ τῆς ἐκ Θεοῦ πορνείας τὴν βεβήλωσιν.

*Καὶ τῶν ἀκαθάρτων τῆς γῆς.* Πορνεία γῆς, οἱ τοῖς γηΐνοις προστετηκότες. Οὐ γὰρ πορνεύειν ἔδω-

A *Cum qua scortati sunt reges terræ.* Reges terræ hi sunt, qui terreno sensu ad vulgaria præsentis vitæ devolvuntur. Hi autem etiam inebriati sunt, eo quod non ex modico et vulgato, sed magno usu præsentium satientur impietate.

*Et abstulit me spiritu in desertum.* **790** Illam desolationem contemplatio designat quæ futura est in spiritualibus, quam se vidisse ait tanquam mulierem, nempe effeminatam et veluti meretricem ac parum virilem, nullumque continentiæ signum habentem. Porro quod spiritu sublatus sit, quid aliud significare potest, nisi quod hæc non existimentur digna quæ realiter et ipso actu videantur, sed in contemplatione? Unde etiam alterius mulieris simulacrum oraculo significatum esse B ostendit, quæ super bestiam coccinam sedebat, mulierem intelligens tempus quo hæc designantur, in quo is qui pravis actionibus exercetur, diabolum sanguine gaudentem (nam hoc significare vult color purpureus) oblectat, quod cathedra intelligendum suggerit. Nomina vero blasphemiæ dicuntur, attribuere diabolo cultum Deo debitum.

XVII, 4-7. *Et mulier erat circumdata purpura et coccino, inaurata auro et lapide precioso et margaritis, habens poculum aureum in manu sua plenum abominationibus et immunditiis fornicationis terræ; et super frontem suam nomen scriptum, mysterium: Babylon magna, mater fornicationum et abominationum terræ. Et vidi mulierem ebriam sanguine sanC ctorum, de sanguine martyrum Jesu. Et miratus sum cum viderem illam admiratione magna. Et dixit mihi angelus: Quare miraris?*

Purpura, eo quod potestative omnia audeat in modum reginæ: coccino, eo quod multorum sanctorum effundat sanguinem: inaurata vero et auro et lapide pretioso et margaritis, quia hanc tanquam reginam adornat sermo ornatu regio. Nam inter crudeles et potestatem exercentes conspicere datur Christi fidem tanquam purum aurum fulgentem, tanquam lapidem pretiosa perspicuitate ostentantem suam firmitatem his qui illam ignorant, tanquam margaritas vero emergentes e mari hujus D vitæ procellis tentationum agitatæ, et regio Christi diademati aptari. Poculum autem aureum: aureum quidem, eo quod tempus veluti regia firmetur potentia; in manu vero, propter **791** efficaciam eorum quæ statuuntur; poculum autem, fortassis ad ostendendum quod non ex satietate, sed siti suæ perditionis vitia appetant. Ideo quoque suas abominationes multiplicaverunt, id est, abominanda Deo studia, quibus multitudo peccatorum amica potatur, quæ abominandam peccati ebrietatem et fornicationis a Deo contaminationem sorbet veluti suavem potionem.

*Et immunditiis fornicationis terræ.* Fornicatio terræ sunt hi qui terrenis agglutinati sunt. Neque

enim natura dedit terræ scortari, cum sit creatura inanima et insensata. Porro super frontem scriptum esse nomen, significat absque ullo rubore operari exsecranda. Matrem vero fornicationum vocans, rursum quamcumque volueris, sive veterem Romam, sive novam, sive tempus vitæ Antichristi, a vero aberrare non poteris : eo quod singulæ imperium susceperunt aliarum civitatum, et unaquæque satiata est sanguine sanctorum martyrum.

A κεν ἡ φύσις γῇ τῷ ἀψύχῳ καὶ ἀναισθήτῳ δημιουργήματι. Τὸ δὲ ἐπὶ τὸ μέτωπον γεγράφθαι ὄνομα, τὸ ἀπηρυθριασμένως δηλοῖ πράττειν τὰ ἀπαίσια. Μητέρα δὲ τῶν πορνῶν κἂν θῇς, ἣν ἂν βούλῃ πάλιν, εἴτε τὴν παλαιὰν Ῥώμην, εἴτε τὴν νέαν, εἴτε τὸν καιρὸν τῆς ἐπιδημίας τοῦ Ἀντιχρίστου, οὐκ ἂν ἁμάρτῃς τοῦ ἀληθοῦς, διότι ἀμφότεραι τὸ κράτος ἀνεδέξαντο τῶν ἄλλων πόλεων, καὶ ἑκάστη κόρον ἔσχε τῶν ἁγίων μαρτύρων τοῦ αἵματος.

*Et miratus sum.* Verisimile erat bonum et humanum virum, et majori quam dici possit mansuetudine dotatum, cum feritatem intueretur bestialium hominum, maximo stupore fuisse occupatum : nam hoc demonstrat quod ait, *admiratione magna.* Quod autem beatus hic Joannes Theologus simplicioribus ac mansuetis esset moribus, ipsius docet historia (quam in fine hujus libri ex Græco versam reddidimus).

*Καὶ ἐθαύμασα ἰδών.* Εἰκὸς ἦν ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ χρηστὸν καὶ πραΰτητι οὐδ' ὅσῃ εἰπεῖν συγκροτούμενον ἀγριότητα ὁρῶντα θηριωδῶν ἀνθρώπων μὴ ὑπερβαλλούσῃ ἐκπλήξει κατάσχετον γενέσθαι. Τοῦτο γὰρ τό, *μέγα θαῦμα*, ἐμφαίνει. Ὅτι δὲ ἁπλοϊκὸς τὸ ἦθος ὁ μακάριος οὗτος Ἰωάννης ὁ Θεολόγος, ἡ περὶ B αὐτοῦ ἱστορία διδάσκει.

## CAPUT LIV.

*Quod angelus visum ab ipso mysterium interpretatus sit.*

XVII, 7-11. *Ego dicam tibi mysterium mulieris et bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem et cornua decem. Bestia quam vidisti fuit et non est, et ascensura est de abysso, et in perditionem vadit. Et admirabuntur habitantes in terra, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ a constitutione mundi, videntes bestiam quæ erat et non est et aderit. Hic est intelligentia quæ habet sapientiam. Septem capita septem montes* **792** *sunt super quos mulier sedet, et* C *septem reges sunt. Quinque ceciderunt, unus est, et alius nondum venit ; et cum venerit, oportet illum ad breve tempus manere. Et bestia quæ erat et non est, et ipse octavus est, et de septem est, et in interitum vadit.*

## ΚΕΦΑΛ. ΝΔ'.

*Ὅπως ὁ ἄγγελος τὸ ὁραθὲν αὐτῷ μυστήριον ἡρμήνευσεν.*

*Ἐγώ ἐρῶ σοι τὸ μυστήριον τῆς γυναικὸς, καὶ τοῦ θηρίου τοῦ βαστάζοντος αὐτὴν, τοῦ ἔχοντος τὰς ἑπτὰ κεφαλὰς καὶ τὰ δέκα κέρατα. Τὸ θηρίον ὃ εἶδες ἦν καὶ οὐκ ἔστι, καὶ μέλλει ἀναβαίνειν ἐκ τῆς ἀβύσσου, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει. Καὶ θαυμάσονται οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὸ βιβλίον τῆς ζωῆς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, βλέποντες ὅτι ἦν τὸ* C *θηρίον καὶ οὐκ ἔστι, καὶ παρέσται. Ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν. Αἱ ἑπτὰ κεφαλαὶ ἑπτὰ ὄρη εἰσὶν, ὅπου ἡ γυνὴ κάθηται ἐπ' αὐτῶν, καὶ βασιλεῖς εἰσιν ἑπτά. Οἱ πέντε ἔπεσον, ὁ εἷς ἐστιν, ὁ ἄλλος οὔπω ἦλθε. Καὶ ὅταν ἔλθῃ, ὀλίγον δεῖ αὐτὸν μεῖναι. Καὶ τὸ θηρίον ὃ ἦν καὶ οὐκ ἔστι, καὶ αὐτὸς ὄγδοός ἐστι, καὶ ἐκ τῶν ἑπτά ἐστι, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει.*

Bestia est diabolus : cœpit et non est, tanquam ea quæ sub lance proposita sunt ut omnino transeant. Ideo fuit, inquit, bestia quæ nunc non subsistit, unde manifestum est quod sit diabolus, juxta id quod dictum est : « Principium viarum Domini[97]. » Nunc autem non est, quia occisus est quoad efficaciam actionum, per adventum Christi : neque D enim quemadmodum ante hunc efficiebat ut filii hominum et filiæ per victimas offerrentur dæmonibus ipsorum, ita jam post Christi adventum potis est hæc efficere. Ascendere vero dicitur de abysso, per adventum Antichristi.

*Et in perditionem vadit.* Perditionem dicit, non ut non sit, sed condemnationem dicit ad gehennam.

*Et admirabuntur habitantes in terra.* Admirabuntur bestiæ præsentiam, non solum quod perierit et quomodo vixerit, sed etiam quod advenerit in signis erroris ac deceptionis. Et qui admirabuntur? Qui habitant in terra, de quibus ait Isaias : « Non cademus, inquiunt, sed cadent qui habitant in

Θηρίον ὁ διάβολος· ἤρξατο καὶ οὐκ ἔστιν, ὥσπερ ὑπὸ πίνακι προεκτεθειμένα ἐντελῶς διεξιέναι. Διό φησιν, Ἦν τὸ θηρίον, οὐ νῦν ὑφιστάμενον. Ἀφ' οὗ δῆλον, ὡς ὁ διάβολός ἐστιν· « Ἀρχὴ γὰρ πλασμάτων τοῦ Κυρίου, » κατὰ τὸ εἰρημένον. Οὐκ ἔστι δὲ νῦν, ὅτι ἀποκτανθεὶς τὰς ἐνεργείας τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐπιδημίᾳ. Οὐ γὰρ ὡς πρὸ ταύτης ἐνήργει υἱοὺς ἀνθρώπων καὶ θυγατέρας τοῖς ἑαυτοῦ δαίμοσι διὰ θυσιῶν παρασκευάζεσθαι, οὕτως ἤδη ταῦτα καὶ μετὰ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν οἷός τε ἐνεργεῖν. Ἀναβαίνειν δὲ λέγεται ἐκ τῆς ἀβύσσου, τῇ ἐπιδημίᾳ τοῦ Ἀντιχρίστου.

*Καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει.* Ἀπώλειαν, οὐ τὴν ἀνυπαρξίαν, ἀλλὰ τὴν ἐν γεέννῃ κατάκρισιν λέγει.

*Καὶ θαυμάσονται οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς.* Θαυμάσονται τὴν τοῦ θηρίου παρουσίαν, οὐ μόνον ὅτι ἀπόλωλε καὶ πῶς ζῇ, ἀλλὰ καὶ ὅτι παραγέγονεν ἐν τέρασιν ἀπάτης. Τίνες δὲ θαυμάσονται; Οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, περὶ ὧν καὶ Ἡσαΐας φησίν· « Οὐ πεσούμεθα, ἀλλὰ πεσοῦνται οἱ ἐνοικοῦντες ἐπὶ

[97] Job XL, 14.

τῆς γῆς. » Τοιοῦτοι δὲ οἱ ἀστήρικτον ἔχοντες τὴν βάσιν, ἅτε μὴ ἐπὶ τὴν πέτραν Χριστὸν τεθεμελιωμένοι. Θαυμάσονται οὖν καὶ νῦν οὗτοι οἱ διὰ τὸ χαμερπὲς οὐδὲ τῇ βίβλῳ (59) τῶν ζώντων ἐγράφησαν.

A terra [58]. » Tales autem sunt qui firmum non habent fundamentum, ut qui non sunt ædificati supra petram Christum. Admirabuntur igitur et nunc qui in libro viventium non sunt scripti, eo quod terrenis rebus incumbant.

*Αἱ ἑπτὰ κεφαλαὶ ἑπτὰ ὄρη εἰσίν.* Ὄρη εἰσὶν, ὅπου ἡ γυνὴ κάθηται. Γυναῖκα ἔφθημεν εἰρηκότες ὡς τὸν φθαρτὸν τοῦτον βίον φησὶ θῆλυν καὶ μηδὲν ἀνδρικὸν ἐπιφαίνοντα. Ὄρη δὲ καὶ κεφαλὰς ἑπτὰ, τόπους ἡγούμεθα ἐν ὑπεροχῇ καὶ δυναστείᾳ κοσμικῇ τοὺς λοιποὺς ἐξέχοντας, ἐφ' οὓς κατὰ καιροὺς τὴν τοῦ κόσμου βασιλείαν ἐστηρίχθαι ἐγνωμεν. Ὡς πρῶτον ἐν Νινευῇ τὴν τῶν Ἀσσυρίων [ἀρχὴν· δεύτερον ἐν Ἐκβατάνοις τὴν Μήδων δυναστείαν ἀπὸ Ἀρβάκου κρατήσασαν τῶν Ἀσσυρίων (60)], ὧν τὸν βασιλέα Σαρδανάπαλον κρατήσας ὁ Ἀρβάκης καθεῖλε. Μετὰ τούτους ἐν Βαβυλῶνι τὸ Χαλδαίων κράτος ὑπερεῖχεν, ὧν Ναβουχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς ἐβασίλευσεν. Εἶτα μετὰ τὴν τούτων καὶ τῶν Μήδων κατάλυσιν, ἐν Σούσαις ὑπὸ Κύρου τῆς Περσῶν βασιλείας καθισταμένης, [μετὰ δὲ τὴν ταύτης ὑπὸ Ἀλεξάνδρου καθαίρεσιν,] ἡ τῶν Μακεδόνων ὑπεισῆλθεν ἀρχή. Ἐκ τούτων ἡ ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ καὶ ἰσχὺς, ἐπὶ μὲν Αὐγούστου Καίσαρος μετὰ τοὺς πρώην βασιλεῖς αὐτῆς καὶ ὑπάτους μοναρχήσασα, ὑπὸ δὲ ἀσεβῶν μέχρι Κωνσταντίνου κατασχεθεῖσα, ὧν μετὰ τὴν κατάλυσιν εἰς τὴν νέαν Ῥώμην τὰ τῶν φιλοχρίστων βασιλέων μετηνέχθη βασίλεια. Κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν, καὶ τοὺς ἑπτὰ βασιλεῖς ἐκδεκτέον τῆς ἐναλλαγῆς τῶν γενῶν, ἀρσενικοῦ, λέγω, καὶ θηλυκοῦ, μηδὲν παρεμποδιζούσης τῆς διανοίας τὴν ταυτότητα, εἰ ἐκεῖ μὲν θηλυκῶς τὰς κεφαλὰς καὶ ἑπτὰ ὄρη οὐδετέρως, ἐνταῦθα δὲ βασιλεῖς ἑπτὰ ἐσήμανεν. Οὐδὲν γὰρ ἡ Γραφὴ περὶ τούτων εἰωθε μικρολογεῖσθαι.

*Septem capita septem montes sunt.* Montes sunt ubi mulier sedet : mulierem, ut diximus, mortalem hanc vitam ait, quæ velut effeminata est et nihil virile demonstrans. Montes vero et capita septem existimamus loca esse in sublimitate et potentatu mundano quæ cæteris eminentiora sunt, in quibus variis temporibus mundi imperium confirmatum fuisse cognovimus : quemadmodum primum Assyriorum in Ninive, secundum in Ecbatanis Medorum dynastiam quæ Assyrios Arbace duce superavit, quorum regem Sardanapalum devictum Arbaces occidit. Post hos Chaldæorum imperium in Babylone excelluit, quibus imperabat rex Nabuchodonosor. Deinde post horum ac Medorum eversionem, sub Cyro regnum Persarum in Susis constituitur; **793** post cujus ab Alexandro deletionem subingressum est regnum Macedonum. His successit Romanorum imperium et potestas in veteri Roma, quæ post priores quidem reges ac consules, cum sub Augusto Cæsare monarchiam accepisset, usque ad Constantinum ab impiis occupata est, post quorum dissolutionem in novam Romam translatum est imperium sub regibus Christum colentibus. Juxta eumdem intellectum septem quoque reges accipiendi sunt, mutatione generis, nempe neutrius et masculini, nullum ad intelligentiæ identitatem præstante impedimentum, si ibi quidem septem montes genere masculino aut capita neutro, hic autem septem reges masculino genere significavit : de his enim Scriptura nihil curiose scrutari solet.

*Καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες, δέκα βασιλεῖς εἰσιν, οἵτινες βασιλείαν οὔπω ἔλαβον, ἀλλ' ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς μίαν ὥραν λαμβάνουσι μετὰ τοῦ θηρίου. Οὗτοι μίαν ἔχουσι γνώμην, καὶ τὴν δύναμιν καὶ ἐξουσίαν αὐτῶν τῷ θηρίῳ διδόασιν. Οὗτοι μετὰ τοῦ ἀρνίου πολεμήσουσι, καὶ τὸ ἀρνίον νικήσει αὐτοὺς, ὅτι Κύριος κυρίων ἐστὶ, καὶ βασιλεὺς βασιλέων, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ κλητοὶ καὶ ἐκλεκτοὶ καὶ πιστοί. Καὶ λέγει μοι· Τὰ ὕδατα ἃ εἶδες, καὶ ἡ γυνὴ οὗ ἡ πόρνη κάθηται, λαοὶ καὶ ὄχλοι εἰσὶ, καὶ ἔθνη καὶ γλῶσσαι.*

*Decem cornua quæ vidisti decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem una hora tanquam reges accipiunt cum bestia. Hi unum habent consilium : et virtutem ac potestatem suam bestiæ tradiderunt. Hi cum agno pugnabunt, et agnus vincet eos, quia Dominus dominorum est et rex regum, et qui cum illo sunt vocati et electi ac fideles. Et dicit mihi : Aquæ quas vidisti ubi mulier meretrix sedet, populi et turbæ sunt et gentes et linguæ.*

Τὰ δέκα κέρατα, δέκα βασιλεῖς εἶναί φασιν ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἀναστησομένους ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς, ὧν ἐν μέσῳ ὁ Ἀντίχριστος ἀναστήσεται. Τὸ δὲ μὴ τὸ λαβεῖν αὐτοὺς βασιλείαν, ἀλλ' ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς καὶ μίαν ὥραν· τὸ μὲν ὡς βασιλεῖς διὰ τὸ ἀνέδραστον καὶ σκιώδες τῆς βασιλείας αὐτῶν φησι· τὸ δὲ μίαν ὥραν μετὰ τοῦ θηρίου, ὥραν, τὸ βραχὺ τοῦ χρόνου παριστᾷν βούλεται,

Decem cornua decem reges esse aiunt, qui ex Romano imperio consurgent postremis temporibus, in quorum medio consurget Antichristus. Non autem ait eos regnum accepturos, sed potestatem tanquam reges, idque una hora : tanquam reges sane, eo quod infirmum et obscurum erit regnum eorum ; una vero cum bestia, horam designare volens temporis brevitatem, sive illud quo anni hora

[58] Isa. xxvi, 18.

(59) Ἐπὶ τῇ βίβλῳ vulg.
(60) Inclusa hic et infra suppleantur ex codice Barocciano apud Cramerum.

complebitur, qua vincenti Antichristo subjicientur; aut etiam intelligitur vita quæ in deliciis agitur.

*Et agnus vincet eos..... et qui cum illo sunt vocati.* Merito cum Dominus dominorum sit et Rex regum, etiam propugnatores ejus sunt vocati, non vulgarem habentes vocationem, sed firmam, absolutam et immutabilem. Ideo quoque fideles dicuntur, **794** quia fideles uni Domino adhærent, cum non possint duobus dominis servire.

*Aquæ quas vidisti.* Antea de his diximus, quod tropice ac naturaliter terra sit ex aquis, et in aquis perseverat, in qua firmatus est corruptibilis hic mundus, et qui in humidis ac mollibus versatur deliciis. Omnino autem non alio quam hoc modo secundum humana genera intelligitur, quæ gentes sunt variis linguis distinctæ, et præterea regum conservata imperia : nam hoc significare vult cornu : a cornutis animalibus se tueantur, si quando opus est adversus alia animalia occurrere. Quemadmodum etiam regum dispositiones gentibus adversus gentes permanentiam in seipsis tribuunt, dum ad extraneos principatus non disperguntur.

XVII, 16-18. *Et decem cornua quæ vidisti in bestia, hi odio prosequentur meretricem, et desolatam facient illam et nudam, et carnes ejus comedent et ipsam igne concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant ipsius voluntatem : et faciant voluntatem unam, et dent regnum suum bestiæ donec compleantur sermones Dei. Et mulier quam vidisti est civitas magna quæ habet regnum super reges terræ.*

Quid significare velint cornua jam dictum est, et quod bestia sit diabolus : variat enim in significato bestiæ, alicubi Antichristum ita nominans, alias autem et Satanam. Reges igitur, inquit, qui antehac per operationem Satanæ crudeliter affecti erant erga agnum, Dei admonitione odio prosequentur meretricem, id est, voluptuosam in vita conversationem : desolatam quoque efficient idololatriam et delubris ac votivis privabunt : et carnes ipsius, hoc est, animalia ad idolorum victimas reposita, sibi ipsis recondent, omneque studium quod circa vana occupatum erat de medio tollent, ut quasi ab igne consumptum existimetur, omnesque clament : Ubi nunc sunt qui tunc vana cura occupabantur? Hæc autem omnia, ut proposuimus, non absque divino numine fieri aiunt, sed Dei providentia.

**795** *Et faciant unam voluntatem.* Quanquam concurrat horum studium Dei ad voluntatem, id tamen sicuti Deo curæ fuit, et juxta inscrutabilem providentiæ suæ profunditatem, serviet rebus perficiendis. Secundum hanc igitur concordiam a Deo datam, tradita bestiæ omnimoda potestate, efficiet ut bestia prævaleat in omnibus ad quæ debita ju-

ἤτοι δι' οὗ ἡ τοῦ ἐνιαυτοῦ ὥρα συντελεῖται, καθ' ἣν τῷ Ἀντιχρίστῳ τῷ ὑπερέχοντι ὑποταγήσονται· ἢ καὶ ὥραν, τὸν ἀπολαυστικὸν βίον νοητέον.

*Καὶ τὸ ἀρνίον νικήσει αὐτοὺς..... καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ κλητοί.* Εἰκότως ὡς καὶ Κύριος κυρίων καὶ Βασιλεὺς βασιλέων, καὶ ὑπασπισταὶ αὐτοῦ κληνοὶ, τὴν κλῆσιν οὐ κατὰ τὸ ἐπιτυχὸν ἔχοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸ καίριον καὶ διηκριβωμένον καὶ ἀμετάθετον. Διὸ καὶ πιστοί, ὅτι ὁ πιστὸς ἑνὶ προσανέχει Δεσπότῃ, οὐ δυνάμενος δυσὶ κυρίοις δουλεύειν.

*Τὰ ὕδατα ἃ εἶδες.* Προείρηται ἡμῖν περὶ τούτων, τροπικῶς καὶ φυσικῶς τὴν γῆν εἶναι ἐξ ὑδάτων, καὶ ἐν ὕδασι διατελοῦσαν, ἐν ᾗ ὁ φθαρτὸς οὗτος καὶ διύγροις ἡδοναῖς διαγόμενος ἥδρασται κόσμος. Πάντως δὲ οὐκ ἄλλως ἢ οὕτως παρὰ τὰ ἀνθρώπινα γένη νοεῖται, ἅπερ ἔθνη εἰσὶ τῇ διαφόρῳ φωνῇ διαστελλόμενα, πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὰ βασιλέων κράτη συντηρούμενα. Τοῦτο γὰρ τὸ κέρας δηλοῦν βούλεται, ἀπὸ τῶν κερασφόρων ζώων λαβὼν τὴν χρῆσιν, ὅτι κἀκεῖνα τοῖς κέρασιν ἑαυτῶν συντηρεῖται, εἴπου δεήσει πρὸς ἕτερα ζῶα διεξάγεσθαι. Ὥσπερ καὶ ἔθνεσι πρὸς ἔθνη αἱ τῶν βασιλέων διαταγαὶ τὸ καθ' ἑαυτὰ διαμένειν παρέχουσι μὴ πρὸς ἐκφύλους κυριαρχίας σκεδάζεσθαι.

ΙΓ'. [Ὅρα μοι τῆς Παρθένου τὴν καθαρὰν καὶ σοφὴν καὶ ψυχὴν ὁμοῦ καὶ φωνήν. Χαρὰν ἀκούσασα, οὐχ ἥπλωσε τὴν ἀκοήν, ἀλλ' ἐβασάνισε τὴν φωνήν· καὶ οὔτε φανερῶς ἀντιπίπτει διὰ τὴν ἀπιστίαν, οὔτε παντελῶς εὐθὺς ὑποπίπτει διὰ τὴν εὐκολίαν· ἀλλ' ἐξίσης φεύγουσα καὶ τὴν ἀπαλότητα τῆς Εὔας, καὶ τὴν ἀπείθειαν τοῦ Ζαχαρίου, μέση χωρεῖ διὰ τὴν ἀσφάλειαν· καὶ διαταράττεται μὲν, ὡς εἰκός· οὐ διὰ τὰ ὁρώμενα μᾶλλον· τοσοῦτον αὐτῇ τὸ παράστημα· ἄλλως τε καὶ τούτων οὖσα τῶν θεαμάτων ἤδη συνήθης, ἀλλὰ διὰ τὰ λεγόμενα. Ταῦτά τοι καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς οὐ τῇ θεωρίᾳ μᾶλλον, ἀλλὰ τῇ ἐπαγγελίᾳ τὸν τάραχον ἀποδίδωσι. *Διεταράχθη* γὰρ, φησὶ, *ἐπὶ τῷ λόγῳ.*] .... [Οὐχ ὁ τοκετός· ἔτι γὰρ ἠγνόει τοῦ μυστηρίου τὸ μέγεθος. Ἀλλ' ὅμως ἐδεδοίκει καὶ ἔτρεμε τὴν θείαν ὁμιλίαν καὶ κοινωνίαν, καὶ καθ' αὐτὴν ἠπόρει, ποταπή τις αὕτη καὶ ὅπως· ἆρα πορνική τις καὶ ἄτοπος, ὡς ἐξ ἀνδρὸς πρὸς κόρην· ἡ θεία, ἐπειδὴ καὶ Θεοῦ μνήμη αὐτῇ σύνεστι, τὸ, *Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.*]

XIII. [Sed præterea inspice, quæso, puram prudentemque Virginis mentem pariter ac linguam Quamvis gaudii vox insonaret, non arrexit aures, sed sermonem diligenter perpendit; tum vero neque incredulitate aperte obnititur, neque statim nimia quadam facilitate omnino cedit; sed ex æquo et ab Evæ mollitie, et ab incredula Zachariæ duritie declinans, in medio caute prudenterque consistit. Et conturbatur illa quidem, prout res ferebat; non adeo sane ex visis, licet tam tremendum id esset, quod oculis ipsi obversabatur, præsertim cum cernendis ejusmodi quoque visionibus jam fere assueta; sed utique conturbatur ex dictis. Ita profecto et evangelista, non tam ex visione, sed potius ex audito nuntio incussam esse turbationem tradit. Inquit enim : *Turbata est in sermone* [8] ..... [Itaque non eam in hunc angorem conjecit mentio partus; nondum enim perspectam magni illius mysterii rationem habebat. Verumtamen a divina illa allocutione conversationeque timebat, tremebatque, atque anxiis angebatur dubitationibus, cujusmodi illa foret, quove spectaret; num inhonesta ullo modo ac turpis, quippe quæ viri ad puellam, an vero divina, quoniam in ipso alloquio subjecta fuerat Dei mentio, illud nempe *Dominus tecum.*]

ΙΔ'. [Καίτοι τῆς κόρης μηδὲν εἰποὐσης, ἀλλ' ἐν ἑαυτῇ περὶ τοῦ ἀσπασμοῦ διαλογιζομένης, ὁ χαροποιὸς νυμφοστόλος, οἷα νοῦς τὸν νοῦν αὐτῆς ὁρῶν, οὐκ ἐκβάλλει μόνον τὸν φόβον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἀντεισάγει χαρὰν, καὶ μηνύει τὸν ἄφραστον τόκον· *Μὴ φοβοῦ*, φησί.] Τοῦτο διὰ τὸν πρὸ τοῦ τῶν ὠδίνων φόβον. *Τέξεις γὰρ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· — Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ.* Οὐχ ὅσον οὐδὲν αὐτὴ, φησὶν, ἐκ τοῦ τόκου πεῖσῃ δεινὸν ἢ πικρὸν, ἀλλὰ καὶ ὁ τόκος ἔσται παντὶ τῷ κόσμῳ σωτήριος· καὶ δῆλον τὸ ἔργον ἐκ τοῦ ὀνόματος. [Τὸ μέντοι, *Ἰδοὺ* τὸ τάχος καὶ τὸ νῦν δηλοῖ· ἵνα καὶ διὰ τούτου τὴν διὰ λόγου καὶ σὺν λόγῳ ἐμφήνῃ σύλληψιν.].... [Ἐπειδὴ δὲ ἔστι καὶ ἐν γαστρὶ κατὰ τὸν προφήτην τῇ γε πνευματικῶς νοουμένῃ Πνεῦμα συλλαβέσθαι Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα σωτηρίας ἀποτεκεῖν, ἀλλὰ σὺ, φησὶ, καὶ τέξεις υἱόν. [Σὺ οὖν, φησὶ, *καλέσεις* (οὐχ ὁ πατὴρ· ἀπάτωρ γὰρ τό γε κατὰ τὴν κάτω γέννησιν, ὥσπερ ἀμήτωρ κατὰ τὴν ἄνω), *σὺ καλέσεις Ἰησοῦν.* Ἀπὸ τῆς εὐεργεσίας ἡ ὀνομασία, ἀπὸ τῆς χρήσεως ἡ κλῆσις, ἀπὸ τῶν ἔργων ἡ εὐφημία· δι' αὐτοῦ γὰρ ἀνθρώποις ὁ τῆς σωτηρίας ἀνεξάντλητος ἐπιῤῥεύσει πλοῦτος.].... [Ἐπεὶ δὲ κοινὸν αὐτῷ τοῦτο καὶ πρὸς τὸν αὐτοῦ τύπον, τὸν στρατηγὸν καὶ δημαγωγὸν καὶ πρὸς τὴν τῆς ἐπαγγελίας γῆν ὁδηγὸν, διὰ τοῦτο δεικνὺς ὁ ἄγγελος, ὡς κατ' ἐκεῖνον ἔσται, ἐπάγει· *Οὗτος ἔσται μέγας....*] [*Δώσει τοίνυν αὐτῷ Κύριος τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ*, ὡς ἀνθρώπῳ, καὶ ὡς ἐντεῦθεν ἀρχομένῳ τῆς βασιλείας, διὰ τῶν πιστευόντων, οὓς καὶ οἶκον καὶ θρόνον ὀνομάζει Δαβίδ τε καὶ Ἰακώβ. Οὐδενὸς δέ ἐστι τὸ βασιλεύειν εἰς τὸν

XIV. [ Cum itaque Virgo nihil respondereret, verum secum ipsa de salutatione illa sedulo disquireret, paranymphus gaudii minister, quippe qui mentem illius, utpote mens, pervidebat, non modo timorem dispellit, sed plenum quoque gaudium contra ingeri, et ineffabilem ei partum annuntiat. *Ne timeas* [9], inquit .] Id enimvero dictum est propter timorem illorum dolorum qui parientibus olim intentati fuerunt. *Paries enim filium, et vocabis nomen ejus Jesum* [10] ; —*Ipse enim salvum faciet populum suum* [11]. Nedum, inquit, ipsa existimare possis, acerbum quidpiam aut molestum ex partu tibi impendere, imo vero partus tuus universo quoque mundo salutem afferet; et hujus quidem operis argumentum in ipso nomine prostat. [Enimvero illud *Ecce* declarat, nulla interposita mora et impræsentiarum rem actam; ut per id quoque palam faciat, conceptionem per verbum et cum verbo perfectam esse.]..... [ At vero, quandoquidem juxta prophetam contingit, ut in utero spirituali sane ratione intellecto, concipiatur etiam Spiritus Dei, ac pariatur Spiritus salutis, sed tu, inquit [12], paries etiam filium.] [ Tu igitur, inquit, *vocabis*, non vero pater; neque enim patrem secundum terrenam generationem habet, quemadmodum secundum cœlestem non habet matrem. *Vocabis* eum *Jesum*. Ex beneficentia est nominis nuncupatio, ex tributa gratia compellatio, ex operibus nominis celebritas: nam per ipsum in universos homines indeficientes salutis divitiæ dimanabunt. ]....[Quoniam vero commune hoc ei nomen erat cum illo, qui et typus ejusdem fuit, exer-

[8] Luc. I, 29. [9] Luc. I, 30. [10] ibid. 31. [11] Matth. I, 21. [12] Luc. I, 31.

cituum duce, et populi judice, atque in terram promissionis ductore (2), idcirco angelus, ut ostendat haud ei parem hunc fore, subdit: *Hic erit magnus*[13]...] [*Dabit* igitur *illi Dominus sedem David patris ejus*, tanquam homini, et quatenus regnum exinde auspicabitur e credentibus, quos etiam domum Jacob et thronum Davidis appellat. Nullius autem est regnare in æternum, nisi Dei solius; idcirco, etsi ratione incarnationis thronum Davidis accipere secundum formam hominis dicatur, attamen æternus quoque rex ipse agnoscitur in forma Dei, *et regni ejus non erit finis* [14], non modo quatenus est Deus, verum etiam quatenus homo, neque solum tanquam natura sua rex, sed regnum præterea adeptus ex voluntate primum quidem multorum, prorsus vero omnium ad finem seculi, quando *et omnia ipsi subjicientur* [15].]

A αἰῶνα, εἰ μὴ Θεοῦ· ὥστε εἰ καὶ λαμβάνειν διὰ τὴν οἰκονομίαν ἀνθρωπίνως λέγεται τὸν θρόνον Δαβὶδ, ἀλλ' ἔστιν ὁ αὐτὸς καὶ θεϊκῶς βασιλεὺς ἀτελεύτητος, *καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος*, οὐ καθὸ Θεὸς μόνον, ἀλλὰ καθὸ καὶ ἄνθρωπος, καὶ ὡς οὐ κατὰ φύσιν μόνον βασιλεὺς, ἀλλὰ βασιλεύσων καὶ κατὰ γνώμην, καὶ νῦν μὲν πολλῶν, ἐπ' ἐσχάτων δὲ καὶ πάντων, ἡνίκα *καὶ ὑποταγήσεται αὐτῷ τὰ πάντα*.]

XV. Sed age jam, quod reliquum est videamus, scilicet sponsæ ipsius et verba simul et animum, et quousque sapiens ipsa fuerit ac virginitatis studiosa. Illa neque omnino fidem angelo, propter multa veritatis indicia, abnuere, neque rursus in tanto puritatis studio a virginitate desciscere animum inducit; sed media diffidentiam inter ac promptum voluntatis obsequium manet, modumque hujus præter fidem conceptus et partus exquirit. *Quomodo*, inquit, *erit hoc mihi, quoniam virum non cognosco*[16]? [Videlicet, quomodo opus ejusmodi, non modo tam divinum et admirandum et captum mentis excedens, verum etiam sibi adeo minus cohærens, in me implebitur? Nam et quod forte virum cognoscere ipsa possim, id contingere omnino nequit, quippe voti religione Deo consecrata sum: quod vero quæpiam concipere ac parere sine viri consortio queat, id ex æquo inter impossibilia reponendum. Porro quod addidit, *quoniam virum non cognosco*, id prorsus etiam ad Josephum referebat, quippe quæ nuptiarum cum ipso jura solum usque ad sponsalia noverat, seque, utpote donarium Deo sacrum ac propterea tangi nefas, a viri consuetudine integram non solum in præsens; sed in perpetuum servare decreverat. Atque ita plane fidem illi quoque traditioni faciebat, quæ ad nos devenit a Patribus, Virginem non modo nuptiarum usum, sed ne desiderium quidem ejusdem novisse. Nullum, inquit, viri desiderium novi, nulla mihi carnis voluntas est. Quod quidem vel ex omni femineo sexu singulare illi fuit, quoniam et præ omnibus, et ex proposito voluntatis hisce inquinamentis inaccessæ, castitas in ea refulsit.] Exinde duplicem ea verba explicationem habent: vel enim generatim incerta (Virgo) hæret de conceptu ipso, utpote qui sine viri consuetudine haberi nequeat, vel etiam modum conceptus exquirit, undenam scilicet futurus sit. Nam sponsum equidem, inquit, Josephum novi, at virum nullo modo, quem nec habeo, nec utique habitura sum. Non enim ipsi datum est, ut quæ intacta

B ΙΕ'. Ἀλλ' ἴδωμεν λοιπὸν καὶ τῆς νύμφης αὐτῆς καὶ τὴν γλῶτταν ἅμα καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ ὅσον αὕτη σοφή τε καὶ φιλοπάρθενος. Οὔτε τῷ ἀγγέλῳ διαπιστεῖν ἔχει διὰ τὸ ἀξιόπιστον, οὔτε πάλιν τὴν παρθενίαν ἀρκεῖσθαι διὰ τὴν καθαρότητα· ἀλλὰ μέση χωρεῖ τῆς ἀπιστίας τε καὶ τῆς εὐκολίας, καὶ ζητεῖ τὸν τρόπον τῆς παραδόξου ταύτης συμφεύσεως ἢ κυήσεως. *Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;* [Πῶς τοίνυν ἔσται μοι τοῦτο τὸ θεῖον οὕτω καὶ θαυμαστὸν καὶ ἀπερινόητον, καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνακόλουθον; Τό τε γὰρ ἄνδρα με γνῶναι, καθάπερ Θεῷ καθιερωθεῖσαν, τῶν ἀμηχάνων· καὶ τὸ, χωρὶς ἀνδρὸς καὶ συλλαβεῖν καὶ τεκεῖν, τῶν ἀδυνάτων. Τὸ δὲ, *ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω*, εἶπε πάντως μὲν καὶ πρὸς τὸν Ἰωσὴφ ἀναφέρουσα, ὡς μέχρι μνηστείας μόνον εἰδυῖα τὸν αὐτοῦ γάμον, καὶ ὡς οὐ νῦν μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τέλους ἄχραντος ἐγνωκυῖα μένειν ἀνδρὸς, οἷα καὶ θεῖον καὶ ἄψαυστον ἀφιέρωμα. Πάντως δὲ κἀκεῖνον βεβαιοῦσα τὸν λόγον, ὃς ἐκ πατέρων εἰς ἡμᾶς ἦκει, ὅτι μὴ τὴν πεῖραν τοῦ γάμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἔφεσιν ἡ Παρθένος ἠγνόησεν. Οὐκ ἔγνωκα, φησὶν, ἐπιθυμίαν ἀνδρὸς, οὐκ ἔχω θέλημα τῆς σαρκός. Ὃ δὴ καὶ κατὰ πάσης αὐτῇ τῆς γυναικείας ἐξαίρετον φύσεως, ὅτι καὶ ὑπὲρ πάσας αὐτῇ καὶ ἐκ γνώμης ὅλως ἀνεπιδέκτου τῆς τοιαύτης κακίας ἡ σωφροσύνη· ὥστε] διπλοῦς ὁ λόγος· ἢ γὰρ ὅλως διαπορεῖται περὶ τὴν σύλληψιν, ὡς οὐ δυνατὴν ἄνευ ἀνδρὸς, εἴτε καὶ τὸν τρόπον αὐτὸν ἐπιζητεῖ τῆς συλλήψεως, ἐξ οὕτινος ἂν καὶ γένοιτο. Τὸν γὰρ Ἰωσὴφ μνηστῆρα μὲν οἶδα, φησὶν, ἄνδρα δὲ οὐδαμῶς, οὔτ' ἔχουσα, τάχα δὲ οὔθ' ἕξουσα. Οὐ γὰρ δὴ δέδοται καὶ τὸ ψαύειν αὐτῷ τῶν ἀψαύστων, οὐδὲ τὸν ἀποκεκλεισμένον κῆπον ἀποσυλᾷν, οὐδὲ τὸ ἐσφραγισμένον βιβλίον ἀποσφραγίζεσθαι. Σύμφωνα ταῦτα τῶν ἐν ἀποκρύφοις ἱστορουμένων· ὅτι τοσοῦτον ἐξελέγη μόνον ὁ Ἰωσὴφ ἐπ' ὀνόματι τῆς μνηστείας τὴν φυλακὴν αὐτῆς ποιεῖσθαι τῆς παρθενίας· οὐ γὰρ δὴ καὶ τὸ κοινωνῆσαι γάμων αὐτῇ ποτε, μὴ καὶ ἱεροσυλίαν κατακριθῶσιν ἀντικρυς, ἀποσυλῶντες τοῦ Θεοῦ τὸ ἀνάθημα.

[13] Luc. I, 32. [14] Luc. I, 33. [15] I Cor. XV, 28: Ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα... *Cum autem subjecta fuerint illi omnia*, etc. [16] Luc. I, 34.

(2) Intellige Jesum filium Nave.

sunt tangat, neque ut hortum conclusum deprædetur, neque ut consignatum librum resignet. Consona hæc sunt cum iis quæ in apocryphis narrantur, Josephum videlicet in hunc solummodo finem electum fuisse, ut desponsationis nomine virginitatis ipsius custodiam haberet, haud vero sane, ut cum ipsa in connubii quoque consuetudinem aliquando veniret; absit enim ut in donarium Deo devotum manus injicientes continuo vel sacrilegii damnarentur.

ΙϚ'. Τί οὖν ὁ νυμφαγωγός τε καὶ νυμφοστόλος; [Ὅρα, πῶς τῇ Παρθένῳ λύει τὴν ἀπορίαν ὁ ἄγγελος καὶ] πῶς αὐτῇ διερμηνεύει τὸν ἄφθαρτον γάμον, καὶ τὸν ἄφραστον τόκον [καὶ τὸν ἀκατάληπτον τρόπον], καὶ ἅμα μυσταγωγεῖ τὸ τῆς Τριάδος αὐτῇ μυστήριον· [Οὐ χρεία, φησὶν, ἀνδρός· οὐ γὰρ ὁμοίως ταῖς ἄλλαις τὰ σὰ, ὥσπερ οὐδὲ τὰ τοῦ Υἱοῦ τοῖς υἱοῖς. Οὐ γὰρ ἡ σὴ σύλληψις τῆς παρθενίας ἀφαίρεσις, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον σφραγὶς καὶ συντήρησις. Δέχου οὖν, ὦ Παρθένε, τὸ λεχθέν· μὴ ζήτει τὸ σιγηθέν. Τῷ τόκῳ μαρτυρῶ· τῷ πρόπῳ παραχωρῶ. Ἄγγελος γὰρ, οὐ διδάσκαλός σοι τῆς οἰκονομίας ἐλήλυθα· διάκονος καὶ κήρυξ τῆς Δεσποτικῆς ἀπεστάλην ἐπιδημίας, οὐκ ἑρμηνεὺς, οὐδ' ἐξηγητὴς τοῦ προστάγματος. Πῶς ἔσται τοῦτο, οἶδεν αὐτὸς ὁ παρὼν· ὅτι πάρεστιν, ἐπίσταμαι· τὸν δὲ τρόπον λέγειν, οὐ δύναμαι.] *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ (καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι).* [Οὐ γὰρ ἀνδρὸς, ἀλλ' ἁγίου Πνεύματος ἡ ἐπέλευσις, καὶ αὐτῆς τῆς τοῦ Ὑψίστου δυνάμεως ἡ ἐπισκίασις. Τὸ μὲν οὖν Πνεῦμα, φησὶν, ἐπελεύσεται] προοδοποιοῦν τῷ Υἱῷ τὴν εἴσοδον καὶ προενοικοῦν καὶ προκαθαῖρον αὐτῷ τὸν θάλαμον, μᾶλλον δὲ καὶ προσκαλλωπίζον, εἰ καὶ προκεκάθαρται καὶ προκεκαλλώπισται.

XVI. Quid itaque ille sponsæ adductor, nuptiarumque auspex angelus? [Vide quomodo a Virgine dubitationes abigat et] quomodo incontaminatas ipsi nuptias ineffabilemque partum [et incomprehensibilem ejusdem rationem] quasi interpres exponat, ac mysterium simul Trinitatis eam edoceat. [Nihil, inquit, opus est viro; neque enim tua cum aliis mulieribus, sicuti nec quæ sunt filii tui cum aliis filiis, quidquam commune habent. Conceptio tua haud sane virginitatis est funus, sed e converso obsignatio potius et custodia. Tene igitur, o Virgo, quod tibi revelatum; quod silentio est obvolutum, ne quæras. De partu fidem facio; de modo dicere mitto. Nuntius enim tibi dispensationis, non magister veni: minister et præco Dominici adventus missus sum, non interpres, neque explanator mandati. Quomodo futurum id sit, novit ipse qui adest: nam adesse eum, perspectum habeo; at modum edicere, mihi non suppetit]. *Spiritus sanctus superveniet in te (et virtus Altissimi obumbrabit tibi* [17]). [Non enim viri, sed Spiritus sancti erit adventus, et ipsius virtutis Altissimi obumbratio. Spiritus, ergo inquit, superveniet] qui Filio viam ingressumque præparet, ac prior in te sistat, tum thalamum illi præmundet, seu potius jam antea mundatum et exornatum splendidiori adhuc decore exornet.

*Καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι*· τοῦτο, καὶ ὁ Υἱὸς ἅμα καὶ ὁ Πατήρ· ὁ μὲν, ἡ δύναμις, ὁ Υἱός· ὁ δὲ, οὗπερ ἡ δύναμις, ὁ Πατήρ. *Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία.*

*Et virtus Altissimi obumbrabit tibi;* id est, et Filius simul et Pater; Filius est enim, qui virtus appellatur; Pater vero, cujus ille virtus dicitur. Nam *Christus Dei virtus est et Dei sapientia* [18]. *Et obumbrabit tibi:* obumbrabit te quidem Spiritus sanctus, sed obumbrabit et Filius, gratiæ donis jam a Spiritu quodammodo adumbratis etiam suos (per se) adjiciens colores, ipsas utique a Patre acceptas sui ipsius proprietates omnes; seu etiam, inquit, invisibilem suam formam in te quadam velut umbra circumscribet, nostram scilicet formam in te assumet; seu etiam, ipsum Patris signaculum, splendor [19], adumbratio etiam in te manifestabitur, omnes pariter paternas virtutes, seu umbras atque lineamenta in seipso circumferens [et filius tuus exsistens et vocatus, qui etiam Dei ac Patris est Filius].

Καὶ *ἐπισκιάσει σοι*· σκιάσει μὲν τὸ Πνεῦμα, ἐπισκιάσει δὲ Υἱὸς, καθάπερ ἐσκιαγραφημένοις τισὶν ἤδη παρὰ τοῦ Πνεύματος τοῖς χαρίσμασιν ἐπιβάλλων καὶ αὐτὰ τὰ χρώματα, αὐτὰ δὲ ἑαυτοῦ πάντα τὰ πατρικὰ γνωρίσματα· ἢ καὶ τὴν ἀθέατον αὐτοῦ, φησὶ, μορφὴν ἐν σοὶ καὶ σκιωδῶς περιγράψει, καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ἐν σοὶ μορφωθήσεται· ἢ καὶ ἡ τοῦ Πατρὸς αὐτὴ σφραγὶς, τὸ ἀπαύγασμα, τὸ ἀποσκίασμα, κἂν σοὶ διασημανθήσεται, πάσας ὁμοῦ τὰς πατρικὰς ἐνεργείας εἴτουν σκιὰς καὶ τοὺς χαρακτῆρας ἐν ἑαυτῷ περιφέρων [καὶ σὸς Υἱὸς, ὁ καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Υἱὸς, γινόμενος καὶ καλούμενος.]

XVII. Verum inspice, quæso, accuratum sermonem. Sancti Spiritus, inquit, adventus illuminationem tantummodo dicit per habitum; adventus vero Filii est præterea obumbratio, videlicet inhabitatio secundum substantiam, seu ipsa etiam carnis assumptio. *Ideoque et quod nascitur sanctum, vocabitur Filius Dei* [20]. Tum Filius Dei tum Filius hominis ipse et est et vocatur, non solum

ΙΖ'. Ἀλλὰ σκόπει μοι τὴν ἀκρίβειαν. Τοῦ μὲν Πνεύματος, φησὶν, ἡ ἐπέλευσις, μόνη ἡ κατὰ σχέσιν ἔλλαμψις· ἡ δὲ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐπισκίασις, ἤγουν ἡ κατ' οὐσίαν οἴκησις, ἢ καὶ ἡ τῆς σαρκὸς ἀνάληψις. *Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ.* Οὐ διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν μόνον ἕνωσιν, καὶ διὰ τὴν κατὰ χάριν θέωσιν ὁ αὐτὸς καὶ Υἱὸς Θεοῦ καὶ Υἱὸς ἀνθρώπου καὶ ὢν καὶ καλούμενος, ἀλλὰ

[17] Luc. I, 35. [18] I Cor. I, 24. [19] Hebr. I, 3. [20] Luc. I, 35.

propter unionem secundum hypostasim ac per deificationem secundum gratiam, sed etiam propter idiomatum communicationem; adeo ut et homini persæpe tribuantur, quæ natura sua sunt Dei propria, et vicissim Deo, quæ suapte natura sunt propria hominis, videlicet et propter arctissimam unionem et propter circuminsessionem.

A καὶ διὰ τὴν τῶν ὀνομάτων ἀντίπτωσιν, ὡς τοῦ μὲν ἀνθρώπου πολλάκις τὸ τοῦ φύσει Θεοῦ, τοῦ δὲ Θεοῦ τὸ τοῦ φύσει καλουμένου πάλιν ἀνθρώπου διὰ τὴν ἄκραν ἕνωσίν τε καὶ περιχώρησιν.

XVIII. [Cur nam vero (angelus) non dixit, *quod generatur ex te*, sed simpliciter, *quod generatur* [21]? Quia noverat, non mulieris, sed proprie ac primarie viri esse generationem. Et sane patris est generare; matris vero, cum receperit, generationem ad finem perducere, atque in lucem edere. Itaque ut ostenderet, prolem illam, generantem simul et genitam, non ipsi (Virgini) ex integro, neque etiam patri cuipiam, sed sibimetipsi deberi ut generaretur, propterea sic locutus est.] [Fidem, inquit (angelus), faustis hisce nuntiis alia faciant nuntia, hisce similia et miraculo stupenda, quæ per me et manifestantur et exsecutioni demandantur. Horum autem probationem multiplici ex capite præsto habes, in nomine, in cognatione, in re ipsa, in tempore, in ipso demum prodigio. Ecce enim *Elisabet, cognata tua, concepit in senectute, quæ vocatur sterilis* [22] (eo usque enim indomitæ sterilitatis devenerat, ut infortunium cederet ei in nomen, quo denotaretur), et, quod etiam majus est, *quia nihil impossibile apud Deum* [23].

IH'. [Διὰ τί δὲ οὐκ εἶπε, τὸ *γεννώμενον ὑπὸ σοῦ*, ἀλλ' ἁπλῶς, τὸ *γεννώμενον*; Ὅτι οἶδεν, οὐκ ἀπὸ γυναικὸς, ἀλλ' ἀπὸ ἀνδρὸς κυρίως καὶ πρώτως τὴν γέννησιν. Καὶ γεννᾷ μὲν ὁ πατὴρ, ἡ δὲ μήτηρ διαδεχομένη, τελεσφορεῖ καὶ προάγει τὴν γέννησιν. Ἵν' οὖν μήτε ἀπὸ ταύτης ὅλον, μήτε δὲ καὶ ἀπὸ πατρὸς, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ δείξῃ τὸ γέννημα, καὶ γεννῶν ὁμοῦ καὶ γεννώμενον, διὰ τοῦτο οὕτως εἶπεν.] [Πίστις, φησὶ, τῶνδε τῶν εὐαγγελίων, ἕτερα εὐαγγέλια προσεμφερῆ καὶ ὑπερφυῆ, δι' ἐμοῦ καὶ γινωσκόμενα καὶ γινόμενα. Τούτων δέ σοι παρὰ πολλῶν ἀπόδειξις, ἀπὸ τοῦ ὀνόματος, ἀπὸ τῆς συγγενείας, ἀπὸ τοῦ πράγματος, ἀπὸ τοῦ χρόνου, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ θαύματος. Ἰδοὺ γὰρ *Ἐλισάβετ, ἡ συγγενής σου, συνέλαβεν ἐν γήρει, ἡ καλουμένη στείρα*· τοσοῦτον εἰς ἕξιν ἦκε τῆς ἀπαιδίας, ὥστε καὶ εἰς κλῆσιν αὐτῇ γνώρισμα εἶναι τὸ ἀτύχημα· καὶ δὴ πλέον, ὅτι *οὐδὲν ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ*].

B

XIX. [Et hic quidem perpende, quæso, Virginis mores, et quantam in juvenili admodum corpore et mentis et spiritus perfectionem gereret. Quamdiu enim auberat viri suspicio, in conceptionem nullatenus consensit. Sed licet, inquit, tu sis archangelus, licet superna quædam mihi et cœlestia nuntia deferas, at enim ut cum viro ipsa congrediar, concipiamque ac pariam, id impossibile. At postquam commonita est tum de sancti Spiritus adventu, tum de Dei Filio in ipsa inhabitaturo, acquiescit illa quidem et credit; nihil enim Deo impossibile esse; neque tamen inflatur propterea, atque extollitur, sed deprimitur potius, seseque demittit; et non modo ancillam se appellat, verum, ut consentaneum est, paratam quoque se esse ad ministerium affirmat; verumtamen cum propositum munus se ipsa sit altius, non tam illud assumit, quam se ei famulaturam esse pollicetur.] Alii itaque alia ex iis, quæ ad hoc mysterium pertinent, celebranda assumant, et Virginis demirentur alius quidem prudentiam, alius vero obsequium; alius, quod splendidis adeo ingentibusque fulgentis ac magni archangeli promissionibus capta non fuerit; alius, quod non plus æquo a fide temperando sese renitentem exhibuerit; sed perinde et a seductæ progenitricis, Evæ, inquam, imprudenti simplicitate, et a nupera incredduli cognati Zachariæ diffidentia caverit. At mihi haud miranda minus (3); imo vero etiam maximo præ reliquis (si-

C

D

IΘ'. [Ὅρα μοι κἀνταῦθα τῆς Παρθένου τὸ ἦθος, καὶ ὅσην εἶχεν ἐν νεαρῷ κομιδῇ τῷ σώματι καὶ φρονήματος ὁμοῦ καὶ πνεύματος τελειότητα. Ἕως μὲν γὰρ ἀνδρὸς ὑπόληψις ἦν, τὴν σύλληψιν οὐκ ἐδέχετο. Ἀλλὰ κἂν ἀρχάγγελος ᾖς, φησὶ, κἂν ὑπερφυῆ μοί τινα καὶ οὐράνια κομίζῃς τὰ εὐαγγέλια, ἀλλ' ἐμὲ καὶ ἀνδρὶ συνελθεῖν καὶ συλλαβεῖν καὶ τεκεῖν, ἀμήχανον. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὴν παρουσίαν, καὶ τὴν ἐνοίκησιν, τὴν μὲν τοῦ Πνεύματος, τὴν δὲ τοῦ Υἱοῦ προσευηγγελίσθη, πείθεται μὲν καὶ πιστεύει· μηδὲν γὰρ ἀδύνατον εἶναι Θεῷ· φυσᾶται δὲ καὶ ἐπαίρεται οὐδὲ οὕτως, ἀλλὰ καταπίπτει μᾶλλον καὶ ὑποστέλλεται· καὶ δούλην μὲν ἑαυτὴν οὐκ ὀνομάζει μόνον, ἀλλὰ καὶ, ὡς εἰκὸς, ἑτοίμην εἶναι λέγει πρὸς τὸ ὑπούργημα· ὡς δὲ καὶ ὑπὲρ αὐτὴν ὄν, οὐ δέχεται μᾶλλον ἢ ἐπεύχεται τὸ ἐπάγγελμα.] Ἄλλος μὲν οὖν ἄλλο τι τῶν περὶ ταύτην τὴν μυσταγωγίαν ἐπαινείτω καὶ θαυμαζέτω τῆς κόρης, ὁ μὲν τὴν ἀσφάλειαν, ὁ δὲ τὴν εὐπείθειαν· ὁ μὲν, ὅτι μὴ συνηρπάγη λαμπραῖς οὕτω καὶ μεγάλαις καὶ παρὰ λαμπροῦ καὶ μεγάλου τοῦ ἀρχαγγέλου ταῖς ὑποσχέσεσιν· ὁ δ' ὅτι μὴ πέρα τοῦ μετρίου δυσπειθῶς ἐχρήσατο ταῖς ἐναντιώσεσιν· ἀλλ' ἐπίσης ἐξέφυγε καὶ τῆς προγονικῆς ἀπάτης, τῆς Εὔας, φημὶ, τὴν εὐήθειαν, καὶ τῆς συγγενικῆς ἀπιστίας τοῦ Ζαχαρίου πρὸ μικροῦ τὴν ἀπείθειαν. Ἐμοὶ δὲ καὶ τὸ ὕφος τῆς ταπεινοφροσύνης οὐχ ἧττον δοκεῖ θαυμαστὸν, ἀλλ' εἴπερ τι τῶν ἄλλων, ἐκπληκτικώτατον, δι' ἣν τάχα καὶ ἐπὶ

[21] Luc. I, 35. [22] Ibid. 36. [23] Ibid. 37.

(3) Sententia sane dignissima est quam præ oculis nunquam non habeat quisquis de sanctæ Virginis prærogativis absque erroris periculo dijudicare cupit. *Mira omnia fuerunt, quæ ad Mariam*

τοσοῦτον ὑφώθη, καὶ πρὸς ὑπουργίαν ἀφιερώθη τοῦ *ταπεινώσαντος ἑαυτὸν μέχρι καὶ σώματος καὶ θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ*. Τί γάρ φησιν; Οὕτω τοῦ ἀρχαγγέλου καὶ σχημάτων καὶ ῥημάτων τυχοῦσα, καὶ κεχαριτωμένη καὶ νύμφη ἀκούσασα τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῖς λεγομένοις πιστεύσασα, δούλην ἑαυτὴν ὅμως καλεῖ· καὶ τὴν ἐπαγγελίαν δέχεται μὲν καὶ συγκατατίθεται, ὡς δὲ μὴ κατ' αὐτὴν, ἀλλὰ κρείττονα καὶ προσδοκίας οὖσαν, ἐπεύχεται. *Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου*. Ταῦτά τοι κἀκεῖνος ἀπῆλθεν εὐθὺς ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος, [οὐ μόνον ἀπαρτίσας ὅπερ ἐβούλετο, ἀλλὰ καὶ ὑπερθαυμάσας τοῦ παρθενικοῦ κάλλους τὴν ὡραιότητα, καὶ τῆς ἀρετῆς τὴν ὑπερβολὴν, καὶ μηδὲν ἐπὶ πλέον βασανίσαι θελήσας, ἀλλὰ τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως ἐκείνης δεξάμενος.

A quidem in Virgine aliud præ alio mirandum sit stupore digna videtur humilitatis profunditas, propter quam et ad sublimem adeo altitudinem facile evecta est, et sacrata divinitus fuit tremendo illius ministerio, qui *humiliavit semetipsum usque ad* (assumendum) *corpus, et ad mortem, mortem autem crucis* [24]. Quid enim ipsa fatur? Archangeli tum adspectu tum alloquio ad hunc modum dignata, et tum gratia plena tum Dei sponsa appellata, pro verissimis insuper illa, quæ dicebantur, plane habens, ancillam tamen semetipsam vocat; et iis, quæ sibi proponuntur, acquiescit illa quidem, et consensum præbet; tamen veluti quæ meritis suis celsiora sint, sed et præter omnem exspectationem fiant, ad ea mere officium famulæ potiectur: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* [25]. Sic ipsa quidem; et statim discessit ab B ea angelus non solum munere, quod sibi cordi erat, feliciter perfunctus, sed insuper stupore perculsus præ virgineæ pulchritudinis venustate, præque virtutis eminentia, nihilque ulterius habens, quod sciscitaretur, sed jam assensus illius confessionem assecutus.

Κ'. Εὔδρομά μοι τὰ μέχρι τούτων· τὰ δ' ἐντεῦθεν εὔστομα κεῖσθω, ὡς οὐκ ἄῤῥητα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄληπτα, καὶ χρόνῳ μόνον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τρόπῳ τῆς ἄνω καὶ πρώτης γεννήσεως ἢ μόνης λειπόμενα. Καὶ τάχα ὥσπερ ἀνδρὸς ἄχραντον, οὕτω καὶ λόγων ἀμέθεκτον, ὁ τεχθεὶς Λόγος τὴν σύλληψιν διεφύλαξεν, ἄσπορον μὲν πιστευθῆναι θελήσας, ἄπορον δὲ ταύτην ἐρμηνευθῆναι διατηρήσας. Ἐκεῖνο δ' οὐκ ἄπορον, ἀλλὰ καὶ λίαν εὔπορον καὶ τῆς ἀμερίστου Τριάδος ἀμέριστον· ὡς ὅτι σαρκοῦται μὲν, οὐκ ἄλλος τις τῆς Τριάδος, ἀλλ' ὁ Υἱὸς, ἵνα καὶ πάλιν ὡς Υἱὸς μείνῃ, μὴ μετατιθεμένης τῆς ἰδιότητος· ἢ καὶ πάλιν Δημιουργὸς, καθάπερ κτίσας τὸ πρότερον, οὕτω καὶ ἀνακαινίσας τὸ δεύτερον· ἀλλὰ καὶ υἱοὶ γενώμεθα δι' Υἱοῦ, διὰ τοῦ φύσει, θέσει προσοικειούμενοι, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ κληρονόμου πρὸς τὴν συγκληρονομίαν παρακαλούμενοι.

XX. Plana mihi hucusque omnia; at quæ dein succedunt, silentio præstat transmittere, quippe quæ non modo verbis nullatenus enarrari, sed ne cogitatione quidem attingi possint, quæque a cœlesti illa ac prima, alioquin singularissima, generatione, etsi ratione temporis deficiant, at non deficiunt ratione modi. Et, ut facile patet, Verbum, nasci dignatus, conceptionem suam quemadmodum a viri opera puram, ita ratiocinationibus impervium custodivit, volens nempe, ut factam sine semine fides eam crederet, et eamdem omni investigationi servans inaccessam. Illud tamen haud captu difficile, quinimo facile est et obvium, atque individuæ Trinitati prorsus necessario conveniens, quod non alia quæpiam Trinitatis persona, sed Filius carnem induat, ut et denuo, non mutata personali proprietate, tanquam Filius persistat; vel etiam ut naturæ Artifex quemadmodum prius creavit, ita nunc opificium suum secundo renovet; quin etiam ut filii per Filium efficiamur, per eum nimirum, qui Filius est natura, adsciscamur in filios adoptionis, perque eum, qui hæres est naturalis, in communionem hæreditatis vocemur.

Καὶ ὅτι ἑνοῦται μὲν τῇ σαρκὶ πᾶσα καὶ τελείως ἡ θεότης, οὐσιωδῶς· μόνος δὲ ὁ Υἱὸς, ὑποστατικῶς· εἴπερ καὶ ὁλικῶς μὲν ἡμῖν ἡ θεότης ἐν τῷ Πατρὶ, ὁλικῶς δὲ τῷ Υἱῷ, ὁλικῶς δὲ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· καὶ οὕτως ὅλη μὲν ἡ τῆς θεότητος φύσις ὅλῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ κραθεῖσα φύσει, τὸν θεάνθρωπον ἀπετέλεσεν. Οὐ μὴν ὥσπερ ὅλῃ τῇ φύσει τὴν φύσιν ὅλην, οὕτω καὶ τὰς ὑποστάσεις ὅλας ὅλαις ταῖς ἀνθρωπίναις ἑνωθῆναι λέγειν ἐκδιασθησόμεθα· ἄπαγε! οὐδὲ διανοηθησόμεθα. Ἀλλ' ὅλην μὲν ὅλῃ τῇ ἀνθρωπότητι τὴν θεότητα, ὡς πρὸς τὰς φύσεις, μόνον δὲ τὸν Υἱὸν μόνῃ τῇ τοῦ Υἱοῦ κεκρᾶσθαι σαρκὶ, ὡς πρὸς τὰς ὑποστάσεις ὁμολογή-

Illud præterea exploratum est, totam quidem divinitatem perfecte ac substantialiter, solum tamen Filium hypostatice, carni conjungi. Siquidem, ut fide tenemus, divinitas est integra in Patre, integra in Filio, integra et in Spiritu sancto; D et sic profecto tota natura divinitatis, toti humanæ conjuncta naturæ, perfectum Deum hominem constituit. Neque tamen eo adducemur ut temere dicamus, quemadmodum totam naturam naturæ toti, sic etiam personas omnes (divinas) humanis omnibus unitas fuisse. Absit, ac ne leviter quidem id mentem subeat. Sed profiteamur, integram humanitati integræ divinitatem, quoad naturas qui-

[24] Philip. II, 8. [25] Luc. I, 38.

*pertinent, ac mira adeo, ut jure nescias, quid stupere in ipsa magis debeas.* At vero patiturne hæc sibi perpetuo constans miraculorum series, ut in ipsis ejusdem initiis communi cæterorum misero æque et abjectissimo fato obvoluta divina Virgo appareat? Essetne dubitandi locus, an aliquid sit in Virgine, quod præ aliis prærogativis minus stupendum videri possit?

dem attinet, unitam esse : quoad hypostases vero, solum Filium soli suimet ipsius carni conjunctum fuisse. At rursus non sicut hypostatice carnem assumit solus Filius, ita etiam in efficienda assumptione agit ipse solus, sed et cum beneplacito Patris, et cooperatione Spiritus ; et sic mihi rursus in sua unitate Trinitas dignoscitur, et unus existens Deus, non divisim, sed conjunctim operatur.

XXI. Præterea inter ea, quæ scitu maxime necessaria sunt, ac mysterii incarnationis quasi summam constituunt, illud etiam reponendum censeo, ne minimum quidem temporis prius carnem seu hominem exstitisse, postea vero Dei Verbi carnem seu etiam hominem evasisse, adeo ut dum hac ratione præexsistentem utramque pariter naturam profitemur, ex duplici et seorsim præexsistente singulatim natura, ad profitendam duplicem personam prolabamur ; sed caro simul exstitit cum Verbo, et simul cum carne Verbum, et Deus cum homine, quamvis tanquam Verbum et Deus præexstiterit ; hypostasis enim præexsistit ei, quod nunc fit, divinitas scilicet humanitati. Etenim ut nova hæc exsurgat creatura, ciet profecto Verbum naturam, quamquam non per sationis, sed per plasmationis opus eam ciat, prout inquit etiam quidam eorum, qui ante nos fuerunt ; consistit autem in Verbo natura, tota toti copulata, et ea quidem sensibilis juxta ac rationalis, passibilis ac spiritualis ; atque ita demum persona prodiit composita illa sane, sed non duplex, et e converso natura quidem duplex, non autem composita, quippe illarum utraque inconfusa manet. Et sane, quid erit tandem Christus, si omnino neque Deus sit, neque omnino homo, sed quidpiam sit ex utroque commixtum, nihilque cum alterutra natura commune habeat ? Insuper ecqua tandem ei voluntas aut operatio (4), si neque humano neque divino, sed alio quodam modo permixto et velit et operetur ? Nempe comparanda hæc iis erunt, quæ in fabulis de quibusdam animantibus narrantur, si tamen et ista vera sint, et non mere conficta, quemadmodum audimus et credimus.

XXII. Verum ista et ad alium potius sermonem et ad aliud spectant tempus, non vero ad gratiarum actionis potius quam certaminis solemnitatem. Hoc mihi nunc propositum est, ut et simul vehementer admirer, et gaudeam, et sancto terrore percellar, atque adeo grati quoque animi oblationem adjiciam. Quamquam plane nescio, cuinam amplius affectui indulgeam, admirationisne an sacri horroris, num gaudii an gratulationis, ac rursus quamnam (mysterii) partem magis stupeam, an quo pacto Deus evadat homo, an quomodo homo fiat Deus ; ac quomodo totus Deus et simul solus Filius naturam humanam induat ; vel quomodo Filius et totus in sinu Patris, et totus sit in utero matris ; et quomodo Verbum vere dimensionem corpoream acquirat, aut quomodo massa Verbo convenire queat, vel, ut finem faciam, quo pacto virgo gignat, vel virgo conceptionis capax sit, et post conceptum virgo servetur.

σωμεν. Οὐ μὴν οὐδὲ πάλιν ὥσπερ ὑποστατικῶς ὁ Υἱὸς μόνος, οὕτω καὶ ἐνεργητικῶς, ἀλλ' εὐδοκίᾳ μὲν τοῦ Πατρὸς, συνεργίᾳ δὲ τοῦ Πνεύματος τὴν πρόσληψιν ἀπεργάζεται, καὶ οὕτω μοι πάλιν ἡ Τριὰς ἐνουμένη γνωρίζεται, καὶ ὁ εἷς Θεὸς πρὶν διαιρεθῆναι συνάγεται.

ΚΑ'. Κἀκεῖνο δὲ τῶν ἀναγκαιοτάτων εἰδέναι, ὅτι καὶ τῶν τῆς οἰκονομίας οἶομαι συνεκτικωτάτων, ὅτι μηδ' ὅσον οὖν πρῶτον σὰρξ, μηδὲ ἄνθρωπος, εἶτα Θεοῦ Λόγου σὰρξ ἢ καὶ ἄνθρωπος, ἵνα οὕτω προϋποστάσας καὶ ἄμφω τὰς φύσεις ὁμολογήσαντες, εἰς διπλῆν κατενεχθῶμεν ὑπόστασιν ἐκ τῆς διπλῆς καὶ ἰδίᾳ προϋποστάσης ἑκατέρᾳ φύσεως· ἀλλ' ἅμα μὲν τῷ Λόγῳ ἡ σὰρξ, ἅμα δὲ τῇ σαρκὶ ὁ Λόγος, καὶ ὁ Θεὸς τῷ ἀνθρώπῳ, εἰ καὶ προῆν, ὡς Λόγος τε καὶ Θεός· ὑπόστασις δὲ τὸ προὸν τῷ νῦν, ἡ θεότης τῇ ἀνθρωπότητι. Περὶ γὰρ τὸ ὂν τὸ γινόμενον, κινεῖ μὲν γὰρ ὁ Λόγος τὴν φύσιν· κινεῖ δὲ δημιουργικῶς, ἀλλ' οὐ σπερμαντικῶς, ὥς τις ἔφη καὶ τῶν πρὸ ἡμῶν· συνίσταται δὲ καὶ περὶ τὸν Λόγον ἡ φύσις, ὅλη πρὸς ὅλον, αἰσθητή τε καὶ λογικὴ, παθητή τε καὶ νοερά· καὶ οὕτω προῆλθεν ὑπόστασις, σύνθετος μὲν, οὐ διπλῆ δέ· καὶ φύσις διπλῆ μὲν, οὐ σύνθετος δέ· ἄφυρτα γὰρ καὶ ἑκάτερα. Τί γὰρ καὶ ἔσται Χριστὸς, εἰ μήτε καθαρῶς ἄνθρωπος ἔσται, μήτε καθαρῶς ἔσται Θεὸς, ἀλλ' ἵν' ἀμφότερα συμπεφυρκὼς ᾖ, καὶ ἀμφοτέρων ἐκτὸς ᾖ; τί δὲ καὶ ὅλως ἐθελήσει καὶ δράσει, μήτ' ἀνθρωπίνως, μήτε θείως, ἀλλ' ἄλλον τινὰ τρόπον σύνθετον ἐθέλων καὶ δρῶν ; ἢ ταῦτα μὲν ἔσται τὰ μυθώδη τῶν ζώων, εἴγε κἀκεῖνα ἔσται, καὶ μὴ ἐν ἐπινοίαις μόνον, καθάπερ ἀκούομεν καὶ πιστεύομεν.

ΚΒ'· Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἑτέρου λόγου τε καὶ καιροῦ, καὶ οὐ τῶν χαριστηρίων μᾶλλον, ἢ ἐναγωνίων. Νυνὶ δὲ βούλομαι μὲν ἅμα πολλὰ θαυμάζειν, καὶ χαίρειν, καὶ φρίττειν, ἤδη δὲ καὶ τοὺς χαριστηρίους προσάγειν. Οὐκ ἔχω δ' οὕτινος ἂν καὶ μᾶλλον γένωμαι, τοῦ θαύματος ἢ τῆς φρίκης, τῆς χαρᾶς ἢ τῆς εὐχαριστίας· καὶ τοῦ θαύματος ὁποτέρου μᾶλλον τοῦ μέρους, ὅπως ὁ Θεὸς ἄνθρωπος, ἢ ὅπως ὁ ἄνθρωπος γίνεται Θεός· καὶ ὅπως ὁ Θεὸς ὅλος καὶ ὁ Υἱὸς μόνος, ἢ ὅπως καὶ ὅλος ἐν τῷ κόλπῳ τῷ πατρικῷ, καὶ ὅλος ἐν τῇ νηδύϊ τῇ μητρικῇ· καὶ ὅπως ὁ Λόγος ἐκ Λόγου παχύνεται, ἢ ὅπως τὸ πάχος τῷ Λόγῳ συνέρχεται· ἢ ὅπως, ἵνα τὸ τελευταῖον εἴπω, παρθένος γεννᾷ, ἡ παρθένος τὴν σύλληψιν δέχεται, καὶ μετὰ τὴν σύλληψιν παρθένος διαφυλάττεται.

(4) Conjici ex his potest, Joannem Geometram post exortam monothelitarum hæresim floruisse. Palam est enim, Eutychiani erroris partem, quæ in monotheliticam desiit hæresim, hic ab eo perstringi.

Πόσα μοι καὶ πηλίκα τούτου τοῦ μυστηρίου τὰ θαύματα, καὶ ὁμοίως ἄφραστα καὶ ὁμοίως ἄγνωστα! Πάντα μὲν γὰρ, ὅσα ἐγὼ, δι' ἐμὲ γίνεται Θεὸς ὕστερον· οὐ μόνον ὁ ἀόρατος, ἀλλὰ καὶ ὁ ἀπερινόητος ὁρατός· ὁ ἀόριστος ὁριστὸς, ὁ ἀπεριόριστος περιγραπτὸς, ὁ ἄϋλος ὑλικὸς, ὁ ἀναφὴς ἁπτὸς, ὁ ἀπαθὴς παθητὸς, ὁ ὑπερούσιος, ὁ ὑπέρχρονος, ὁ ἀθάνατος, κτιστὸς, ἐφήμερος καὶ θνητός. Οὕτω δὲ καὶ ὁ ἀνερμήνευτος ἑρμηνευτὸς, οὐδὲ καὶ ὁ ἀκατάληπτος, εἰ καὶ τῇ σαρκὶ ληπτὸς, καταληπτὸς τῷ θαύματι τῆς σαρκώσεως. Ἀλλ' εἰ δεῖ τι καὶ τολμηρότερον εἰπεῖν, ἀκαταληπτότερος, ὅσῳ τῇ πρὸς τῆς φύσεως ἀκαταληψίᾳ καὶ τὴν ἐκ τῆς προσλήψεως προσελάβετο· οὐκ ἀνθρωπότητι μίξας θεότητα μόνον, ἀλλὰ καὶ μίξας ἀδιαιρέτως, καὶ κεράσας ἀφύρτως· οὐδὲ κεράσας οὕτω τὰς φύσεις, ἢ μίξας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐνεργείας καὶ τὰ θελήματα. Ὁ μὲν οὖν οὐχ ὥσπερ ὑπὸ χρόνον, οὕτω καὶ ὑπὸ λόγον εὐδόκησε τεχθῆναι, καὶ χάρις αὐτῷ τούτῳ· ὅτι καὶ ὑπὲρ λόγον καὶ ἡ χάρις ὁ καὶ τρόπος τῆς χάριτος.

A Quot et quam sublimia in hoc mysterio mihi elucent miracula, quanta sermonis juxta ac mentis meæ vim superantia! Quidquid enim ipse sum, hoc ipsum Deus novissime propter me nascitur; qui nedum invisibilis oculis, sed ne mente quidem comprehensibilis est, hic fit visibilis; infinitus evadit finitus, incircumscriptus circumscribitur, materiam induit qui nescit materiam, fit palpabilis qui tangi nequit, exsors passionum fit passioni obnoxius, et creatura temporalis ac mortalis apparet qui substantiam omnem et omne tempus prætergreditur, ac natura est immortalis. Neque tamen propter admirandam incarnationem efficitur, ut qui omnem vincebat investigationem, investigationi deinde pateat, neque iterum ut qui B incomprehensibilis erat, utut carne comprehensus, comprehendi cogitatione queat. Quin imo, si quid etiam audacius fari licet, longe incomprehensibilior evadit, quatenus incomprehensibilitati, quæ propria est divinæ naturæ, eam, quæ ex assumptæ carnis mysterio proficiscitur, incomprehensibilitatem adjicit: dum videlicet humanitati divinitatem non connectit modo, sed indivisibiliter connectit, et semota quavis confusione permiscet; neque hoc pacto naturas tantum modo permiscet seu connectit, verum etiam operationes et voluntates. Quod itaque non ea ratione ipsi nasci placuerit, ut quemadmodum tempori obnoxius factus est, ita sermone effabilis evaderet, etiam in hoc ipso revelatur gratia: quoniam tum gratia, tum ratio gratiæ omnem dicendi facultatem superant.

ΚΓ'. Ὁ δὲ λόγος ἤδη καὶ τοῦ περὶ τὴν Παρθένον θαύματος ἅψασθαι μὲν ἐρᾷ, προσπελάσαι δὲ ἰλιγγιᾷ. Πολλὰ μὲν γὰρ καὶ μεγάλα καὶ τὰ κατὰ τὴν Παλαιὰν θαύματα· θάλασσά τε διισταμένη καὶ πάλιν συναπτομένη· καὶ πέτρα πλημμυρουμένη νάμασι· ποταμοὶ ῥηγνύμενοί τε καὶ ἀναχαιτιζόμενοι· ἥλιος μὲν ἐπεχόμενος· νεφέλη δὲ καὶ προτρέχουσα, στύλος προερχόμενός τε καὶ ἐπερχόμενος· πηγὴ πικρὰ μέλι ῥέουσα, καὶ ξηρὰ ῥάβδος ἄνθεσι βρύουσα· καὶ ἔτι πρὸ τούτων καιομένη τε βάτος ἄκαυστα, καὶ δροσιζομένη κάμινος ἄσβεστα· καὶ ὕδωρ ὕδασιν εἰσπυρούμενον, καὶ ἵν' ἐῶ τὰ πολλὰ, πλάκες δακτύλῳ Θεοῦ γραφόμεναι, καὶ ὡσεὶ ἄμμος πετεινὰ βρεχόμενα· καὶ τὰ τούτων ἀρχαιότερά τε καὶ ἐμφανέστερα, καὶ νῦν πάλιν νεώτερα· στεῖραι τίκτουσαι, καὶ γηραιαὶ βλαστάνουσαι, παραλόγως μὲν, οὐκ ἀσπόρως δέ! Ἀλλὰ τί μοι ταῦτα, πρὸς τὸ νόμους λυθῆναι λόγου καὶ φύσεως; Ἀλλ' οὐχὶ χρόνου τε καὶ πηρώσεως καὶ συλλαβεῖν καὶ τεκεῖν παρθένον; Οὐκ ἄνθος οὐδὲ καρπὸν, ὡς ἡ ῥάβδος, μόνον, οὐδέ τι ῥευστὸν ἢ καὶ ἄψυχον, ὡς ἡ πέτρα τὸ νᾶμα, ἀλλὰ βροτὸν, μᾶλλον δὲ Θεὸν ὁμοῦ καὶ βροτὸν, λογικόν τε καὶ νοερόν· καὶ οὐχ ὅσον μὴ φλεχθῆναι, ἀλλὰ καὶ θεωθῆναι, μηδ' ὑλικῇ, καθάπερ οἱ παῖδες, ἀλλὰ Θεοῦ φλογί· μηδ' ἀκαρῇ καὶ ἔξωθεν σχεῖν τὴν φλόγα, καθάπερ ἡ βάτος, ἀλλ' ἔνδον τε καὶ ἐπὶ τοσοῦτον· καὶ μὴ διελθεῖν δοῦναι μόνον, καθὰ καὶ ἡ Ἐρυθρὰ πάλαι τῷ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ καὶ σάρκα δοῦναι τῷ ἐξ αὐτῆς· μηδὲ ἁπλῶς γραφῆναι, καθάπερ αἱ πλάκες Θεοῦ δακτύλῳ, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν συνουσιωθῆναι τὸν Λόγον, καὶ ὑποστῆναι τὸ πρόσλημμα, τίσι ταῦτα παραβαλεῖν εἰκός;

XXIII. Verum sermo jam et illud portentum exoptat delibare, quod in Virgine suspicimus; sed eo accedere dum nititur, quadam veluti vertigine C se laborare persentit. Et sane multa utique ac magna splendent etiam in veteri fœdere prodigia: maris undæ hinc inde recedentes, atque iterum in unum confluentes, latices e petra erumpentes et exundantes: fluminum impetus tum interruptus tum retroactus; sol stare jussus; tum etiam nubes præcurrens, et columna ignis modo præcedens, modo subsequens: fons amarus melle diffluens, et arida virga floribus onusta; ac præterea ante ista rubus ardens et non combustus; tum fornax inexstincta, sed rore madens; et aqua aquis incensa, atque, ut plura prætermittam, tabulæ Dei digito conscriptæ, et volucres instar arenæ depluentes, et manna cœlitus demissum, aliaque his et antiquiora D et præclariora, ac recentiora quoque, quæ nunc iterum evenere, steriles parientes (4'), et effœta ætate mulieres inopinate, quanquam non sine suscepto semine, in utero gestantes! Verum enimvero quid ista mihi, si cum deficientibus (in Virgine) tum ratiocinationis nostræ, tum naturæ legibus conferantur? An vero ætas effœta ac sterilitas (partu miro ditatæ) ullo modo comparari queant cum portentis illius, quæ virgo et conceperit, et pepererit? Quod autem non florem tantummodo fructumve protulerit, uti prisca illa virga, neque fluxum quidpiam atque inanimatum, sicut olim petra laticem, sed hominem, quinimo Deum simul et hominem ratione intelligentiaque præditum. Quodque non modo combusta non fuerit, imo di-

(4') Ad Elisabet Præcursoris matrem hæc spectant.

vina sit effecta, cum tamen non materiali flamma, ut olim tres pueri, sed somburenti Dei ipsius igne corriperetur, neque ad brevem horam et extrinsecus, ut olim rubus, verum intrinsecus et ad tempus tam diuturnum : ac rursus quod non mere transitum dederit, ut olim Rubrum Israelitis, sed etiam carnem prodeunti ex ipsa præbuerit; quod insuper non simpliciter, ut quondam legis tabulæ, Dei digito conscripta sit, sed eamdem cum illa substantiam ipsum Verbum habuerit, et quod ex ipsa assumebat, in suam hypotasim adsciverit; hæc, inquam, omnia quibusnam aliis portentis comparari possunt ?

XXIV. Quod vero non modo conceperit virgo, et conceptum deia fœtum in lucem ediderit, sed præterea enixa virginitatem servaverit, nonne duplex prodigium vel in ipsa tantum virgine mysterium nobis ostendit ? Cæterum adhuc majus (si tamen quodpiam majus dicere licet) priori posterius apparet. Nam quod Verbum nondum corporea massa circumvestitum ineffabili quidem ratione, sed prorsus integris virginalibus claustris ingressus fuerit, carnemque assumpserit, hoc sane mirabile est, et nullatenus comprehendi potest. Quis enim hoc neget ? Non adeo tamen admirandum illud est, quemadmodum quod cum assumpto quoque crasso corpore egressus, portam, uti prius, obsignatam reliquerit, velut ac nunquam transiisset.

A ΚΔ'. Τὸ δὲ μὴ μόνον καὶ συλλαβεῖν παρθένον, καὶ συλλαβοῦσαν διατελεῖν, ἀλλὰ καὶ τεκοῦσαν τὴν παρθενίαν διατηρεῖν, πῶς οὐ διπλοῦν μὲν ἡμῖν τὸ κατὰ τὴν παρθένον μόνον ἀναδείκνυσι θαῦμα τοῦ μυστηρίου; μεῖζον δὲ, ἔσπερ τι μεῖζον εἰπεῖν ἔξεστι, καὶ τοῦ προλαβόντος, φαίνεται. Τὸ μὲν γὰρ μήπω πεχυνθέντα τὸν Λόγον, ἀφράστως μὲν, ἀσείστως δὲ τῶν νυμφικῶν εἰσελθεῖν κλείθρων, καὶ σάρκα λαβεῖν, θαυμαστὸν μὲν καὶ οὐδὲ καταληπτόν· πῶς γὰρ οὔ; οὕπω δὲ τοσοῦτον, ὅσον μετὰ τοῦ πάχους ὅλου καὶ τοῦ προσλήμματος ἐξελθόντα, τὴν πύλην ἐσφραγισμένην ἀπολιπεῖν, ὥσπερ ἂν εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν διελθὼν ἦν.

XXV. Qui porro mensum esse possit, prodigii hujus pelagus investigare ? Hoc ipsum enim admirandum adeo veteribus quoque visum est, ut vel prophetæ, a longe illud intuentes, nunquam non stupore percellerentur, et non modo ipsum annuntiarent ubique, sed et symbolis quibusdam umbrisque delinearent, si forte obscurioribus aliquibus veluti coloribus tantæ rei magnitudinem ratione aliqua adumbrare possent. Atque his edoctus, ipse quoque cum prioribus ea comparare novi, quæ prius comparatione carebant. Ad illud enim vel unum virginitatis prodigium sic se habent ea omnia, prout ad veritatem se habet typus, ad corpus umbra, atque ad rem ipsam somnium. Virginem quippe illa omnia adumbrabant; iisque symbolis præsignatam esse omnes ipsam existimant, congruisque nominibus appellant, mare divisum iterumque adunatum; portam perviam simul et clausam; fornacem rore madentem simul, atque ardentem; rubum incensum, sed non combustum; nubem diei simul et recti itineris nuntiam; columnam ignis, non modo, credideram, divinum ignem in se ferentem, verum etiam divinam novumque populum contra spiritualem Pharaonem communientem; petram mel, Verbum scilicet, effundentem; virgam progerminantem florem, qui generis humani fragrantia est et gloria; [terram, quæ semper sui similis, ac cœlesti alimento referta inventa est; quæque manna, panem minime cultum, profert, quem scilicet neque aratio neque commissum semen attulit;] nunquam temeratam arcam, hortum inviolabilem, lucernam nunquam non lucentem, templum inaccessum, montem non sectum ac virtutibus frondentem, tabulam a Deo conscriptam; urnam Deum continentem; mensam in qua panis est vitæ; lectulum in quo requievit qui potens est, scalam per quam et descendit Deus, et ascendit homo, terris insixam atque cœlos attingentem.

B ΚΕ'. Καὶ εἴ μοι τοῦ θαύματος ἀνιχνεύειν τὸ πέλαγος; Οὕτω γὰρ ἔδοξε καὶ τοῖς πάλαι τοῦτο θαυμαστὸν, ὡς ἄνωθεν ἀεὶ τοῦτο καὶ τοὺς προφήτας ἐκπλήττεσθαι, καὶ μὴ μόνον πανταχοῦ περιφέρειν, ἀλλὰ καὶ ὑπογράφειν συμβόλοις γέ τισι καὶ σκιαῖς εἴ πως, ὥσπερ ἐν ἀμαυροτέροις τισὶ χρώμασι, σκιαγραφήσουσι τὸ τοῦ πράγματος μέγεθος. Κἀντεῦθεν μαθὼν, ἔγνωκα, συγκρίνας ἀνωτέρω τὰ αὐτόθεν ἀσύγκριτα. Ὅσον γὰρ τύπου καὶ ἀληθείας τὸ μέσον, καὶ σώματος καὶ σκιᾶς, καὶ πράγματος καὶ ὀνείρατος, τοσοῦτον κἀκείνων πάντων ὁμοῦ καὶ μόνου τοῦ κατὰ τὴν Παρθένον θαύματος. Πάντα γὰρ ἐκεῖνα ἑαυτὴν ἐτύπουν, καὶ πάντα ἑαυτὴν πάντες νομίζουσί τε καὶ ὀνομάζουσι· θάλασσαν σχιζομένην καὶ πάλιν συνερχομένην· πύλην διαβαινομένην ἅμα καὶ κεκλεισμένην· κάμινον δροσιζομένην ἅμα καὶ φλεγομένην· βάτον καιομένην, ἀλλ' οὐ κατακαιομένην· νεφέλην ἡμέρας ἅμα καὶ εὐθυπορίας ἄγγελον· στύλον πυρὸς, οὐ τὸ θεῖον, οἶμαι, μόνον πῦρ ἐπιφερομένην, ἀλλὰ καὶ τοῦ θείου καὶ νέου λαοῦ τὸν Φαραὼ τὸν νοητὸν ἀποφραγνυμένην· πέτραν μέλι τὸν Λόγον ῥέουσαν, ῥάβδον ἄνθος, τὴν εὐωδίαν καὶ δόξαν τοῦ γένους, φέρουσαν· [γῆν μείνασαν οἷα ἦσαν, καὶ πλήρη τῆς θείας εὑρισκομένην τροφῆς· καὶ μάννα, τὸν ἀγεώργητον ἄρτον, φέρουσαν, ὃν οὔτε ἄροσις οὔτε σπορὰ ἠγεώργησε·] κιβωτὸν ἄψαυστον, κῆπον ἄσυλον, λυχνίαν ἄσβεστον, ναὸν ἄβατον, ὄρος ἄτομον, ἀρεταῖς κατάκομον, πλάκα θεόγραφον, στάμνον θεοδόχον, τράπεζαν, ἐφ' ᾗ ὁ τῆς ζωῆς ἄρτος, κλίνην, ἐφ' ἧς ὁ δυνατὸς ἀνεπαύσατο, κλίμακα, δι' ἧς κατέρχεται μὲν Θεὸς, ἀνέρχεται δὲ ὁ θνητὸς, ἀρχομένην μὲν τῶν χθονίων, ἁπτομένην δὲ καὶ τῶν οὐρανίων.

XXVI. Hæc tam præclara, atque his etiam potiora

C

D

ΚϚ'. Τοσαῦτά μοι καὶ ἔτι πλείω περὶ τὴν Παρ-

θένον τὰ θαύματα, μᾶλλον δὲ τὰ τοῦ θαύματος εἰκονίσματα· καὶ διὰ ταῦτά μοι τὸ περὶ τὴν συλλαβοῦσαν θαυμάζειν, ἔπεισε μὲν, οὐκ ἔξεστι δὲ, μὴ καὶ καθυβρίσω τὸ θαῦμα τῷ θαύματι· τὸ δὲ καὶ περὶ τὸν συλληφθέντα θαυμάσαι μὲν, ὅπῳ πλέον εὑρεῖν ἀδύνατον· φρίξαι δὲ μᾶλλον, ἢ θαυμάσαι δίον, ἄπορον· κρυπῆσαι δὲ μᾶλλον, ἢ φρίξαι καὶ θαυμάσαι πρέπον, ἀσύγκριτον. Οὕτω μοι καὶ πολλὰ καὶ πολλαχόθεν καὶ ἴσα τῆς ἑορτῆς τὰ μυστήρια· ἀλλὰ τοῦ μὲν θαύματος τοσοῦτον ἐνδειξάμενος μόνον καὶ ἀπολελαυκὼς, ἀφίσταμαι.

et multiplici ex capite et dignitate paria sese objiciunt solemnitatis hujus mysteria; sed ad portenta quod attinet, cum vel hoc unum tam eximium indicaverim et deliberaverim, jam absisto.

ΚΖ'. Φρίττω δὲ, Θεὸν εὑρὼν καὶ λαβὼν τῆς φύσεως κοινωνὸν, καὶ Θεῷ τρεφόμενος, ὡς τρώγων τὸ σῶμα καὶ πίνων τὸ αἷμα· μὴ καὶ καταφλεχθῶ νῦν μᾶλλον, οὐ καθαρὸς τοῦ καθαροῦ προσαπτόμενος, καὶ τῇ κοινωνίᾳ κοινὰ τὰ φρικτὰ λογισάμενος, καὶ Θεὸν ἐννέων καὶ ὁρῶν δευτέραν μοι καὶ τηλικαύτην εὐεργεσίαν κατατιθέμενον, πολλῷ καὶ τῆς πρωτέρας τῇ τάξει καὶ τῇ δυνάμει προτέραν, ὅσῳ τότε μὲν τῆς εἰκόνος, νῦν δὲ καὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς μεταδέδωκε, μὴ καὶ περὶ τὴν ἐσχάτην ταύτην καὶ πρώτην εὐεργεσίαν καὶ κοινωνίαν, ἀγνωμονέσερος, ἢ πρωτοῦ, γένωμαι· καὶ καθυβρίσω μὴ τὴν εἰκόνα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀρχέτυπον· εἰ καὶ καθυβρίσω μὲν ἐγὼ, καθυβρίζεται δὲ Θεὸς οὐδαμῶς. Φρίττω καὶ ὅσον οὔπω τὸν ἀκριβέστερον, ἢ πρότου, λογιζόμενος νομοθέτην, οὐ νομοθετοῦντα μόνον τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ καὶ παραδεικνύντα τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς νομοθετηθεῖσιν ἡμῖν παρεξεταζόμενον.

ipsum archetypum injuria afficiam, utcunque inferre quidem ipse injuriam possim, præcelsior autem sit Deus, quam ut tangi injuriis meis possit. Sed et summus, si unquam alias, me pavor occupat, dum severiorem quam amica legislatorem recogito, qui vivendi normam non modo verbis proposuit, verum etiam operibus commonstravit, nobisque legi subjectis accenseri voluit.

ΚΗ'. Χαίρω δὲ καὶ διὰ πάντα μὲν τἄλλα· πῶς γὰρ οὔ; οὐ μόνου τῆς τιμωρίας ἐλευθερούμενος, ἀλλὰ καὶ θεούμενος, οὐ μόνον ἐκ γῆς ἀναγόμενος, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν Ἐδὲμ εἰσαγόμενος, μᾶλλον δὲ καὶ εἰς αὐτοὺς τοὺς οὐρανοὺς αἰρόμενος· οὐ τοῦ ἐχθροῦ λυόμενος, ἀλλὰ καὶ τῷ Βασιλεῖ προσκολλώμενος, ὁμοῦ μὲν πάσης ἀπολυτρούμενος τῆς ἁμαρτίας, ὁμοῦ δὲ καὶ ὅλης τῆς Τριάδος ἀναπιμπλάμενος· οὐχ ὅσον τῆς ἐχθρας ἀπολυόμενος, ἀλλὰ καὶ τὸν μονογενῆ Λόγον ἀντικαταλλασσόμενος· οὐχ ὅσον θῦμα λαμβάνων ἐμοῦ προθυόμενον, ἀλλὰ καὶ ἐμοὶ θυόμενόν τε καὶ ἐσθιόμενον.

XXVII. Maximo porro metu percellor, ne postquam Deum naturæ nostræ consortem reperi, et animadverti, postquam etiam Deo enutrior, utpote qui et corpus ejus manducem, et sanguinem bibam (5), comburendus acerbius igni jam tradi debeam, quoniam purus non existens attingere purum audeo, et propter consuetudinem ea, quæ maxime tremenda sunt, veluti communia arbitror; vehementer timeo, ne dum certo scio ac veluti cerno Deum, hoc alterum mihi tamque insigne conferentem beneficium, quod et dignitate et virtute longe etiam primo illo præcellentius est, quanto scilicet imagine sua, quam tunc est elargitus, potior est ipsa substantia, quam nobis nunc participandam præbuit; vereor, inquam, ne adversus hoc quoque postremum atque omnium maximum beneficium magis etiam quam adversus vetus illud, ingratus evadam, et non imaginem modo, sed et

ΚΘ'. Χαίρω μὲν οὖν καὶ διὰ ταῦτα καὶ τὰ πλείω τούτων. Χαίρω δὲ οὐδὲν ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, διὰ τὴν τούτων αὐτῶν πρόφασιν ἢ ἀσφάλειαν, καὶ ὅτι μοι τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων ἡ τοῦ ἐμοῦ γένους θυγάτηρ πρόξενος· ἀλλὰ καὶ σῶθις σφαλεμένῳ πάλιν ἡ ἐπάνοδος ἡ αὐτὴ, καὶ πρὸς τὸν οὕτως ἤδη καταλλαγέντα μετὰ δευτέραν ἔχθραν καὶ ἀδιάλλακτον ἑτέρα διαλλακτὶς εὑρηται· καὶ φάρμακον μετὰ δευτέραν καὶ τελείαν ἀπόγνωσιν, καὶ ἀνάκλη-

XXVIII. Lætor vero ob alia omnia. Qui enim aliter? Non modo enim e supplicio liberor, sed etiam divinæ consors naturæ evado; non modo e terra eriger, verum etiam in Eden introducor, seu potius in cœlos ipsos evehor; non solum e manibus inimici eripior, sed insuper Regi associor; simul ab omni peccato redimor, et simul totius Trinitatis templum constituor; nedum divina inimicitia eximor, sed e converso unigenitum Verbum dono recipio, eumque habeo non modo ut victimam coram me immolatam pro me, sed præterea immolatam et ad vescendum mihi propositam.

XXIX. Gaudeo igitur tum propter ista, tum propter alia his potiora. Nihilo autem minus, imo forte etiam magis, de horum occasione et securitate gaudeo, et quia tot tantorumque bonorum conciliatrix exstiterit generis mei filia; insuper autem quod rursus aberrantem ipsa rursus in viam revocaverit, atque ita ei qui jam reconciliatus fuerat, post secundam inimicitiam, utut acerbissimam, ipsa iterum ostensa sit reconciliatrix, et

(5) Luculentum habes testimonium catholicæ fidei circa augustissimum Eucharistiæ sacramentum.

remedium post secundam eamque omnimodam salutis desperationem et reparatio post tot tantorumque bonorum jacturam, et nova post secundam confractionem plasmatio, et post secundam mortem, eamque multo profundiorem et ad excutiendum difficiliorem, resurrectio extiterit.

XXX. Opportunissime porro sermo mentionem fecit novæ plasmationis et resurrectionis. Jam enim hæc eadem in mentem nobis revocabant tum jucundissima hujus diei lætitia, tum collatæ gratiæ non modus tantum, sed et tempus prorsus consentaneum. Nunc etenim cœlum et terra, et hujusce rerum universitatis tum magnitudo tum splendor nova et concinnitate et sapientia conditur. Hodie manu Dei, et ad Dei imaginem homo plasmatur (6); ac rursus hodie novo opere refingitur Dei carne et substantia, Patris quidem Verbo et brachio, halitu autem, Spiritu scilicet; hodie insuper Deus meus et Dominus et homo de monumento resurgit, ac simul Adam de sepulcro, atque universum genus humanum resurgit a lapsu, et præda antiqua infernus spoliatur, et clauditur; aperiuntur e converso, et massa nostra implentur cœli; et insuper (ut postremum illud addam, jucundissimum juxta ac tremendissimum, et cujus gratia omnia nostra disponuntur, firmaque vel adversus omnes inimicos consistunt, sicut antiqua ac præstans ad nos usque fert traditio ratioque confirmat) eadem hac die communis omnium terribilisque rex simul et Deus et judex venturus est (7), et omnis creatura inde discedet vel divinitatis particeps vel igni destinata, et mundi unus erunt mundus (8), atque unum erit regnum (9), et auferetur e medio tyrannis, et regina ad Regis dexteram assidebit [16] pulchritudine refulgens, et dotalibus muneribus, nimirum simul omnibus Trinitatis gratiis circumvestita; et decorata eorum, qui per ipsam nacti sunt salutem, varia multitudine ac dignitate, creaturas omnes nova gratia reparatas sibi beneficiis obstrictas ostendet.

XXXI. Sic itaque non temere in ipso sermonis exordio hanc solemnitatem et principium gaudii et medium et finem diximus; sic ipsa rursus non modo præ cæteris festivitatibus stupendissima apparet atque magnificentissima, sed sane et jucundissima simul et maxima veneratione digna: istud quidem propter miram et mysterii et miraculi præstantiam; illud vero propter fulgorem lucis undequaque emicantem; et ut quidpiam adhuc majori admiratione dignum eloquar, ipsa sola

σις μετὰ τὴν τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν ἀπόπτωσιν· καὶ ἀνάπλασις καὶ ἀνάστασις μετὰ δευτέραν συντριβὴν καὶ θάνατον δεύτερον, πολλῷ βαθύτερον καὶ δυσανακλητότερον.

δῶν κατὰ διαστάσεις, καὶ πυκνὰ τοὺς δακτύ- A λους μετατιθεῖσα, βαρὺν ἢ ὀξὺν τὸν φθόγγον ἐργάζεται. Πολλῶν δὲ ὄντων ὀργάνων μουσικῶν, τὴν βίβλον τῶν Ψαλμῶν πρὸς τὸ λεγόμενον ψαλτήριον ἥρμοσεν ὁ προφήτης, ἐμοὶ δοκεῖν, τὴν ἄνωθεν αὐτῷ ἐνηχοῦσαν χάριν παρὰ τοῦ Πνεύματος ἐνδεικνύμενος· διότι τοῦτο μόνον τῶν μουσικῶν ὀργάνων τὴν αἰτίαν τῶν φθόγγων ἐκ τῶν ἄνωθεν ἔχει, ὡς εἴρηται. Τῇ κιθάρᾳ μὲν γὰρ, καὶ τῇ λύρᾳ κάτωθεν ὁ χαλκὸς ὑπηχεῖ πρὸς τὸ πλῆκτρον· τὸ ψαλτήριον δὲ τοῦτο τῶν ἁρμονικῶν ῥυθμῶν ἄνωθεν ἔχει τὰς ἀφορμὰς, ἵνα καὶ ἡμεῖς τὰ ἄνω ζητεῖν μελετῶμεν, καὶ μὴ τῇ ἡδονῇ τοῦ μέλους ἐπὶ τὰ τῆς σαρκὸς πάθη καταφερώμεθα. Κἀκεῖνο δὲ οἶμαι τὸν προφητικὸν λόγον βαθέως ἡμῖν καὶ σοφῶς διὰ τῆς τοῦ ὀργάνου κατασκευῆς ἐνδεδεῖχθαι, ὅτι οἱ ἐμμελεῖς καὶ ἐνάρμοστοι B τὰς ψυχὰς ῥᾳδίαν ἔχουσι τὴν εἰς τὰ ἄνω πορείαν. Τὸ δὲ ψαλτήριον δεκάχορδον ὂν αἰνιγματωδῶς παρεδήλου τὸ σῶμα, ἅτε πέντε αἰσθήσεις ἔχον, καὶ πέντε τῆς ψυχῆς ἐνεργείας, δι' ἑκάστης αἰσθήσεως γινομένης ἐνεργείας ἑκάστης. Ὅταν γὰρ ἕκαστον αἰσθητήριον ἑκάστῃ δυνάμει τῆς ψυχῆς προσαρμόσωμεν, καὶ πρὸς τὸ ἱερὸν μέλος αὐτοὺς διοργανώσωμεν, δεκάχορδον γινόμεθα ψαλτήριον τῷ Θεῷ, ἡμῖν μὲν μουσουργούμενον, καλῷ δὲ τεχνίτῃ, τῷ Πνεύματι ἀνακρουόμενον. Ἀλλὰ τοιοῦτον μὲν τὸ ψαλτήριον· ψαλμὸς δέ ἐστι λόγος μουσικὸς, καὶ ὕμνος τῷ Θεῷ προσαγόμενος, ἀπὸ τοῦ ψαλτηρίου ὀργάνου κληθείς. Διὸ αἱ ἄλλαι Γραφαὶ, ἐπεὶ μὴ πρὸς αὐλὸν ἐψάλλοντο, τῆς τοῦ ψαλμοῦ ἐστέρηνται κλήσεως. Χρὴ δὲ C μηδὲ διάψαλμα παραδραμεῖν ἀθεώρητον. Τισὶ μὲν μεταβολὴν τοῦ νοήματος, ἢ πράγματος, ἢ προσώπου σημαίνειν ἐνομίσθη τὸ διάψαλμα· τισὶ δὲ μέλους ἐναλλαγὴν, πότε μὲν βαρύτερον ἀπηχουμένου, πότε δὲ ὀξύτερον. Ἕτεροι δέ φασιν, ὅτι συντιθεὶς ὁ Δαβὶδ ἕκαστον τῶν ψαλμῶν παρεδίδου ἑνὶ χορῷ, καὶ ἔψαλλεν ἐκεῖνον ἐν ἐκείνῳ τῷ χορῷ. Εἰ δέ που ἔδοξεν αὐτῷ κατὰ μέσον τοῦ ψαλμοῦ, καὶ ἄλλῳ χορῷ παραδοῦναι τὸ λοιπὸν τοῦ ψαλμοῦ, τότε καὶ ἡ διαδοχὴ τοῦ ῥυθμοῦ ἐκαλεῖτο διάψαλμα. Ἡμεῖς δὲ τάς τε τῶν προτέρων ὑπολήψεις οὐκ ἀποβάλλομεν· ἐννοῆσαι δέ τι, καὶ παρ' ἑαυτῶν πρὸς τὴν τοῦ ῥητοῦ σημασίαν οὐκ ἀποκνήσομεν. Τοιαύτην οὖν τινα τοῦ διαψάλματος κατελάβομεν τὴν διάνοιαν, ὅτι προϊούσης κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῆς ψαλμῳδίας, ἐάν τις ἐγέ- D νετο μεταξὺ προφητεύοντος τοῦ Δαβὶδ ἑτέρα τοῦ ἁγίου Πνεύματος θεία ἔλλαμψις, καὶ προσθήκη τοῦ κατὰ τὴν γνῶσιν χαρίσματος, ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν δεχομένων τὴν προφητείαν, ἐπέχων τὴν φωνὴν, καιρὸν ἐδίδου τῇ διανοίᾳ, δέξασθαι τῶν νοημάτων τὴν γνῶσιν τῶν γινομένων ἐν αὐτῷ παρὰ τῆς θείας ἐλλάμψεως. Καὶ ὥσπερ πολλάκις τινὲς μετ' ἀλλήλων διαλεγόμενοι, εἴ ποθεν ἀθρόα ἤχησις ταῖς ἀκοαῖς προσβάλοι, παυσάμενοι τοῦ λόγου, πρὸς τὸν ἦχον τῇ διανοίᾳ συντείνονται, σχολὴν παρέχοντες δι' ἡσυχίας τῇ ἀκοῇ, τοῦ γνῶναι τοῦ ἤχου τὴν δύναμιν, εἶτα παυσαμένης τῆς προσηχούσης φωνῆς πάλιν ἀλλήλοις διαλέγονται· οὕτω καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ ὑποφητεύων τῷ Πνεύματι, ἅπερ τε φθάσας ἔμαθε, δι-

sinistra vero in summo chordas stringens per intervalla et crebro oberrans digitis, sonum aut gravem aut acutum efficit. Quamvis vero non unum sit organum musicum, Psalmorum tamen librum ad illud quod psalterium dicitur maxime accommodavit vates, ut mihi videtur, gratiam illam sancti Spiritus significaturus quæ ex alto profusa suavissimos in ipso modos cieret : quia hoc solum inter musica instrumenta, vocum, ut diximus, causas a summitate habet. Citharæ quidem et lyræ ad plectri pulsum æs inferius respondet : psalterium autem numerorum musicorum in summo causas habet, ut et nos ad superna quærenda nos comparemus, nec lenocinils cantus ad studia carnis dejiciamur. Hoc enim divini vatis sermonem, sapientia in primis recondita per B instrumenti hujus structuram nobis indigitasse opinor, quod animus moderatus et compositus expeditum iter habeat ad altiora. Psalterium autem decem chordis resonans per figuram corpus ostendit quinque sensibus, et animum quinque facultatibus præditum, quarum singulæ per singulos sensus officio suo funguntur. Ubi enim singulos sensus singulis animæ facultatibus accommodamus, et ad usum sacræ modulationis attemperamus, psalterium decem chordarum Deo efficimur ; quod a nobis quidem melodice conformatur, sed a perito artifice sancto Spiritu pulsatur. Tale autem psalterium. Psalmus autem est sermo modulatus, et hymnus ad Deum directus, a psalterio instrumento nomen trahens. Quare alia quidem Librorum sacrorum volumina, quia ad tibiam non canebantur, psalmi nomine carent. Porro neque diapsalmatis mentionem omittere licet. Quibusdam enim commutationem sensus, aut rei, aut personæ significare creditum est diapsalma ; quibusdam vero discrimen cantus aliquando gravius aut acutius resonantis. Alii dicunt, Davidem ubi aliquem hymnum composuerit, aliquem e choris cantorum adhibuisse, eumdemque inter illos modulatum esse. Sicubi vero eidem visum fuerit diffindere quasi psalmum, partemque reliquam alteri cuidam choro tradere, tunc illas cantandi vices fuisse diapsalma appellatas. Nos vero sicut priorum conjecturas non rejicimus, ita inventis aliquid addere circa significationem verbi non verebimur. Igitur ejusmodi aliquam significationem diapsalmatis deprehendimus, ut procedente ex ordine cantu, si qua nova vaticinanti accideret divini Spiritus illuminatio et accessio gratiæ revelationis, in usum eorum qui auscultarent prophetiam, ille inhibita voce tempus dederit animo suo, ad percipiendum intellectum cogitationum, quas illuminatio divina in illo excitabat. Non secus atque solent qui inter se confabulantur, si quis sonus gravior aures percusserit, omisso sermone, ad sonum animum convertunt, otiumque auribus per silentium præbeat, ad intelligendam cantus significationem ; mox vero cessante cantum voce rursus colloquium repetunt. Simillime magnus David vocem accommodam Spiri-

tui sancto, quæque didicerat, dum cantionis argumentum animo præcipiebat, carmine exponit; et si quid inter canendum amplius percipiebat, inhibita harmonia aures advertebat Spiritui sancto, perite succinenti, ut quibus interea sensibus impletus fuerat, illos denuo explicaret. Est igitur diapsalma inter canendum, atque in ipso orationis flumine subito facta pausa ad perceptionem cogitationis divinitus interpositæ. Aut diapsalma est doctrina Spiritus, occulte superveniens animo, ejusque circa cogitationem eamdem intentioni, qua series modulationis abrumpitur. Ne tamen vulgus autumet silentium illud signum esse, quod virtus Spiritus sancti vaticinantem destituerit, ideo nonnulli interpretum pro diapsalmate continuationis notam inscribunt intervallis; ut hoc maxime modo discamus sancti quidem Spiritus gratiam nullibi deficere; cæterum sermonem, interpretem illorum, quæ divinitus animo incidunt, aliquando hæsitare: atque alia quidem mentis effari, alia excipere. Atque donec effatur sensus, qui intellectui imprimuntur, ordine succedit modulatio; quoties autem sublimius et divinius quid aures mentis circumsonat, inhibito cantu, totus est in audiendo. Internus igitur sancti Spiritus, illo ipso silentii tempore in illo loquentis, sermo etiam intervalla illa continuabat. Intervallum autem ipsum interpretibus diapsalma vocatum est. Diapsalma tamen non pausam, sed inspirationis divinæ intensionem esse, vel inde quis intelligat. Initio enim psalmi tertii, dum domesticas calamitates David deplorat, inops consilii queritur: Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? In medio autem hymni, eo ipso in loco quo diapsalma exstat, confirmato animo gloriatur quasi salutem suam oculis cerneret: « Ego dormivi, exclamat, et soporatus sum, et exsurrexi quia Dominus suscepit me. » Hæc ita quidem hactenus. Alleluia autem laus Dei exponitur. Est enim *allelu* laus, et *ia* Deus. Quare pro illo, *Laudate Dominum quia bonus est psalmus; Alleluia, quia bonus est psalmus*, Symmachus reddit. Psalmus autem et oda differunt; quod psalmus quidem sermo musicus est quatenus modulate ex lege musicæ organo adstrepit. Oda autem vox est modulata numero et harmonia constans, absque concentu organi. Quare quandoquidem corporis nostri machina per similitudinem audit psalterium, vel organum ex lege musicæ ad laudes Dei compositum; non temere ipsæ etiam corporis actiones, quæ in honorem Dei suscipiuntur per psalmum intelligantur; quando a ratione modulati et compositi, nihil præter modum et numerum intra animum designemus. Per odam vero, quæcunque ad nudam contemplationem aut orationem de Deo pertinent. Ita quidem magnus Basilius. Frater autem ejus Gregorius per psalmum vitam nostram intelligit, non levibus et abjectis sive terrenis sonis, hoc est cogitationibus

A ἐξῇσι τῇ μελῳδίᾳ· καὶ εἴ τι μεταξὺ λέγων ἐπαιδώσκετο, ὑπέχων τὴν τῆς ψυχῆς ἀκοὴν τῷ πνεύματι, καλῶς ἐνηχοῦντι, καὶ κατασιγάζων τὸ μέλος, ὃν αὖ πλήρης ἐγίνετο, ταῦτα πάλιν διεξῇσι. Ἔστιν οὖν ἡ διάψαλμα μεταξὺ τῆς ψαλμῳδίας γινομένη κατὰ ἀθρόον ὑπηρέτησις, πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ θεόθεν ἐπικρινομένου νοήματος. Ἢ διάψαλμά ἐστιν διδασκαλία τοῦ Πνεύματος, τῇ ψυχῇ κατὰ τὸ ἀπόῤῥητον ἐγγινομένη, τῆς περὶ τὸ νόημα τοῦτο προσοχῆς, τὸ συνεχὲς τῆς μελῳδίας περικοπτούσης. Ἵνα δὲ μὴ νομίσωσιν οἱ πολλοὶ, ὅτι ἡ σιωπὴ σημεῖόν ἐστι τοῦ ἐπιλελοιπέναι τὸν προφητεύοντα τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος δύναμιν, τούτου χάριν τινὲς τῶν ἑρμηνέων, ἀντὶ τοῦ διαψάλματος τὸ ἀεὶ τοῖς διαλείμμασι τούτοις ἐγγράφουσιν· ὡς ἂν διὰ τούτου μάθωμεν, ὅτι ἡ B μὲν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις πάντοτε ἦν· ὁ δὲ ἑρμηνεύων τὰ ἐγγινόμενα θεόθεν τῇ ψυχῇ νοήματα λόγος, οὐ πάντοτε ἦν· ἀλλὰ τὸ μὲν ἐξεφώνει τῆς διανοίας, τὸ δὲ ὑπεδέχετο. Ἐν ᾧ μὲν γὰρ ἐξηγόρευε τὰ ἐντυπωθέντα τῇ διανοίᾳ νοήματα, προῆει δ' ἀκολούθου ἡ ψαλμῳδία· εἰ δέ τι τῶν θειοτέρων τὴν τῆς ψυχῆς ἀκοὴν περιήχησεν, ὅλος τῆς ἀκροάσεως ἦν, κατασιγάζων τὸ μέλος. Ἀεὶ τοίνυν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ παρὰ τὸν τῆς σιωπῆς καιρὸν, ἐν αὐτῷ λαλοῦντος ὁ λόγος ἐν διαλείμμασιν ἦν· τὸ δὲ διάλειμμα παρὰ τῶν ἑρμηνέων ὠνομάσθη διάψαλμα. Ὅτι δὲ θειοτέρας ἐπιπνοίας ἐπίτασίς ἐστι τὸ διάψαλμα, ἐντεῦθεν ἂν τις κατίδοι. Ἐν γὰρ τῇ ἀρχῇ τοῦ τρίτου ψαλμοῦ τὰς οἰκείας συμφορὰς ὁ Δαβὶδ C ὀλοφύρεται, καὶ διαπορούμενος λέγει, « Κύριε, τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με; » περὶ τὰ μέσα δέ που τοῦ ψαλμοῦ, ἔνθα καὶ τὸ διάψαλμα κεῖται, θάῤῥους ἀναπλησθεὶς πέποιθε καὶ παῤῥησιάζεται, τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν ὥσπερ ὁρῶν, καὶ βοᾷ· « Ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, ἐξηγέρθην, ὅτι Κύριος ἀντιλήψεταί μου. » Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. Τὸ δὲ ἀλληλούϊα αἶνος Θεοῦ ἑρμηνεύεται· ἔστι γὰρ τὸ μὲν, ἀλληλοὺ, αἶνος· τὸ δὲ ἴα, Θεός. Διὸ καὶ ἀντὶ τοῦ, « Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ὅτι ἀγαθὸν ψαλμὸς, » « Ἀλληλούϊα ὅτι ἀγαθὸν ψαλμὸς, » ὁ Σύμμαχος τέθεικε. Ψαλμὸς δὲ καὶ ᾠδὴ διαφέρει· ὅτι ὁ μὲν ψαλμὸς λόγος ἐστὶ μουσικὸς, ὅταν εὐρύθμως κατὰ τοὺς ἁρμονικοὺς λόγους πρὸς τὸ ὄργανον κρούηται· ἡ δὲ ᾠδὴ φωνή ἐστιν ἐμμελὴς, ἀποδιδομένη ἐναρμονίως χωρὶς D τῆς συνηχήσεως τοῦ ὀργάνου· ὥστε ἐπειδὴ ψαλτήριον τροπικῶς, καὶ ὄργανον ἡρμοσμένον μουσικῶς εἰς ὕμνους Θεοῦ ἡ τοῦ σώματος ἡμῶν ἐστι κατασκευή· νοηθείεν ἂν καὶ ψαλμὸς αἱ διὰ τοῦ σώματος πράξεις, αἱ εἰς δόξαν Θεοῦ ἀποδιδόμεναι· ὅταν ὑπὸ τοῦ λόγου ἡρμοσμένοι, μηδὲν ἐκμελὲς ἀποτελῶμεν ἐν τοῖς κινήμασιν. ὨΙδὴ δὲ ὅσα θεωρίας ἔχεται ψιλῆς καὶ θεολογίας. Καὶ οὕτω μὲν ὁ μέγας Βασίλειος. Ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Γρηγόριος ψαλμὸν μὲν νοεῖ τὸν ἡμέτερον βίον, μὴ τοῖς γηΐνοις φθόγγοις, τουτέστι νήμασι περιηχούμενον· ἀλλὰ καθαρὸν καὶ ἐξήκουστον ἐκ τῶν ἄνωθεν καὶ οὐρανίων τὸν ἦχον ἀπεργαζόμενον· ᾠδὴν δὲ, τὴν περὶ τὸ φαινόμενον εὐσχημοσύνην. Καί φησιν, ὅτι ὥσπερ ἐκ τῶν μουσικῶν ὀργάνων μόνος ὁ ἦχος τῆς μελῳδίας προσπίπτει ταῖς ἀκοαῖς,

αὐτὰ δὲ τὰ μελῳδούμενα ῥήματα οὐ διαρθροῦνται τοῖς φθάγγοις· ἐν δὲ τῇ ᾠδῇ τὸ συναμφότερον γίνεται, καὶ ὁ τοῦ μέλους ῥυθμὸς καὶ τῶν ῥημάτων ἡ δύναμις συνδιεξαγομένη μετὰ τοῦ μέλους, ἣν ἀγνοεῖσθαι πᾶσα ἀνάγκη, ὅταν διὰ μόνων τῶν μουσικῶν ὀργάνων ἡ μελῳδία γίνηται· οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν τὴν ἀρετὴν μετιόντων συμβαίνει. Οἱ μὲν γὰρ τῇ θεωρητικῇ καὶ ἐποπτικῇ τῶν ὄντων φιλοσοφίᾳ τὸν νοῦν προσανέχοντες, τῇ ἀπεικαζομένῃ πρὸς τὸν ψαλμὸν, ἔδηλον τοῖς πολλοῖς τὴν ἀρετὴν κατορθοῦσιν, ἐν τῷ ἰδίῳ συνειδότι τὸ ἀγαθὸν κατακλείοντες. Οἷς δὲ καὶ τὸ ἦθος τοῦ βίου συγκατορθοῦται, οὗτοι τῇ περὶ τὸ φαινόμενον εὐσχημοσύνῃ, καθάπερ τινὶ λόγῳ καὶ ᾠδῇ ἐμμελεῖ, τὴν τῆς ζωῆς ἑαυτῶν εὐρυθμίαν δημοσιεύσουσι. Σημαίνεται οὖν διὰ μὲν τοῦ ψαλμοῦ τὸ κατὰ διάνοιαν ἀγαθόν· διὰ δὲ τῆς ᾠδῆς τὸ ἦθος καὶ ἡ περὶ τὸ φαινόμενον εὐσχημοσύνη ἑρμηνεύεται. Ἐπεὶ δὲ μεμαθήκαμεν τί ἐστι ψαλμὸς, ὅτι ἡ δι' ὀργάνου μουσικοῦ μελῳδία· καὶ τί ᾠδή, ὅτι ἡ διὰ τοῦ στόματος γινομένη τοῦ μέλους μετὰ τῶν ῥημάτων ἐκφώνησις, ῥητέον λοιπὸν τί ἐστι ὕμνος· ὅτι ἡ ἐπὶ τοῖς ὑπάρχουσιν ἡμῖν ἀγαθοῖς ἀνατιθεμένη τῷ Θεῷ εὐφημία. Αἶνος δὲ, ἤτοι αἴνεσις, τῶν θείων θαυμάτων ἔπαινος· προσευχὴ δὲ ἱκετηρία περί τινος τῶν συμφερόντων προσαγομένη Θεῷ. Ἀλλὰ περὶ τούτων καὶ αὖθις εἰρήσεται. Τὸ μέντοι τέταρτον κεφάλαιον ἐξετάζοντες, εἰ πάντες εἰσὶ τοῦ Δαβὶδ οἱ ψαλμοὶ, φαμὲν, ὅτι τρισχίλιοι ψαλτῳδοὶ ἀπὸ τοῦ Λευϊτικοῦ καὶ ἱερατικοῦ γένους εἰς τρεῖς διῃρημένοι χοροὺς τὸν τοῦ Δαβὶδ ψαλμὸν ἔψαλλον. Ἐξῆρχε δὲ τοῦ μὲν πρώτου χοροῦ Ἰδιθοὺν ὁ χοροδιδάσκαλος· τοῦ δὲ δευτέρου Αἰθὰν, καὶ τοῦ τρίτου Ἀσαφάτ. Κεκμηκότας δὲ τούτους οἱ υἱοὶ Κορὲ διεδέχοντο. Ὅθεν καὶ πολλοὺς ὁ Δαβὶδ ψαλμοὺς ἐπὶ τούτων ὀνόματι ἔψαλλε· καί τινες ἐντεῦθεν κακῶς ὑπέλαβον, ὅτι αὐτῶν εἰσιν οἱ ψαλμοί. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἔν τισιν ἐπιγραφαῖς τῶν Ψαλμῶν εὑρίσκεσθαι. Εἰσὶ δὲ πάντες οἱ ψαλμοὶ, ὡς τοῖς ἀκροατοῦσι δοκεῖ, καὶ τῇ ἀληθείᾳ τοῦ Δαβίδ. Μετ' ᾠδῆς δὲ αὕτη ἡ προφητεία λέγεται, ἵνα ἕκαστος τέρπῃ τὴν ψυχὴν ᾄδων, καὶ ὑποκλέπτῃ τὸν ἐκ τῆς ἀναγνώσεως πόνον. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν ὁ Θεὸς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ῥᾳθυμοτέρους ὄντας, καὶ πρὸς τὴν τῶν πνευματικῶν ἀνάγνωσιν δυσχερῶς ἔχοντας, καὶ τὸν ἐκεῖθεν οὐχ ἡδέως ὑπομένοντας κάματον· ποθεινότερον τὸν πόνον ποιῆσαι βουλόμενος, καὶ τοῦ καμάτου ὑποτεμέσθαι τὴν αἴσθησιν, τὴν τοῦ μακαρίου Δαβὶδ ἐκίνησε γλῶσσαν, μελῳδίαν ἀναμίξαι τῇ προφητείᾳ, ἵνα τῷ ῥυθμῷ τοῦ μέλους ψυχαγωγούμενοι, μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας τοὺς ἱεροὺς αὐτῷ ἀναπέμπωμεν ὕμνους· οὕτω γὰρ ἡ φύσις ἡμῶν πρὸς τὰ ᾄσματα καὶ τὰ μέλη οἰκείως ἔχει, ὡς καὶ τὰ ὑπομάζια παιδία κλαυθμυριζόμενα οὕτω κατακοιμίζεσθαι· καὶ γυναῖκες ἐστουργοῦσαι, καὶ γηπόνοι, καὶ ὁδοιπόροι, καὶ ναῦται τὸν ἐκ τῶν ἔργων πόνον παραμυθοῦνται· ὡς τῆς ψυχῆς, εἰ μέλους ἀκούσειε καὶ ᾠδῆς, ῥᾷον ἅπαντα ἐνεγκεῖν δυναμένης τὰ ὀχληρὰ καὶ ἐπίπονα. Ἐπεὶ οὖν ἡ ψυχὴ ἡμῶν οἰκείως ἔχει πρὸς τοῦτο τὸ εἶδος τῆς τέρψεως· ἵνα μὴ ορνικὰ

et intelligentiis obstrepentem, sed puram et audibilem, ex copia rerum sublimiorum et cœlestium vocem reddentem. Odam autem dicit externi moris moderationem et decentiam. Atque, quemadmodum ex organis, inquit, musicis solus sonus modulationis auribus accedit, ipsa autem verba suis numeris et articulis modulando non distinguuntur; quod utrumque in oda fit, ut et numerus modulationis et verborum virtus simul cum concentu explicetur; quam utique ignorari necesse est, quoties solis musicæ organis cantus peragitur: similis ratio est eorum, quæ ad virtutem referuntur. Qui enim ad solam umbratilem et contemplativam philosophiam animum applicant quæ psalmo proprie comparatur, intra suam conscientiam virtutis habitum efformant, et circumscribunt, ignotum vulgo. Quibus vero externæ vitæ ratio simul corrigitur, illi externi habitus honestate, quasi oratione quadam et cantu harmonico vitæ interioris suæ honestatem evulgant. Igitur per psalmum quidem, bonum quod intra animum concluditur, designatur; per odam vero mores illiusque, quod in oculos occurrit consonantia demonstratur. Postquam igitur didicimus quid psalmus sit, organi scilicet musici harmonia; itemque quid oda, modulatio oris verbis accommodata, dicendum superest, quid sit hymnus. Nimirum pro præsentibus bonis dicata Deo laudatio. Laus autem, seu laudatio miraculorum divinorum est prædicatio. Oratio vero est supplicatio ad Deum directa, de re aliqua earum quæ ad utilitatem conferunt. Cæterum de his postea dicendi locus erit. Nunc quartum caput excutientes, num omnes psalmi Davidis sint, dicimus ter mille cantores, ex familia Levitarum et sacerdotum, in tres choros divisos, Davidis psalmos cecinisse. Primi chori præcentor Idithun fuit; secundi Æthan, tertii autem Asaphat. Fatigatos hos excipiebant filii Core. Hæc ratio est quare tot psalmos illorum nomine cantaverit David, atque quare nonnulli perperam collegerint, illos ipsos psalmos eosdem auctores habere: eo quod aliquot psalmi eorum nominibus inscribantur. Sunt vero psalmi illi omnes, ut peritioribus recte videtur, Davidis ipsius. Legitur autem hæc vaticinatio in numeros cantici redacta, ut unusquisque animum numerorum gratia oblectet, et lectionis molestiam cantando fallat. Postquam enim Deus non paucos hominum segniores et alieniores a lectione rerum divinarum, nec adeo patientes laboris circa illa animadvertit, ut jucundiorem redderet hanc operam, et fatigationis subtraheret sensum, beati Davidis linguam movit, ad miscendam vaticiniis melodiam, ut numerosa modulatione ducti, multa cum animi alacritate laudes ipsi sacras decantemus. Usque enim adeo ad naturam nostram comparata sunt carmina et modulamina, ut et pueri lactentes, et mulieres nentes, et agricolæ, et viatores, et nautæ molestiam laboris cantu solentur: quasi anima, si modulationem aut cantum audiat, quamcunque

molestiam aut ærumnam facilius ferat. Quandoquidem ergo hæc voluptas adeo propria est animo nostro, ne dæmones inductis cantibus amatoriis et meretricilis omnia perverlant, psalmos quasi propugnaculum objecit illis Deus, adeo ut res illa simul et voluptas et utilitas sit a Spiritu sancto profecta, qui in animam tale aliquid cantantem celeriter illabi solet. Postquam enim Spiritus sanctus humanum genus intractabile vidit hortanti ad virtutem, nosque ipsos studio voluptatis rectæ viæ negligentiores, præcepta virtutis suavitate harmoniæ quasi condimento aliquo temperavit, ut propter gratiam et suavitatem auditionis, orationis utilitatem inscii admitteremus. Perinde ac prudentes medici, quando acerba aut amara medicamenta ægrotis propinant, et stomacho laborantibus, dulcedine mellis condiunt ut magis sint ad palatum : ita virtutis curriculum, quod per se difficile et impeditum est, amœnitas cantus gratum efficit. Ideo enim numeri hymnorum inventi sunt, ut qui pueri sunt ætate, aut omnino rudiores, ad habitum virtutis in speciem quidem canant, revera autem animos erudiant. O sapiens inventum magistri, qui hoc molitur, ut eadem opera et canamus et discamus utilia. Qua ratione tanto firmius animo nostro imprimitur doctrina. Violenta enim disciplina non potest esse diuturna. Quod autem eum delectatione quadam obrepit, constantius animo inhæret. Causa igitur prima et quasi obvia, quare cum voluptate psalmos animo versemus, hæc est, quod verba modulamur. Illa vero ipsa philosophia quæ harmonia constat, majus quid in recessu habet quam plerique credunt. Quid ergo est id quod dico? Audivi sapientum quemdam naturæ nostræ rationem ita explicantem quasi homo parvus quidam mundus sit, omnia inter se concludens, quæcunque magnus ille mundus complectitur. Hujus autem universi dispositio et ornatus quam proxime accedit ad harmoniam, multis nominibus et modis, non sine ordine et numero sibi ipsi respondentem. Hunc igitur divinum concentum etiam magnus David auribus hausisse totis mihi videtur, tum, cum psalmo quodam dicat : Laudant Deum aliæ virtutes cœli omnes, et lumen astrorum, sol et luna, et cœli cœlorum, et aqua quæ supra cœlos est. Quod si ergo dispositio illa mundi absolutissima et ornatissima harmonia quædam musica est, homo autem parvus quidam mundus; utique quæ in universo spectatur harmonia, etiam in hominis natura apparebit. Arguit autem hoc etiam mechanica corporis nostri structura, ad rationem firmationum per numeros solertissime a natura contexta. Vides arteriam veluti tibiam aliquam? Palatum, quasi canonem lyræ, illamque ope linguæ, et genarum et oris, quasi per plectrum editam et chordas modulationem? Quandoquidem igitur omne quod naturæ ordinem sequitur, ipsi naturæ gratum est, musicam autem ad normam naturæ nostræ comparatam esse jam liquet, ideo magnus David disciplinæ

ξσματα οἱ δαίμονες εἰσάγοντες ἅπαντα ἀνατρέπωσι, τοὺς ψαλμοὺς αὐτοῖς ἐπετείχισεν ὁ Θεός· ὥστε ἡμῶν τὸ πρᾶγμα καὶ ἡδονὴν καὶ ὠφέλειαν εἶναι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῇ τοιαῦτα ψαλλούσῃ ψυχῇ ταχέως ἐμπιπτάμενον. Ὡς γὰρ εἴρηται, ἐπειδὴν εἶδε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δυσάγωγον πρὸς τὴν ἀρετὴν τὸ γένος ἀνθρώπων, καὶ διὰ τὸ πρὸς ἡδονὴν ἐπιῤῥέπες, τοὺ ὀρθοῦ βίου καταμελοῦντας ἡμᾶς, τὸ ἐκ τῆς μελῳδίας τερπνὸν τοῖς δόγμασιν ἐγκατέμιξεν· ἵνα τῷ προσηνεῖ καὶ λείῳ τῆς ἀκοῆς τὸ ἐκ τῶν λόγων ὠφέλιμον λανθανόντως διαδεξώμεθα. Καὶ καθάπερ οἱ σοφοὶ τῶν ἰατρῶν τὰ αὐστηρότερα καὶ πικρὰ τῶν ἀλεξητηρίων φαρμάκων πίνειν διαδόντες τοῖς ἀῤῥωστοῦσι καὶ κακοσίτοις, εὔληπτα ταῦτα ποιοῦσι, τῇ τοῦ μέλιτος ἡδονῇ παραπτύοντες, οὕτω καὶ τὴν κατ' ἀρετὴν πολιτείαν, σκληρὰν οὖσαν, γλυκεῖαν ἡ μελῳδία ἐποίησε. Διὰ τοῦτο τὰ ἐναρμόνια ταῦτα μέλη τῶν ψαλμῶν ἐπινενόηται· ἵνα οἱ παῖδες τὴν ἡλικίαν, ἢ καὶ ὅλως οἱ νεαροὶ τὸ ἦθος, τῷ μὲν δοκεῖν, μελῳδῶσι, τῇ ἀληθείᾳ δὲ τὰς ψυχὰς παιδεύωνται. Ὦ τῆς σοφῆς ἐπινοίας τοῦ διδασκάλου, ὁμοῦ τε ᾄδειν ἡμᾶς, καὶ τὰ λυσιτελῆ μανθάνειν μηχανωμένου! Ὅθεν καὶ μᾶλλον ἐντυποῦται ταῖς ψυχαῖς τὰ διδάγματα· βέλτιον γὰρ μάθημα οὐ πέφυκε παραμένειν· τὸ δὲ μετὰ τέρψεως καὶ χάριτος εἰσδυόμενον μονιμώτερόν πως ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐνιζάνει· ἡ μὲν οὖν πρόχειρος αἰτία, καθ' ἣν ἐν ἡδονῇ τὴν ἐν τοῖς ψαλμοῖς μελέτην ποιούμεθα, αὕτη ἐστὶ, τὸ μελῳδεῖν, φημὶ, τὰ ῥήματα. Ἔοικε δὲ ἡ διὰ τῆς μελῳδίας φιλοσοφία καὶ μεῖζόν τι, ἢ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν διάνοιαν ὑποσημαίνειν. Τί οὖν ἐστιν ὃ φημι; Ἤκουσά τινος τῶν σοφῶν, τὸν περὶ τῆς φύσεως ἡμῶν διεξιόντος λόγον, ὅτι μικρός τίς ἐστι κόσμος ὁ ἄνθρωπος, πάντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὰ τοῦ μεγάλου κόσμου· ἡ δὲ τοῦ παντὸς διακόσμησις ἁρμονία τίς ἐστι μουσικὴ, πολυειδῶς καὶ ποικίλως κατά τινα τάξιν καὶ ῥυθμὸν πρὸς ἑαυτὴν ἡρμοσμένη. Ταύτης δὲ τῆς θεσπεσίας ὁμωφδίας δοκεῖ μοι καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ ἐν ἀκροάσει γενόμενος εἰπεῖν ἔν τινι τῶν ψαλμῶν, ὅτι «Αἰνοῦσι τὸν Θεὸν αἵ τε ἄλλαι δυνάμεις, αἱ κατ' οὐρανὸν πᾶσαι, καὶ τὸ ἀστρῶν φῶς, ὅ τε ἥλιος καὶ ἡ σελήνη, καὶ οἱ τῶν οὐρανῶν οὐρανοὶ, καὶ τὸ ὑπερουράνιον ὕδωρ.» Εἰ οὖν ὁ διάκοσμος ὅλος μουσική τις ἁρμονία ἐστὶ, μικρὸς δὲ κόσμος ὁ ἄνθρωπος, ἡ ἐν τῷ παντὶ θεωρουμένη μουσικὴ καὶ ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει φανήσεται. Δείκνυσι δὲ τοῦτο καὶ ἡ ὀργανικὴ τοῦ σώματος ἡμῶν κατασκευὴ, πρὸς ἐργασίαν μουσικῶς φιλοτεχνηθεῖσα παρὰ τῆς φύσεως. Ὁρᾷς τὸν τῆς ἀρτηρίας αὐλόν; τὴν τῆς ὑπερῴας μονάδα; τὴν διὰ γλώττης καὶ παρειῶν καὶ στόματος, ὡς διὰ χορδῶν καὶ πλήκτρου κιθαρῳδίαν; Ἐπεὶ οὖν πᾶν τὸ κατὰ φύσιν φίλον τῇ φύσει ἐστὶ· ἀπεδείχθη δὲ κατὰ φύσιν ἡμῖν οὖσα ἡ μουσικὴ, τούτου χάριν ὁ μέγας Δαβὶδ τῇ περὶ τῶν ἀρετῶν φιλοσοφίᾳ τὴν μελῳδίαν κατέμιξεν· οἷόν τινα μέλιτος ἡδονὴν τῶν ὑψηλῶν καταχέας δογμάτων. Καί μοι δοκεῖ συμβουλεύειν δι' αἰνιγμάτων, ὅτι οὐ δεῖ ἀμουσόν τε καὶ ἔκτροπον καὶ παρηχημένον τῶν ἐν ἀρετῇ ζώντων εἶναι τὸ ἦθος, ἀλλ' ἐμμελὲς καὶ εὔρυθμον, μήτε πέρα τοῦ μέτρου ὑπερτεινόμενον· ῥήγνυται γὰρ

πάντως τῇ ὑπερεάσει τῆς χορδῆς τὸ εὐάρμοστον· μήτε πρὸς τὸ ἐναντίον, ἐν ἀμετρίᾳ τῆς ἡδονῆς ὑποχαλώμενον· κωφὴ γὰρ καὶ ἄναυδος γίνεται ἡ ψυχὴ τοῖς τῆς ἡδονῆς ἐγχαυνωθεῖσα πάθεσι. Δῆλον οὖν ἐκ τούτων ἐστὶ, πρὸς ὅ τι βλέπει τῆς μελῳδίας τὸ αἴνιγμα· ὅτι τὴν τῶν παθημάτων συστολὴν συμβουλεύει ποιεῖσθαι· τῶν διαφόρως ἡμῖν ἐγγινομένων ἐκ τῶν βιωτικῶν περιστάσεων. Ὅθεν καὶ τὰ κατορθώματα τῆς θείας ταύτης μουσικῆς προσμαρτυρεῖ τῷ Δαβὶδ ἡ ἱστορία, ὅτι παράφορόν ποτε καταλαβὼν τὸν Σαοὺλ, καὶ ἐξεστηκότα τῆς διανοίας, οὕτως ἐξιάσατο, κατεπῴδων τοῦ πάθους, ὥστε αὐτῷ πάλιν πρὸς τὸ κατὰ φύσιν ἐπανελθεῖν τὴν διάνοιαν. Τὴν δὲ τῶν ψαλμῶν βίβλον (τοῦτο γὰρ ἐξετάσαι λείπεται) εἰς πέντε βιβλία Ἑβραῖοι διαιροῦσιν, ὥστε γενέσθαι αὐτὴν ἄλλην πεντάτευχον. Ἀπὸ γὰρ τοῦ πρώτου ψαλμοῦ μέχρι τοῦ τεσσαρακοστοῦ μίαν ἐλογίσαντο βίβλον· ἀπὸ δὲ τοῦ τεσσαρακοστοῦ πρώτου ἕως τοῦ ἑβδομηκοστοῦ πρώτου, δευτέραν· ἀπὸ δὲ τοῦ ἑβδομηκοστοῦ δευτέρου ἕως τοῦ ὀγδοηκοστοῦ ὀγδόου, τρίτην· ἀπὸ δὲ ὀγδοηκοστοῦ ἐννάτου, ἕως τοῦ ἑκατοστοῦ πέμπτου τετάρτην· ἐντεῦθεν ἕως τέλους πέμπτην. Ἕκαστον γὰρ ψαλμὸν ἐν τῷ τέλει ἔχοντα τὸ, «Εὐλογητὸς Κύριος γένοιτο,» τέλος εἶναι βιβλίου ἐδικαίωσαν· τῆς πέμπτης μόνης μερίδος, ἀντὶ τοῦ « Εὐλογητὸς Κύριος, γένοιτο, γένοιτο, » ἐχούσης τὸ· Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον.» Τίς δὲ ἡ ἐν τούτοις τεχνικὴ τάξις; Τὸ μὲν πρῶτον τμῆμα τῆς κακίας ἀφίστησι τὸν ἄνθρωπον· τὸ δὲ δεύτερον ὑπερδιῳῶντα εἰσάγει τοῦτον τοῦ βελτίονος, κατὰ τὴν διψωδεστάτην ἔλαφον· τὸ τρίτον ὑποπτικὸν αὐτὸν παρίστησι τῆς τῶν ὄντων φύσεως· ὡ; ἀγαθὸς γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραήλ· ἐγὼ δὲ, φησὶ, κτηνώδης μὲν ἤμην, ὅτε ἐν τοῖς ἐπικαίροις τὸ ἀγαθὸν ὡριζόμην· νῦν δὲ μετὰ σοῦ εἰμι, ὅτε πρὸς τὰ δεξιὰ ὥρμησα. Τὸ τέταρτον οὐκέτι κοινὸν ἀφίησι τὸν ἄνθρώπον εἶναι, ἀλλ' ἤδη τῷ Θεῷ συνάπτει. Ὁ γὰρ ὀγδοηκοστὸς ἔνατος ψαλμὸς ἐπιγραφὴν ἔχει· «Προσευχὴ Μωϋσῆ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ·» τὸ δὲ πέμπτον ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν ἄγει τῆς ἀναβάσεως· « Ἐμὴ πᾶσα συμπλήρωσις τῆς ἀνθρωπίνης σωτηρίας ἐστί· πᾶσα γὰρ, φησὶ, πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον.» Τοιοῦτον μὲν δὴ τὸ προσόψημα· καιρὸς δ' ἂν εἴη, καὶ αὐτὴν παραθεῖναι τὴν πανδαισίαν, ἣν ὁ θεῖος Δαβὶδ καλοῖς δαιτυμόσιν ἡτοιμάσατο.

A virtutum admsicuit melodiam, ut quasi aliqua mellis suavitate dogmata sublimiora perfunderet. Atque mihi quidem hæc sub involucro innuere videtur, illorum qui virtutem colunt, non debere mores modi et harmoniæ expertes esse aut incuriosos, sed harmonicos et numerosos; neque usque ad excessum rigidos; omnino enim nimia intensione chordæ rumpitur concentus; neque in contrariam partem dissolutos, ab intemperantia scilicet voluptatis: muta enim et elinguis redditur anima, quæ a studio voluptatis resolvitur. Ex his liquet quid sibi velit musicæ illud involucrum, quod affectuum modum et temperamentum suadet, qui varie afficiunt animos pro discrimine ordinum et ætatum. Denique de virtutibus musicæ hujus divinæ res B ipsa testimonium præbet Davidi, qui delirantem et extra se constitutum nactus Saulem, cantando usque adeo percuravit illa ab ægritudine, ut paulo post usus rationis, qualis extra morbum erat, illi rediret. Psalmorum vero librum, quod ultimum est perquisitionis nostræ, in quinque libros Hebræi dividunt, unde alia prodit Pentateuchus. A primo enim ad quadragesimum usque, primum descripserunt librum; a quadragesimo primo ad septuagesimum primum, secundum; a septuagesimo secundo ad octogesimum octavum, tertium; ab octogesimo nono, ad quintum usque et centesimum, quartum; inde usque ad finem quintum. Unumquemque enim psalmorum cui finis: Benedictus Do- C minus, fiat, finem esse singulorum librorum sanxerunt: sola parte quinta pro illo: Benedictus Dominus, fiat, fiat, habente: Omnis anima laudet Dominum. Quæris quæ sit ratio hujus ordinis? Prima sectio improbitatem demit homini; altera pars eumdem inducit sitientem meliora, ut cervum sitientem, tertia pars erectum illum et despicientem res humanas exhibet, quasi enim ad frugem rediisset, ita Deus loquitur Israeli: Ego, inquit, brutus aliquando eram, cum in temporalibus bonum ponebam, nunc vero tibi adhæreo, postquam ad rectiora conversus sum. Quarta pars non amplius pro derelicto habet hominem, sed jam illum Deo conjungit. Octogesimus enim et nonus psalmus titulum habet: Oratio accommodata Moysi homini Dei. Quinta vero pars ad culmen ducit ascensus. Gloriatur enim: Mea est omnis summa felicitatis humanæ; ergo, dicit, omnis anima laudet Dominum. Tale quidem est convivium; nunc tempus est apponere omnem ferculorum varietatem, quam David probis convivis apparavit

*Versus iambici in quatuor prophetas, ante Catenam inscripti. (Niceteæ forsan Heracleensis, Constant. eccl. diaconi, an. C. 1077. Bandini I, 19.)*

| ΗΣΑΙΑΣ. | D | ISAIAS. |
|---|---|---|
| Ἡ τῶν προφητῶν ἀκρότης Ἡσαΐας, | | Prophetarum apex Isaias, |
| Τὸν νοῦν καθαρθεὶς ἄνθρακι φλογὸς ξένης, | | Mente purgatus a carbone flammæ alienæ, |
| Καὶ δὴ τὸ μέλλον ὡς ἐνεστὼς προβλέπων, | | Futurique ut jam imminentis providus, |
| Χριστοῦ διετράνωσε τὴν παρουσίαν, | | Christi significavit præsentiam, |
| Πτῶσιν προηγόρευσε τῶν Χριστοκτόνων, | | Casumque prædixit Christicidarum, |
| Πίστιν προεῖπε τῶν πρὶν ἔξωθεν νόμου, | | Fidem prænuntiavit ante a lege alienorum, |
| Καὶ παντὶ κόσμῳ τὴν παλίρροιαν βίου. | | Totique mundo vitæ restitutionem. |
| Ποισθεὶς φθόνῳ δὲ, καὶ πόλον λαχὼν μένειν, | | Dissectus autem invidia, polique sorte donatus, |

Dicta reliquit vitam adjutura,
Quæ Nicetas, quem coronæ sedes habet,
Hic concinne composuit,
In fidei documentum, animæque lvtrum.

Ῥήσεις λέλοιπεν εἰς ὄνησιν ἐν βίῳ,
Ἅσπερ Νικήτας, ὃν στέφους κοιτὼν ἔχει,
Ἐν ὡραΐσμῷ συνέθετ᾽ ἐνθάδε
Εἰς πίστεως ἔνδειγμα, καὶ ψυχῆς λύτρον.

## JEREMIAS.

Deflere, prophcta, lacrymisque prosequi urbem,
Desine jam cædibus plenam,
Qui matris in utero es consecratus,
Nec verearis cum inter gentes locutus fueris,
Te tanquam ad infidos esse jussum accedere,
Quin potius surgas, leva oculos in circuitu,
Lamentationum et lacrymarum copia omissa,
Siquidem non mortuus es, sed sursum vivis,
Quin gentes aspicias antea externas, nunc legi sub-
[jectas,
Sionis filios præstantes in pulverem redactos,
Lætare tandem perfectione tuorum sermonum,
Quos pia mens hic composuit.

Θρηνῶν, προφῆτα, καὶ μεταχλαίων πόλιν,
Πέπαυσο λοιπὸν τὴν φόνων πεπλησμένην,
Ὁ μητρὸς ἔνδον γαστρὸς ἡγιασμένος,
Καὶ μὴ πτοηθῇς εἰς ἔθνη τεθειμένος,
Ὡς εἰς ἀπιθεῖς πρὶν κελευσθεὶς ἐνεγκεῖν,
Ἀλλ᾽ ἐξανάστὰς, ἆρον ὀφθαλμὸν κύκλῳ,
Θρήνων ἐταῖρον δακρύων τὴν πλημμύραν,
Ἐπεὶπερ οὐ τέθνηκας, ἀλλὰ ζῇς ἄνω.
Καὶ βλέψον ἔθνη, τὰ πρὶν ἐκτὸς, ἐν νόμῳ,

Υἱοὺς Σιών τε, τοὺς ὑπερτίμους, πόνιν,
Καὶ χαῖρε τῶν σῶν εἰς τελείωσιν λόγων,
Οὓς τῇδε συνέθησιν εὐσεβὴς νόος·

## EZECHIEL.

Mentis splendore et puritate cordis
Ezechiel, ineffabilibus sermonibus
Dignus habitus est, et novis visionibus,
Deum enim vidit tanquam accessibilem visu,
Et Cherubim faciem edoctus est;
Statum, timorem, motum, splendorem, sermones,
Clare aspexit cœlestis ministerii.
Hinc mundatus et doctus qui prævideat,
Tam clare ostendit se nosse finem omnem rerum,
Ut etiam describeret modos futurorum consiliorum
[in sermonibus,
Quos hic docta mens illustravit labore.

Ψυχῆς τὸ λαμπρὸν καὶ τὸ φαιδρὸν καρδίας,
Ἰεζεκιὴλ τῶν ὑπὲρ λόγον λόγων
Κατηξίωσε, καὶ θεαμάτων ξένων.
Θεὸν γὰρ εἶδεν, ὡς ἐφικτὸν προσβλέπειν,
Καὶ τῶν χερουβὶμ ἐκπεπαίδευται θέαν,
Στάσιν, φόβον, κίνησιν, ἑλλαμψιν, λόγους,
Σαφῶς ἔβλεψε τῆς ἄνω λειτουργίας.
Ὅθεν καθαρθεὶς καὶ διδαχθεὶς προβλέπειν,
Οὕτω σαφῶς ἔδειξεν εἰδέναι τέλος
Τῶν πραγμάτων πᾶν, ὡς γράφειν καὶ τὰ μέτρα
Τῶν εἰς ἔπειτα κτισμάτων ἐν τοῖς λόγοις,
Οὓς ὧδε κοσμεῖ κοσμία ψυχὴ πόθῳ.

## DANIEL.

Ineffabilis est Dei providentia,
Ut in eum qui speraverint coronare,
Omnibus bonis consueverit, vel in ipso scpulcro,
Sicut et Daniel, prophetarum voluptas,
Ensem effugit Persarum exercitus,
Captivus abductus in alienigenam pertransiit ter-
[ram,
Deum autem rursus invenit.
Fuit apprime regibus amicus,
Quod futurum et temporum nosset finem
Feras refrenans, prævidens et in somniis,
Gloriose immutans superioribus inferiora,
Sermones reliquit, quorum hic adsunt expositiones.

Ἄφραστος ἡ πρόνοια τοῦ Θεοῦ λόγοις,
Ὅπως ἐπ᾽ αὐτὸν τοὺς πεποιθότας στέφειν
Πᾶσιν καλοῖς εἴωθεν ἔν γε τῷ τάφῳ.
Ὡς καὶ Δανιὴλ, ἡ προφητῶν τερπνότης,
Ξίφος πεφευγὼς περσικῶν στρατευμάτων,
Ὡς αἰχμάλωτος ἠγμένος τε πρὸς ξένην

Ἤμειψε μὲν γῆν, τὸν Θεὸν δ᾽ εὗρεν πάλιν.
Καὶ πρῶτον ἦν μὲν τῶν ἀνασσόντων φίλος,
Τὸ μέλλον αὖθις τῶν χρόνων ἥδει τέλος.
Θῆρας χαλινῶν, προβλέπων κἀν τοῖς ὕπνοις,
Καλῶς δ᾽ ἀμείψας τῶν ἄνω τὰ τῶν κάτω,
Ῥήσεις λέλοιπεν, ὧν πάρεισιν ἐκθέσεις.

# ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ

## ΕΙΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ.

# SCHOLIA VETERA

## IN EVANGELIUM SECUNDUM MATTHÆUM.

(Ex antiquis membranis bibliothecæ Vaticanæ edidit Ang. Mai in *Class. Auct.* tom. VI.)

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Εὐαγγέλιον καλεῖται ἡ βίβλος, ὅτι κολάσεως δεικνύει ἀναίρεσιν, καὶ οὐρανῶν βασιλείαν ἐπαγγέλλεται· βίβλον γενέσεως ταύτην καλεῖ καὶ παρέχουσαν ἄλλα πολλὰ καὶ οὐ τὴν Χριστοῦ μόνον γένεσιν· διότι τὸ κεφάλαιον τῆς οἰκονομίας τοῦτό ἐστιν.

Τὸ Ἰησοῦς, *Σωτὴρ* ἑρμηνεύεται τῇ Ἑβραίων φωνῇ.

Πόθεν δηλονότι ἀπὸ τῆς τοῦ Δαβὶδ ἦν γενεᾶς; Ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν Θεὸν πρὸς τὸν Γαβριὴλ ἀπελθεῖν πρὸς τὴν παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ᾧ ὄνομα Ἰωσὴφ ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ· ἐκέλευε δὲ ὁ νόμος μὴ ἐξ ἄλλης φυλῆς λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκ τῆς οἰκίας· ὅθεν ἦν ὁ Ἰωσὴφ ἐκ Δαβὶδ, καὶ ἡ Μαρία ἐκ Δαβίδ. B

Διὰ τί μέμνηται τῆς παρανόμου μίξεως τοῦ Ἰούδα καὶ τῆς Θάμαρ; Θαυμάζων ὁ εὐαγγελιστὴς καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δεικνὺς φιλανθρωπίαν, ὅτι οὐκ ἀπηξίωσε τοιούτους ἔχειν συγγενεῖς. Τίνος χάριν τοῦ Φαρὲς μνημονεύσας ἀφ' οὗ τὸν Κύριον γενεαλογεῖ, καὶ τοῦ Ζαρᾶ μνημονεύει; Ὅτι τοῦ Ζαρᾶ ἐν τῷ τίκτειν τὴν Θάμαρ τὴν χεῖρα προεξενέγκαντος, συνέστειλε τὸ παιδίον τὴν χεῖρα, καὶ προῆλθεν ὁ Φαρὲς, καὶ τότε ὁ Ζαρᾶ· ὅπερ τῶν δύο λαῶν τύπος ἦν· τῆς γὰρ πολιτείας τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐν τοῖς κατὰ τὸν Ἀβραὰμ χρόνοις φανείσης, εἶτα ἐν τῷ μέσῳ συσταλείσης, ἦλθεν ὁ Ἰουδαϊκὸς λαὸς καὶ ἡ νομικὴ πολιτεία· καὶ τότε ὁ νέος ἐφάνη λαὸς μετὰ τῶν αὐτῶν νόμων. Καὶ τῆς Ῥοὺθ δὲ τῆς ἀλλοφύλου μέμνηται, ὅτι καθάπερ C ἐκείνης καὶ πτωχῆς καὶ ἀλλοφύλου οὔσης ὁ Βοὸζ οὐ κατεφρόνησεν, οὔτε τὴν δυσγένειαν ἐβδελύξατο, καὶ ὁ Χριστὸς τὴν Ἐκκλησίαν δεξάμενος οὐκ ἐβδελύξατο.

Τοὺς τρεῖς παρέδραμε βασιλεῖς ὡς κακούς· ἔστι δὲ Ὀχοζίας, καὶ Ἰωὰς, καὶ Ἀμεσίας· ἔθος γὰρ τῇ Γραφῇ τοὺς οὐκ ἀξίους μνήμης καταλιμπάνειν, ὡς καὶ Μωσῆς ἐν ταῖς εὐλογίαις τοῦ Συμεών.

Διὰ τί εἶπεν Ἰωσὴφ τὸν ἄνδρα Μαρίας; Ἵνα δείξῃ ὅτι δι' αὐτὸν καὶ ταύτην ἐγενεαλόγησεν· κατὰ γὰρ φυλὰς καὶ συγγενείας ἐλάμβανον.

### CAPUT PRIMUM.

Vers. 1. Evangelium vocatur hic liber, quia damnationis ostendit abolitionem, et cælorum regnum annuntiat. Librum generationis vocat illum, qui alia multa continet et non solum Christi generationem; quamobrem caput istud incarnationis est.

Vox Jesus, *Salvator* hebraica lingua interpretatur.

Unde evidenter fuit ex semine David? Ex hoc quod dicit Deum misisse Gabriel ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, de domo et patria David. Jubebat autem lex ne ex aliis tribubus ducerent, sed ex eadem domo; unde erat Joseph ex David, Maria quoque ex David.

Vers. 3. Quare illicitam memorat unionem Juda et Thamar? Admirans evangelista et Dei ostendens amorem in homines, quod non dedignatus est tales habere parentes. Quam ob causam Phares commemorans a quo Dominus ducit genealogiam, Zaram etiam memorat? Quia Zara, pariente Thamar, cum manum foras protulisset, hanc retraxit, et processit Phares, et deinde Zara; quod duorum populorum figura erat. Nam cum Abrahæ temporibus ecclesiastica viguisset gubernatio, deindeque e medio sublata fuisset, venit Judæorum populus et legis gubernatio, et tunc novus apparuit populus cum legibus eisdem. Et de Ruth alienigena loquitur, quia sicut illam et mendicam et alienigenam Booz non despexit, neque infirmitatem ejus abhorruit, Christus etiam Ecclesiam accipere non abhorruit.

Vers. 11. Tres illos leviter attigit reges ut malos; sunt vero Ochozias, Joas, et Amesias. Mos enim est Scripturæ indignos memoria omittere, ut Moyses in benedictionibus Simeon.

Vers. 16. Quare dixit Joseph virum Mariæ? Ut ostenderet per Joseph genealogiam Mariæ genealogiam datam esse; nam secundum tribus et consanguinitates nubebant.

Vers. 17. Ideo meminit Abrahæ et David, quod ad illos datæ erant promissiones circa Christum.

Duodecim ponens generationes, quatuordecim dixit, quia tempus captivitatis intra generationes ordinavit; adhuc autem ipsum Christum intra generationes nobis connumerat.

Vers. 18. Non dixit priusquam duceretur illa in domum, sed priusquam convenirent, quia non foris a viro erant desponsatæ ætatis imparis; hoc autem dixit ne det suspicionem. Quam ob causam non ante desponsationem concepit? Ne pareret suspicionem quod factum erat, cum non esset vir zelosus et ideo Mariam observans.

Vers. 19. Secundum legem non castigare neque hanc in exemplum dare volens, voluit dimittere eam. Prohibetur autem ab angelo; adeo erat mitis et sapiens Joseph. Ad ministrandum illi post partum, evidens est quod adductus sit Joseph hoc prodigio.

Vers. 20. Cur non clara luce visus est angelus Joseph, sed per somnium? Quia non erat incredulus ut pastores et Zacharias.

Cur vocavit illum angelus filium David? Revocare illi volebat, unde debebat Christus originem ducere.

Cur dixit *conjugem tuam*? Quod non erat violata. Conjugem autem illam vocat ob desponsationem, sicuti et nos *generos* dicimus vel ante nuptias desponsatos filiæ.

Vers. 21. Non dixit, *Pariet tibi;* non erat enim illius semen; sed pariet mundo evidenter universo; addit enim: *Ipse salvum faciet populum suum.*

Cur dixit, *Vocabis nomen ejus Jesum*? Ne illum faceret ab officio patris alienum. Licet enim tuus filius non sit, inquit, sed quæ patris sunt ages, eo quod non sit e fornicatione.

Vers. 22. Angelus dicit istud: *Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est ab Isaia;* non autem evangelista.

Vers. 23. Si quis dixerit non dixisse Isaiam virginem sed puellam; prius quidem ferunt Septuaginta his quinque numerosiores et veraciores, utpote scribentes ante patrationem mysterii; deinde puellas, virgines dicemus; et, *Si clamaverit puella*, de virgine loquitur Moyses, quia sciebat puellæ nomen pro virgine usurpari. Si e consuetudine debebat generari quod a propheta nuntiatum erat, quid significationis habet quod dictum est? Nihil certe; denique, non in Ezechia, sed in Christo adimpletum est.

Objiciet Judæus cur non vocatus sit Emmanuel, ut propheta dixit, sed Jesus Christus? Audiant prophetam non dixisse, Vocabis, sed, *Vocabunt* populi; hæc est rerum istarum expositio: quia videbunt Deum cum hominibus. Mos autem ille est Scripturæ hoc pro nominibus adhibere; ut, *Voca nomen ejus: Cito spolia; celeriter vasta: genito illo vastatio prædarum facta est;* et ut illud quoque,

A Διὰ τοῦτο ἐμνημόνευσεν Ἀβραὰμ καὶ Δαβίδ, ὅτι πρὸς αὐτοὺς ἦσαν αἱ ἐπαγγελίαι περὶ Χριστοῦ.

Δώδεκα θεὶς γενεάς, δεκατέσσαρας εἶπεν, διότι καὶ τὸν χρόνον τῆς αἰχμαλωσίας εἰς γενεὰν ἔταξεν· ἔτι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Χριστὸν εἰς γενεὰν συνάπτων ἡμῖν αὐτόν.

Οὐκ εἶπεν, πρὶν ἢ ἀχθῆναι αὐτὴν εἰς τὴν οἰκίαν, ἀλλὰ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, διὰ τὸ μὴ ἔξω εἶναι τῶν ἀνδρῶν τὰς μεμνηστευμένας ἀνηλίκους· τοῦτο δὲ εἶπεν διὰ τὸ μὴ δοῦναι ὑποψίαν. Τίνος χάριν οὐ πρὸ τῆς μνηστείας συνέλαβεν; Ἵνα μὴ δόξῃ ὑποψία τὸ γεγονὸς, οὐκ ὄντος τοῦ ζηλοτυποῦντος καὶ διὰ τοῦτο φυλάσσοντος.

Κατὰ τὸν νόμον οὐ κολάσαι οὐδὲ παραδειγματίσαι αὐτὴν βουλόμενος ἐβουλήθη ἀπολῦσαι αὐτήν· κωλύεται δὲ ὑπ' ἀγγέλου· τοσοῦτον ἦν ἥμερος καὶ φιλόσοφος ὁ Ἰωσήφ. Τὸ θεραπεύειν αὐτὴν μετὰ τὸν τόκον, εὔδηλον ὡς ἐπείσθη τῷ θαύματι ὁ Ἰωσήφ.

Διὰ τί οὐ φανερῶς ὤφθη ὁ ἄγγελος τῷ Ἰωσὴφ, ἀλλὰ κατ' ὄναρ; Ὅτι οὐκ ἦν ἀπιστῶν ὡς οἱ ποιμένες καὶ ὁ Ζαχαρίας.

Διὰ τί εἶπεν αὐτὸν ὁ ἄγγελος υἱὸν Δαβίδ; Ἀναμνῆσαι αὐτὸν βουλόμενος, ὅθεν ἔμελλεν ὁ Χριστὸς τίκτεσθαι.

Διὰ τί εἶπεν, *Τὴν γυναῖκά σου;* Ὡς μὴ διεφθαρμένης· γυναῖκα δὲ αὐτὴν καλεῖ ἀπὸ τῆς μνηστείας, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς *γαμβροὺς* λέγομεν καὶ πρὸ τοῦ γάμου τοὺς μνηστευθέντας τῇ θυγατρί.

C Οὐκ εἶπεν, Τέξεταί σοι· οὐ γὰρ ἦν αὐτοῦ σπέρμα· ἀλλὰ, *Τέξεται*, τῷ κόσμῳ παντὶ δηλονότι· ἔχει γάρ· *Αὐτὸς σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ.*

Διὰ τί εἶπεν, *Καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν;* Οὐκ ἀλλότριον ποιῶν αὐτὸν τῆς διακονίας. Εἰ γὰρ καὶ μὴ σὸς ὁ τόκος, φησὶν, ἀλλὰ τὰ πατρὸς πράξεις, διὰ τὸ μὴ ἀπὸ μοιχείας εἶναι.

Ὁ ἄγγελος λέγει τὸ, *Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἡσαΐου·* ἀλλ' οὐχὶ ὁ εὐαγγελιστής.

Ἐάν τις λέγῃ ὅτι οὐκ εἶπεν Ἡσαΐας παρθένον, ἀλλὰ νεάνιδα, πρῶτον μὲν οἱ Ἑβδομήκοντα τῶν πέντε πλείονες καὶ ἀνυποπτότεροι· πρὸ γὰρ τῆς διαμάχης τοῦ μυστηρίου· ἔπειτα τὸ *νεανίσκοι*, καὶ *παρθένοι* λέξομεν· καὶ τὸ, *Ἐὰν βοήσῃ ἡ νεᾶνις*, D περὶ παρθένου λέγων ὁ Μωσῆς· ὥστε οἶδεν τὸ τῆς νεάνιδος ὄνομα ἐπὶ τῆς παρθένου λέγεσθαι. Εἰ ἐκ νομίμου ἔμελλεν γεννᾶσθαι τὸ προφητευόμενον, ποῖον σημεῖον ἦν τὸ λεχθέν; Οὐδὲ ποῖον· λοιπὸν, οὐκ ἐπὶ τῷ Ἐζεκίᾳ, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Χριστῷ πεπλήρωται.

Ἀπορήσει Ἰουδαῖος διὰ τί οὐκ ἐκλήθη Ἐμμανουὴλ, ὡς ὁ προφήτης εἶπεν, ἀλλὰ Ἰησοῦς Χριστός; Ἀκουσάτωσαν ὅτι οὐκ εἶπεν, Καλέσεις, ἀλλὰ, *Καλέσουσιν* οἱ ὄχλοι· τουτέστιν ἡ τῶν πραγμάτων ἔκβασις· ὅτι ὄψονται Θεὸν μετὰ ἀνθρώπων· ἔθος δὲ τοῦτο τῇ Γραφῇ ἀντὶ ὀνομάτων τιθέναι· οἷον, *Κάλεσον τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ταχέως σκύλευσον· ὀξέως προνόμευσον· γεννηθέντος αὐτοῦ προνομὴ*

σκύλων ἐγένετο· καὶ ὡς τὸ, *Ἡ πόλις κληθήσεται πόλις δικαιοσύνης, μητρόπολις πιστή*· καίτοι μείνασα καλεῖσθαι Ἱεροσόλυμα.

Τὸ, *Οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον*, οὐ δείκνυσιν ὅτι ἐσχάτως ἔγνω αὐτήν· τὸ γὰρ, ἕως, οὐ πάντοτε χρόνον ἄλλον ζητεῖ, ἀλλὰ πολλάκις εἰς τὸ διηνεκὲς εὑρίσκεται· ὡς τὸ, *Καὶ οὐκ ὑπέστρεψεν ὁ κόραξ εἰς τὴν κιβωτὸν ἕως οὗ ἐξηράνθη ἡ γῆ*· καίτοι γε οὐδὲ μετὰ ταῦτα ὑπέστρεψε· καὶ πάλιν, *Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης, ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη*· τοῦτο δὲ εἶπεν οὐ πέρας, διδοὺς τῷ καλῷ τούτῳ φωτὶ· τέθεικε δὲ τὸ, ἕως, ἵνα μόνον μάθωμεν τὸ πρὸ τῶν ὠδίνων ἀνέπαφον· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἡμῖν κατέλιπε συλλογίζεσθαι, ὅτι τὴν οὕτως γεννήσασαν οὐκ ἂν ὑπέμεινε γνῶναι δίκαιος ὢν ὁ Ἰωσήφ. Πῶς ἀδελφοὶ τοῦ Χριστοῦ λέγονται οἱ περὶ Ἰάκωβον; Ὡς καὶ Ἰωσὴφ τῆς Μαρίας ἀνήρ· ἐκείνου γὰρ ἦσαν παῖδες ἐκ προτέρας γυναικός· διὰ τὸν καλούμενον οὖν πατέρα, καὶ οἱ τοῦ πατρὸς υἱοὶ, ἀδελφοί.

A *Urbs vocabitur urbs justitiæ, metropolis fidelis;* et cum exspectans vocatur Jerusalem.

Vers. 24. Illud, *Non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum*, minime indicat illum ultimo illam cognovisse. Vox enim *donec* non semper aliud ad tempus se refert, sed sæpe pro perpetuo invenitur; ut illud etiam, *Non reversus est corvus in arcam donec siccata est terra;* nempe non postea reversus est : et iterum, *Surget in diebus ejus justitia, et multitudo pacis donec destruatur luna;* hoc autem dixit non finem dans pulchro illo lumini, posuit vero *donec* ut intelligamus solum firmiorem commotionibus stabilitatem. Illa vero tandem nobis reliquit conjicienda, B Joseph, cum justus esset, hanc post talem partum cognoscere non sustinuisse. Quomodo fratres Christi dicuntur Jacobus et alii? Quod Joseph vir erat Mariæ; ejus enim erant filii e priore muliere suscepti; cum ergo ille pater Christi diceretur, patris quoque filii, Christi fratres dicebantur.

## ΚΕΦΑΛ. Β'.

Τὸν χρόνον Ἡρώδου λέγει· διότι καὶ ἕτερος Ἡρώδης λέγεται, ὃς ἀνεῖλεν τὸν Πρόδρομον.

Τοὺς μάγους εἰς ἔλεγχον τῶν Ἰουδαίων ἤνεγκε προσκυνῆσαι, ἵνα παρὰ βαρβάρων μάθωσιν ἃ οὐκ ἤθελον μαθεῖν ἀπὸ προφητῶν οἱ Ἰουδαῖοι.

Οὐ δι' ἀγγέλου τοὺς μάγους ἤνεγκεν, ἀλλὰ διὰ τῶν συνήθων ἀστέρων· κἂν γὰρ ἄγγελος ἦν, ὡς ἀστὴρ ἐδείκνυτο. Ὁ ἀστὴρ ὁ φανεὶς, δύναμίς τις C ἦν ἀόρατος εἰς ταύτην φαινόμενος τὴν ὄψιν· καὶ γὰρ ἀπὸ ἄρκτου εἰς μεσημβρίαν ἐφαίνετο· οὕτω γὰρ ἡ Παλαιστίνη πρὸς τὴν Περσίδα κεῖται· δεύτερον καὶ ὅτι ἐν μεσημβρίᾳ ἐφαίνετο, οὐκ ἦν ἀστήρ· τρίτον ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι καὶ κρύπτεσθαι· τέταρτον ἀπὸ τοῦ κάτω εἶναι· εἰ γὰρ ἄνω ἦν, οὐκ ἠρκεῖτο ὕψος μικρὸν τόπον χαρακτηρίσαι.

## CAPUT II.

Vers. 1. *In diebus Herodis* dicit, quia alius Herodes numeratur qui Præcursorem abstulit.

Magos in Judæorum condemnationem adoravisse dixit ut ex Barbaris discant quod e prophetis discere noluerant Judæi.

Vers. 2. Non per angelum Magos monitos esse narrat, sed per solitas illis stellas; etiam si enim angelus fuisset, ut stella apparuit. Stella ista quæ visa est, potestas erat quædam invisibilis in hoc aspectu apparens; nam a septentrione ad meridiem visa est; sic enim Palæstina ad Persidem sita est; secundo quia in meridie visa est, stella non erat; tertio quia videbatur et occultabatur; quarto quia in parte cœli inferiore erat. Si enim in superiore fuisset, non potuisset tanta altitudo parvum locum indicare.

Τὸ, *Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν*, οὕτως λύεται· Ἡρώδης ἀλλόφυλος ὢν, καὶ τοῦτο λέγει· *Ἐξέλιπον γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι ἔχειν ἄρχοντας.*

Διὰ τί ἐρωτηθέντες παρὰ τοῦ βασιλέως, εἶπον τὴν προφητείαν ἕως τὸ, *Ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραὴλ*, οὐ προσέθηκαν δὲ, *Καὶ ἔξοδοι αὐτοῦ ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος*; Ἐπὶ πρὸς χάριν καὶ κολακεύοντες ἐλάλουν.

Διὰ τί τοὺς μάγους καλεῖ Ἡρώδης λάθρα; Ὅτι ἐνόμιζε τοὺς Ἰουδαίους κήδεσθαι τοῦ παιδίου· ἔτι δὲ καὶ ἀνελεῖν ἐπιχειρεῖ τὸ τεχθέν.

Οὐ τὸν χρόνον τοῦ παιδίου, ἀλλὰ τοῦ ἀστέρος ζητεῖ, ἐκ πολλῆς περιουσίας τὸ πρᾶγμα ἐρευνῶν.

Πῶς τοῦ Λουκᾶ ἐν φάτνῃ λέγοντος κεῖσθαι, ὁ Ματθαῖος ἐπὶ τῶν γονάτων τῆς μητρὸς λέγει; Χρὴ δὲ νοεῖν, ὅτι γεννήσασα διὰ τὸ μὴ εἶναι τόπον διὰ τὴν ἀπὸ τῆς ἀπογραφῆς πληθὺν, ἀνέκλινεν ἐν τῇ φάτνῃ, εἶτα καὶ ἐπὶ τῶν γονάτων ἀνεῖλεν.

Vers. 6. Illud, *Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse expectatio gentium*, ita solvitur : Herodes alienigena erat, et illud dicit : *Cessaverant enim Judæi reges habere.*

Quare interrogati a rege dixerunt prophetiam D usque huc, *Pascet populum meum Israel*, non adjecerunt autem, *Et egressus ejus a diebus æternitatis?* Quia gratulantes et adulantes loquebantur.

Vers. 7. Quare clam Magos vocat Herodes? Quia putabat Judæos de puero curare, adhuc autem auferre meditabatur parvulum.

Non pueri tempus, sed stellæ, inquirit, supervacue rem explorans.

Vers. 11. Quomodo, Luca dicente puerum in præsepio reclinari, Matthæus in matris genibus fuisse dicit? Putandum est, quod, cum non esset locus ob multitudinem ad descriptionem adductam, reclinaverit eum in præsepio, deinde in genibus eum sustulerit.

Quid Magis persuasit ut illum adorarent? Quædam Dei revelatio et stellæ prodigium.

Τί τὸ πεῖσαν τοὺς μάγους προσκυνῆσαι αὐτόν; Ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐλλαμψις καὶ τὸ τοῦ ἀστέρος ἐξαίσιον.

Myrrha et incensum dona Dei sunt; adhuc autem a Judæorum crassitie longe erant, non enim oves aut boves immolaverunt.

Ἡ σμύρνα καὶ ὁ λιβανωτὸς δῶρα θεοῦ εἰσιν· ἔτι δὲ καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς παχύτητος πόρρω· οὐ γὰρ πρόβατα καὶ βόας ἔθυσαν.

Vers. 13. Cur claris verbis angelus dicit, *Accipe puerum et matrem ejus*; et non dixit, conjugem tuam, ut prius? Quia soluta erat suspicio, et fidem præbuerat Joseph.

Διὰ τί ἀρτίως ὁ ἄγγελος λέγει· *Παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ*, καὶ οὐκ εἶπεν, Τὴν γυναῖκά σου, ὡς πρότερον; Ἐκπεπλήρωται ἡ ὑποψία, καὶ ἐπιστεύθη ὁ Ἰωσήφ.

Vers. 15. *Ex Ægypto vocavi filium meum*, in Christum dictum fuit. Si vero de Judæorum egressu istud quidam intelligunt, dicere possumus legem hanc prophetiæ esse, ut sæpe quod de aliis dictum est ab aliis compleatur: quale est quod de Simeon dictum fuit, *Dividam vos*, in posteris factum est; et quod de Chanaan a Noe dictum est, in Gabaonitas posteros ejus impletum est; et illud, *Esto dominus fratris tui*, ejus sobole completum est.

Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου· εἰς Χριστόν ἐστιν· εἰ δὲ ἐπὶ τῆς ἐξόδου τοῦτο λέγοιτο, εἴποιμεν ὅτι καὶ τοῦτο προφητείας νόμος ἐστὶ τὸ πολλάκις ἐπ' ἄλλων λεγόμενον πληροῦσθαι ἐφ' ἑτέρων· οἷον τὸ ἐπὶ τοῦ Συμεὼν λεχθέν, ὅτι *Διαμερῶ αὐτούς*, γέγονεν ἐπὶ τῶν ἐκγόνων· καὶ τὸ ἐπὶ τὸν Χαναὰν παρὰ τοῦ Νῶε λεχθὲν, εἰς τοὺς Γαβαωνίτας τοὺς ἐκγόνους αὐτοῦ ἐξέβη· καὶ τὸ, *Γίνου κύριος τοῦ ἀδελφοῦ σου*, ἐπὶ τοὺς ἀπογόνους τούτου ἐξέβη.

Vers. 23. *Nazaræus vocabitur*, quod ab angelo dictum est, propheticum est; etsi non inveniatur ubi dictum; multi enim propheticorum sermonum in captivitate amissi sunt.

Τὸ, *Ναζωραῖος κληθήσεται*, παρὰ τοῦ ἀγγέλου εἰρημένον, προφητικόν ἐστι· κἂν οὐχ εὑρηται ποῦ λέλεκται· πολλὰ γὰρ τῶν προφητικῶν ἠφανίσθη ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ.

## CAPUT III.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Vers. 1. Quando dicit evangelista, *In diebus illis venit Joannes*, non tum cum puer erat Christus, hoc dicit: nam post annos triginta venisse Joannem Lucas testatur; sed Scripturæ mos est talis, ut quando Christus in monte discipulis loquitur de eversione urbis, et de prophetiæ adimpletione locuturus adjecit, Tunc hæc et illa erunt. Triginta annos natus ideo baptizatur, ut perfectus cum sit, perfecta tradens credatur.

Τὸ λέγειν τὸν εὐαγγελιστὴν, *Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται ὁ Ἰωάννης*, οὐχ ὅτε παῖς ἦν ὁ Χριστὸς τοῦτο λέγει· μετὰ γὰρ ἔτη τριάκοντα ἐλθεῖν τὸν Ἰωάννην ὁ Λουκᾶς μαρτυρεῖ· ἀλλ' ἔθος Γραφικὸν τοιοῦτόν ἐστι τοῦτο, ὅ καὶ ὁ Χριστὸς εἰς τὸ ὄρος τοῖς μαθηταῖς λέγει περὶ τῆς κατασκαφῆς τῆς πόλεως· καὶ μέλλων περὶ τῆς συντελείας λέγειν, ἐπήγαγε, Τότε τὰ καὶ τὰ ἔσται. Τριακονταέτης δὲ τοῦτο βαπτίζεται, ἵνα τέλειος ὢν, παραδοὺς τὰ τέλεια πιστευθῇ.

Vers. 2. Illud, *Appropinquavit regnum cœlorum*, ob illius præsentiam dicit; rex enim cœlorum erat.

Τὸ, *Ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*, περὶ τῆς τότε παρουσίας αὐτοῦ λέγει· βασιλεὺς γὰρ οὐράνιος ἦν.

Vers. 7. Dicente evangelista de Pharisæis et Sadducæis quod venirent ut baptizarentur ab eo, quomodo Christus dicit illos Joanni non credidisse? Quia credere non erat, quod ab illo prædicabatur non accipere. Joannes enim dixit: *Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum mundi.*

Τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος περὶ τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν Σαδδουκαίων ὅτι Ἦλθον εἰς τὸ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, πῶς ὁ Χριστὸς λέγει ὅτι οὐκ ἐπίστευσαν Ἰωάννῃ; Ὅτι οὐκ ἦν τοῦτο πιστεῦσαι, τὸ τὸν κηρυττόμενον ὑπ' αὐτοῦ μὴ δέξασθαι· εἶπεν γὰρ ἐκεῖνος· *Ἴδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.*

Vers. 12. *Cujus ventilabrum in manu ejus*, judicem illum esse significat, discernentem justos et peccatores; ignis autem inexstinguibilis æternum supplicium indicat.

*Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ*, τὸ κριτὴν αὐτὸν εἶναι σημαίνει, διαχωρίζοντα τοὺς δικαίους καὶ τοὺς ἁμαρτωλούς· πῦρ δὲ ἄσβεστον, τὴν ἀθάνατον τιμωρίαν λέγει.

Vers. 14. Joannes primum nolens Christum a se baptizari, postea baptizavit; obstinatus immoderate non fuit, sed et indignitatem ostendit, et obedientiam præbuit.

Ἰωάννης πρότερον διακωλύων τὸν Χριστὸν βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, ὕστερον ἐβάπτισεν· οὐκ ἦν ἀμέτρως φιλόνεικος, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνάξιον ἔδειξε, καὶ τὴν ὑπακοὴν ἐτέλεσεν.

Vers. 15. Illud, *Sine modo*, significat, Non perpetuo in his me videbis, sed videbis me in his quæ cupis, quando ejus erit tempus.

Τὸ, *Ἄφες ἄρτι*, δηλοῖ, ὅτι Οὐ διηνεκῶς ἐν τούτοις με ὄψει, ἀλλ' ὄψει με ἐν οἷς ἐπιθυμεῖς, ὅτε τοῦ καιροῦ.

Vers. 16. Quare Spiritus in columbæ specie videtur? Quia mite est animal et purum. Cum igitur

Διὰ τί τὸ Πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς φαίνεται; Ὅτι ἥμερον τὸ ζῶον καὶ καθαρόν· ἐπεὶ οὖν τὸ ἅγιον

Πνεῦμα πραότητός ἐστι πνεῦμα, διὰ τοῦτο οὕτω φαίνεται · καὶ διὰ τὸ εὐαγγελίσασθαι τὴν Περιστερὰν τὴν λύσιν τοῦ κατακλυσμοῦ · καὶ γὰρ τὸ πνεῦμα λύσιν τῶν κακῶν ἡμῖν ἤγαγε · γινώσκειν δὲ δεῖ ὅτι οὐ, Φύσει, εἶπεν, ἀλλ', *Εἶδει περιστερᾶς*, διὰ τὸ ῥαγδαίως καὶ φωτεινῶς κατεληλυθέναι · ἐν εἴδει οὖν περιστερᾶς ἡ κατάβασις, ἀλλ' οὐχὶ μορφὴ ζώου

Διὰ τοῦτο ἔμεινε τὸ Πνεῦμα ἐπὶ τὸν Χριστὸν, ἵνα ἡ ἄνωθεν φωνὴ περὶ τούτου νομισθῇ, ἀλλὰ μὴ περὶ Ἰωάννου.

Διὰ τί ἦλθεν ἐκ δευτέρου πρὸς αὐτούς ; Καὶ ἀγωνιῶν ὡς ἄνθρωπος περὶ τοῦ θανάτου, καὶ ἐλέγξαι αὐτοὺς βουλόμενος· ὅτι οὕτως κατεβαπτίσθησαν, ὡς μηδὲ τῆς παρουσίας αὐτοῦ αἰσθέσθαι. Διὰ τί δὲ οὐ C διυπνίζει αὐτούς ; Ὡς μὴ πλῆξαι πεπληγότας.

Διὰ τί λέγει, ὅτι *Καθεύδετε λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε* ; καὶ μὴν τότε γρηγορῆσαι ἔδει· ἀλλὰ δεικνὺς ὅτι οὐκ οἴσουσιν οὐδὲ τὴν ὄψιν· καὶ ὅτι δεῖ πάντως ἤδη αὐτὸν παραδοθῆναι, τοῦτό φησιν.

Διὰ τί λέγει, *Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν, ἰδοὺ ἤγγικεν ὁ παραδιδούς με* ; Ἵνα δείξῃ ὡς οὐκ ἔφευγεν, ἀλλὰ μᾶλλον προσέτρεχεν αὐτῷ· ἵνα μάθωσιν ὡς οὐκ ἀσθένεια, ἀλλ' οἰκονομία· ἦν τὸ ὅλον· ἢ ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν λέγων καὶ τοὺς τότε καὶ τοὺς νῦν ἐγείρεσθαι.

Τὸ μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων εἶπεν ἐλθεῖν ἀπὸ τῶν ἱερέων, διδάσκων ὡς τοιαῦτα ἦν τὰ ἱερατικὰ αὐτῶν σκεύη καὶ κωμῳδῶν αὐτούς. D

Διὰ τί σημεῖον δέδωκεν ὁ προδότης ; Διότι πολλάκις κατασχεθεὶς, διῆλθεν διὰ μέσου αὐτῶν.

Διὰ τί εἶπεν, *Ἑταῖρε ἐφ' ᾧ πάρει* ; Τὸ μὲν, *ἑταῖρε*, εἶπεν, ὥστε ἐντρέψαι αὐτόν· τὸ δὲ, *ἐφ' ᾧ πάρει* ; ὅτι Οὐχὶ ἀγάπης σκοπῷ τοῦτο δρᾷς, ἀλλὰ πονηρᾷ γνώμῃ.

Πόθεν εἶχεν μάχαιραν Πέτρος ; Ἀπὸ τοῦ δείπνου τοῦ νομικοῦ· ἀρνίον γὰρ ἔφαγε.

Τίνος χάριν εἶπεν, ὅτι *Πάντες οἱ λαβόντες μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀποθανοῦνται* ; Τοὺς μαθητὰς παραμυθούμενος τῇ τιμωρίᾳ τῶν ἐπιβουλευόντων· ἐγὼ δὲ λέγω ὅτι καὶ πολλοὶ τοῦτο πάσχουσιν οἱ δρῶντες· εἰ δὲ τὸ, *πάντες*, πρόσκειται, ἀντὶ τοῦ, οἱ

Ut a metu eos liberet; longe enim a Judæis erat Galilæa.

Vers. 34. Cur sinit Petrum cadere ? Ne nimium de se confidens sit, neque animosus, sed ut propter humanam infirmitatem cadere alii cernentes de se confidere cessent; et ut veniam cum acceperit apostolus, cadentibus veniam concedat. Ideo igitur superno auxilio destitutus est, Deo naturam ejus confundente.

Vers. 36. Cur orat absque discipulis ? Ut nos seorsim orare doceat.

Vers. 37. Cur tres solos tunc assumit ? Tanquam gloriæ suæ testes, et ut alii imperfectiores non concidant.

Vers. 39. Quam ob causam orat ? Ne hypocrisis res esse videatur; manant autem sudores propter eamdem rationem.

Vers. 41. Cur dicit : *Orate ne intretis in tentationem ?* Ut moneat confidentiores non esse, sed mente conteri.

Vers. 42. Tertia oratio est, *Fiat voluntas tua :* ostendit se admodum consentire voluntati Dei, et eam semper sequendam et quærendam esse. Oravit tertio, ut ostenderet se hominem esse. Nam secundo et tertio in Scriptura confirmationis est argumentum.

Vers. 43. Cur secundo venit ad eos ? Et ut homo luctans contra mortem, et arguere eos volens, quia adeo erant gravati, ut præsentiam ejus non sentirent. Cur autem non eos excitat ? ne jam afflictos affligat.

Vers. 45. Cur dicit : *Dormite jam et requiescite ?* Attamen tunc vigilare oportebat : sed ut ostendat eos ipsius aspectum non laturos, et illum jam tradi omnino necessarium esse, hoc dicit.

Vers. 46. Cur dicit : *Surgite, eamus hinc, ecce appropinquavit qui me tradet ?* Ut ostendat se non fugere, sed potius proditori obviam ire; ut discant illud non esse debilitatem, sed omnino excogitatum propositum; aut dicit a terra ad cœlum hos qui tunc erant et hos qui nunc sunt surgere.

Vers. 47. Cum gladiis et fustibus dicuntur venire qui missi sunt a sacerdotibus, ad ostendendum talem esse sacerdotalem eorum apparatum et irridendum eos.

Vers. 48. Cur signum dedit proditor ? Quia sæpe comprehensus, transivit per medium eorum.

Vers. 50. Cur dicit : *Amice, ad quid venisti ?* Dicit, *amice*, ut illum convertat; et, *ad quid venisti ?* quasi diceret : Non charitatis causa illud agis, sed maligna intentione.

Vers. 51. Unde habebat gladium Petrus ? E cœna legali; agnum enim comederat.

Vers. 52. Cujus causa dicit : *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt ?* discipulos ut moneat punitione violenta patrantium. Ego vero dico multos id pati quod faciunt.; si autem *omnes* dicitur, pro multis intelligendum est. Et exteri quoque,

*avibus omnibus*, dicendo, pro *multis*, *omnibus* intelligunt.

VERS. 57. Ad Caïpham illum duxerunt, eo quod erat sacerdos. Sic autem pernoctabant et vigilabant interea, ut non comederent tunc Pascha, sed in altera die : ideo et in hoc legem solverant ob cupiditatem homicidii. Dicit enim Joannes, quod erat mane, et adjicit : *Non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha.* Non enim violavisset Christus legem manducando Pascha in vespera, priusquam opus foret.

VERS. 60. Quomodo sunt falsi testes in Christum ? Ab eo quod dicunt illi : *Possum destruere templum Dei.* Non enim talia dixerat, sed, *Destruite templum istud.* Non autem de templo dixit, sed de corpore suo; testis vero scire debet significationem verbi quod dictum est.

VERS. 63. Cur tacebat interrogatus a pontifice? Quia insanum erat tale judicium, nullo alio audiente judice aut assessore; etenim tribunalis ratio non erat alia ac latronum mos.

VERS. 65. Scidit vestimenta sua, acriorem accusationem faciens, et magnum ostendere malum volens quod dictum erat. Fiunt ergo accusatores iidem, iidem judices, iidem sententiam ferentes, omnia iidem fiunt.

VERS. 66. Cur clam non abstulerant? Quia volebant et de eo opinionem destruere; quod autem potestatem habuerint vel ipsi soli eum auferendi, audi Pilatum quid dicat : *Accipite eum vos et secundum legem vestram judicate eum.*

VERS. 67. Cur illum mactare debentes, expuebant in faciem ejus ? Ob suos insolentes mores et magnum odium

VERS. 68. Cædentes dicebant : *Prophetiza nobis, quis est qui te percussit.* Hoc autem faciebant eo quod propheta diceretur. Alius vero evangelista dixit eos faciem ejus velamento operuisse ut percuterent.

VERS. 74. Quomodo Matthæus memorat Christum Petro dixisse : Antequam gallus cantet, ter me negabis; Marcus autem dicit ubi semel tantum negaverat, tunc primum gallum cantasse, et ubi tertio negaverit, secundo gallum cantasse? quomodo igitur vera invenientur utraque? Quia secundum unamquamque narrationem, et tertio et quarto vocem dare solebat gallus, ostendit Marcus quod vox avis non Petrum detinuit, neque in memoriam revocavit; adeo enim erat pavore perculsus, ut nihil recordatus sit eorum quæ dicta erant. Idem ostendens Lucas dicit, *Dominus respexit in eum.*

VERS. 75. Cur dicitur : quod *Egressus foras flevit amare?* Quia aperte flere non audebat, ne accusaretur ut discipulus.

## CAPUT XXVII.

VERS. 3. Cur retulit argenteos? Quia non sustinebat conscientiam ipsum flagellantem.

VERS. 4. Cum dicunt principes sacerdotum et

πολλοί, χρὴ νοεῖν· καὶ οἱ ἔξω γὰρ, *οἰωνοῖσί τε πᾶσι*, λέγοντες, ἀντὶ τοῦ, *πολλοῖς*, νοοῦσιν αὐτό.

Πρὸς Καϊάφαν αὐτὸν ἀπήγαγον, ἐπειδὴ ἐκεῖνος ἦν ἱερεύς· οὕτω δὲ ἐνυκτέρευον καὶ ἠγρύπνουν ἐπὶ τούτῳ, ὡς μὴ φαγεῖν τότε τὸ Πάσχα, ἀλλ' ἐν ἑτέρᾳ ἡμέρᾳ· διὸ καὶ ἐν τούτῳ τὸν νόμον ἔλυσαν δι' ἐπιθυμίαν σφαγῆς· εἶπεν γὰρ ὁ Ἰωάννης ὅτι πρωΐα ἦν, καὶ ἀπήγαγον, *Οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσιν τὸ Πάσχα* οὐ γὰρ ἂν ὁ Χριστὸς παρέβη τὸν νόμον φαγὼν αὐτὸ τῇ ἑσπέρᾳ πρὸ τοῦ δέοντος.

Πῶς εἰσι ψευδομάρτυρες οἱ κατὰ Χριστοῦ; Ἀπὸ τοῦ λέγειν αὐτούς· *Δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ*· Οὐ γὰρ εἶπεν οὕτως, ἀλλὰ, *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον*· οὔτε δὲ πάλιν περὶ τοῦ ναοῦ εἶπεν, ἀλλὰ περὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ· ὁ δὲ μάρτυρῶν, τὸν νοῦν τοῦ λεγομένου ῥητοῦ εἰδέναι θέλει.

Διὰ τί ἐσιώπα ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως ἐρωτώμενος; Ὅτι ἀνόητα ἦν τὰ τῆς κρίσεως, οὐδενὸς ἀκούοντος ἄλλου κριτοῦ ἢ συγκριτοῦ· καὶ γὰρ τὸ μὲν σχῆμα δικαστηρίου ἦν μόνον, ὁ δὲ τρόπος λῃστῶν.

Διέῤῥηξεν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, σφοδροτέραν τὴν κατηγορίαν ποιῶν, καὶ μέγα κακὸν δεῖξαι βουλόμενος τὸ εἰρημένον. Γίνονται οὖν αὐτοὶ καταδικάζοντες, αὐτοὶ κρίνοντες, αὐτοὶ ψηφιζόμενοι, πάντα αὐτοὶ γινόμενοι.

Διὰ τί λάθρα οὐκ ἀνεῖλον αὐτόν; Ἐπειδὴ ἐβούλοντο καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ διαβαλεῖν· ὅτι δὲ ἐξουσίαν εἶχον καὶ αὐτοὶ μόνοι αὐτὸν ἀνελεῖν, ἄκουσον τί Πιλάτος λέγει· *Λάβετε αὐτὸν καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε αὐτόν.*

Διὰ τί ἀναιρεῖν μέλλοντες αὐτὸν, ἐνέπτυον εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ; Διὰ τὸν ἀπόλαστον τρόπον αὐτῶν καὶ τὸν πολὺν φθόνον.

Παίοντες ἔλεγον· *Προφήτευσον ἡμῖν τίς ἐστιν ὁ παίσας σε*· τοῦτο δὲ ἐποίουν διὰ τὸ λέγεσθαι αὐτὸν προφήτην· ἕτερος δὲ τῶν εὐαγγελιστῶν φησιν ὅτι περιβάλλοντες τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τῷ ἱματίῳ, ταῦτα ἐποίουν.

Πῶς ὁ μὲν Ματθαῖός φησιν, ὅτι εἶπεν ὁ Χριστὸς τῷ Πέτρῳ· *Πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι τρίς ἀπαρνήσῃ με;* ὁ δὲ Μάρκος λέγει ὅτι ὅτε ἅπαξ ἠρνήσατο, τότε πρῶτον ἐφώνησεν ὁ ἀλεκτρυών· ὅτε δὲ τρίτον, τὸ δεύτερον; πῶς οὖν εὑρεθήσονται ἀληθῆ ἀμφότερα, Ἐπειδὴ καθ' ἑκάστην ἀγωγὴν καὶ τρίτον καὶ τέταρτον φωνεῖν εἴωθεν ὁ ἀλεκτρυών, δηλῶν ὁ Μάρκος ὅτι οὐδὲ ἡ φωνὴ αὐτὸν ἔπεισεν, καὶ εἰς μνήμην ἤγαγε, τοῦτό φησιν· τοσοῦτον δὲ ἦν ἀποτεθηκὼς τὸν δέος, ὅτι οὐδὲ ἐμνήσθη τοῦ λεχθέντος· καὶ τοῦτο ὁ Λουκᾶς δηλῶν, ὅτι *Ἐνέβλεψεν εἰς αὐτὸν ὁ Χριστός*, εἶπεν.

Διὰ τί λέγει, ὅτι *Ἐξελθὼν ἔξω ἔκλαυσεν πικρῶς*; Ἐπειδὴ φανερῶς οὐκ ἐτόλμα κλαῦσαι, ἵνα μὴ κατηγορηθῇ ὡς μαθητής.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Διὰ τί ἀπέστρεψεν τὰ ἀργύρια; Ἐπειδὴ οὐκ ἔφερεν τὸ συνειδὸς μαστίζον αὐτόν.

Τὸ εἰπεῖν τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς πρεσβυτέρους

*Σὺ ὄψει*, μέγιστον αὐτοῖς ἔγκλημα καὶ τοῦτο· φαίνονται γὰρ μαρτυροῦντες τῇ τόλμῃ· καὶ κατακρίνουσι μὲν τὸν Ἰούδαν, ὑπὸ δὲ τοῦ πάθους οὐκ ἀναχαιτίζονται· κατακρίνονται δὲ καὶ ἐκ τοῦ μὴ βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβωνᾶν, ἀλλ' ἀγοράσαι τόπον εἰς ταφὴν τῶν ξένων, ἀπὸ φόνου εὐποιΐαν ποιοῦντες· ὃς ἀγρὸς κηρύττει ἀεὶ τὸ πρᾶγμα ἐλέγχων αὐτούς.

Διὰ τί οὖν ἀγξάμενος ὡς μὴ μετανοήσας νομίζεται; Ὅτι προεξήγαγεν αὐτὸν τῆς μετανοίας, ἵνα μηδὲν ἐντεῦθεν καρπώσηται.

Διὰ τί οὐ λέγουσιν τῷ Πιλάτῳ ὅσα οἱ μάρτυρες εἶπον, ἀλλ' εἰς δημόσια ἐγκλήματα τὴν κατηγορίαν ποιοῦσιν; Ἐπειδὴ ἐγίνωσκον ὡς ὁ Πιλάτος οὐδὲν ἔχει τὰ νόμιμα αὐτῶν. Ὁ Χριστὸς ἐρωτηθείς, *Εἶ σὺ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων;* εἶπεν· *Σὺ εἶπας;* Διὰ τοῦ εἰπεῖν, *Σὺ εἶπας*, ὡμολόγησεν εἶναι βασιλεύς, ἀλλ' ἐπουράνιος· ὃ καὶ ἀλλαχοῦ σαφέστερον ἔλεγεν πρὸς αὐτούς, ὅτι *Ἡ ἐμὴ βασιλεία οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου.*

Βραχέα ἀποκρίνεται, καὶ πάλιν σιγᾷ· ἀπὸ γὰρ τῆς παντελοῦς σιγῆς δόξαν αὐθαδείας δέξασθαι εἶχεν· ἐκ δὲ τοῦ πολλὰ λέγειν, οὐ πεῖσαι αὐτοὺς ἔμελλεν· ἐτύφλωττον γὰρ ἑκόντες.

Διὰ τί οὐκ εἶπεν, ὅτι Φόρους δέδωκα, καὶ ἑτέρους καταβαλέσθαι ἐκέλευσα, καὶ ἡνίκα ἤθελόν με ποιῆσαι βασιλέα, ἔφυγον; Ὅτι διεφθαρμένον ἦν αὐτῶν τὸ δικαστήριον.

Ὁ Πιλάτος ἐθαύμασεν τὴν ἐπιείκειαν ἐκ τῆς σιγῆς· ἐπειδὴ δὲ ἐβούλετο αὐτὸν ἀπολογούμενον ἀπαλλαγῆναι, διὰ τοῦτο εἶπεν· *Οὐκ ἀκούεις πόσα σου καταμαρτυροῦσιν;* Ἐπειδὴ δὲ πάλιν οὐδὲν ἀπεκρίθη, ἕτερον μηχανᾶται, ἵνα ὡς κατάδικον χαρίσωνται αὐτὸν τῇ ἑορτῇ κατὰ τὸ ἔθος αὐτῶν· οὕτως τὸν κριτὴν μᾶλλον παρακαλοῦντα οὐχ ὑπήκουον οἱ ὑπὸ χεῖρα, ἀπὸ πολλῆς παρανομίας καὶ φθόνου.

Διὰ τί λῃστὴν εἰπών, προσέθηκεν εἰπεῖν καὶ, *ἐπίσημον;* Ὥστε μηδὲ σκιᾶς ἀπολογίαν καταλιπεῖν, ὅτι τοιοῦτον ὑπὲρ τοιούτου ἀντηλλάξαντο.

Διὰ τί οὐχ ὁ Πιλάτος ὁρᾷ τὸ ὄναρ, ἀλλ' ἡ γυνή; Ἢ ὅτι ἀξία ἦν μᾶλλον· ἢ ὅτι αὐτὸς εἰ εἶδεν, οὐκ ἂν ἐπιστεύθη ὡς βουλόμενος ἀπολῦσαι αὐτόν· ἢ οὐδ' ἂν ἐξεῖπεν· κριτὴς γὰρ ἦν· καὶ ἵνα ὁ ἀνὴρ πάθῃ τὴν ψυχὴν διὰ τὴν γυναῖκα· καὶ ἵνα, ὡς γυνή, κατάδηλον ποιήσῃ πᾶσι καὶ γνωσθῇ.

Οὐ σταυρῶσαι μόνον θέλοντες, ἀλλὰ καὶ πονηρὰν αὐτῷ βουλόμενοι περιθεῖναι δόξαν· ἐνόμιζον γὰρ κατασκευάζειν ἐκ τούτου ὅτι τοῦ λῃστοῦ χείρων ἦν καὶ οὕτω παράνομος, ὡς μήτε ἑορτῆς ἀξιώματι σώζεσθαι· πάντα γὰρ τούτου ἕνεκεν ἐποίουν ὥστε αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν διαβάλλειν· διὰ τοῦτο καὶ τοὺς δύο λῃστὰς αὐτῶν συνεσταύρωσαν· ἀλλ' ἡ ἀλήθεια οὐ μόνον οὐ συνεσκιάζετο, ἀλλὰ καὶ μειζόνως διέλαμπεν.

Καὶ διὰ τοῦ, *Τί οὖν ποιήσω αὐτόν;* ἐντρέπει αὐτούς, καὶ κυρίους ἐκείνους μᾶλλον ἢ αὐτὸν ποιεῖται τῆς ψήφου.

Εἰ καὶ τὰς χεῖρας ἔνιψεν ὁ Πιλάτος ἀθῶον ἑαυτὸν ἀποκαλῶν, ἀλλ' ὅμως ὑπὸ μαλακίας καὶ ἀνανδρείας

A seniores: *Tu videris*, maximum sibi peccatum et illud faciunt. Nam videntur facinus attestantes; et condemnant quidem Judam, sed per ejus miserandam sortem non detinentur. Condemnantur autem ex hoc quod non miserint argenteos in corbonam, sed emerint locum in sepulturam peregrinorum, ex homicidio beneficentiam exercentes: qui ager rem proclamat semper illos incusans.

Vers. 5. Cur igitur laqueo suspensus est, ita ut non pœnituisse videatur? Quia se a pœnitentia primo avertit, ut nullum inde fructum retulerit.

Vers. 11. Cur non dicunt Pilato quod testes dixerant, sed de publicis criminibus accusationem faciunt? Quia cognoscebant Pilatum pro nihilo habere quæ de eorum lege erant. Christus interrogatus: *Tu es rex Judæorum?* dicit: *Tu dicis.* Respondendo, *Tu dicis*, confessus est se regem esse, sed cœlestem. Et alias clarius illis dixit: *Regnum meum non est ex hoc mundo.*

Vers. 12. Breviter respondet et iterum tacet: nam ex absoluto silentio arrogantiæ opinionem sibi conciliabat; sed multa dicendo, illos persuadere non debebat; nam cæci erant voluntarii.

Vers. 13. Cur non dicit: Tributa solvi, et aliis jussi ut conferrent, et quando me regem facere voluerunt, fugi? Quia corruptum erat eorum tribunal.

Vers. 14. Pilatus miratus est ejus in silendo moderationem; quoniam autem volebat illum, postquam se defendisset, dimittere, ideo dicit: *Non audis quanta adversum te dicunt testimonia?* Quia vero iterum nihil respondit, aliud intentat, scilicet ut illum quasi condemnatum in die festo secundum suam consuetudinem gratia donent. Sic judicem vel potius supplicantem non audierunt ejus subditi, ob magnam injustitiam et invidiam.

Vers. 16. Cur de latrone loquendo, additur *insignem?* Ita ut ne umbra quidem apologiæ relinquatur, quod talem pro tali dimiserint.

Vers. 19. Cur non Pilatus habet somnium, sed uxor? Vel quia digna magis erat; vel quia ipse, si vidisset, non crederetur, quasi volens illum dimittere; vel non manifestavisset, judex enim erat; et ut vir patiatur in anima sua per suam uxorem, et ut ille, prout mulier, manifestum omnibus faciat et divulget.

Vers. 20. Non solum crucifigere volunt, sed malam illi volunt famam imponere. Putabant enim præstare ex eo quod latrone pejor erat et adeo nocens, ut die festi privilegio non salvatus fuisset. Omnia enim hujus rei causa faciebant ita ut ejus existimationem perverterent; ideo etiam duos latrones cum eo crucifixerunt. Sed veritas non solum non latuit, sed etiam magis emicuit.

Vers. 22. Et per illud: *Quid igitur faciam de eo?* illos confundere tentat, et dominos illos facit magis quam seipsum suffragii.

Vers. 24. Et si manus laverit Pilatus, innocentem se proclamans, sed tamen per debilitatem e

sordidam id commisit scelus. Oportebat enim non illum tradere, sed eripere, ut centurio Paulum posterius. Idcirco et culpam attribuit illi Christus dicendo : *Qui me tradidit tibi majus peccatum habet ;* ergo ipse a peccato non erat innocens.

Vers. 26. Quare flagellavit cum traderet eum ad crucifigendum? Apparentiam condemnati illi dare sententia volens.

Vers. 38. Cur medium illum inter latrones crucifigunt? Ut illorum infamiam participet, et videatur contumelia affici.

Vers. 44. Quomodo Lucas dicit quod unus latro increpabat alterum blasphemantem, Matthæus autem quod uterque ei improperabant et convitiabantur? Utrumque factum est; primo enim ambo conviciabantur, postea vero minime.

Vers. 45. Non fuit eclipsis modus quod tunc in sole contigit; non enim tam multas horas eclipsis durat.

Vers. 46. Cur dicit. *Eli, Eli,* id est *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Ut ostendat quod usque ad finem honorabat Patrem, neque impius erat.

Vers. 51. Veli scissio vastationem templi significat. Et aliter : Velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum ; rumpentibus sane ipsis qui antea templum habitabant, angelis, rumpentibus conspicuam hanc telam; ut nudatus et vacuatus eorum custodia relictus hic impenetrabilis et inaccessus locus, inimicis et hostibus apertus præstetur.

Vers. 54. Centurio ob id credidit, quod cum potestate moriebatur. Ferunt autem martyrium subiisse hunc centurionem confirmatum in fide et illum confitentem.

Vers. 56. Domini Mater; nam Mariam Jacobi illam vocat.

Vers. 65. Sigillate sicut vultis, inquit, omnes suspiciones adimens. Poterant enim dicere, si non sigillatum esset, milites corpus tradidisse discipulis.

## CAPUT XXVIII.

Vers. 2. Terræ motus factus est propter milites. Angelus venit ob lapidem et mulieres.

Vers. 5. *Nolite timere vos,* dicit, magnum honorem illis hoc verbo præstans; timere enim, ait, solos oportet Judæos.

Vers. 6. Cur non tarde nec cito resurrexit? Quia citior illius resurrectio non accusationem habuisset, tardior autem contradictionem invenisset.

Vers. 7. Ultimam apparitionem reor esse eam quæ facta est in Galilæa, quando illos misit ad baptizandum ; deinde ascensio.

Vers. 19. *Euntes docete omnes gentes,* dogmatum et virtutum doctrinam indicat.

τοῦτο διεπράττετο· ἔδει γὰρ μὴ παραδοῦναι αὐτὸν, ἀλλ' ἐξαρπάσαι, καθὰ καὶ ὁ ἑκατονταρχης τὸν Παῦλον ὕστερον· διὰ τοῦτο καὶ ἔγκλημα προσάπτει αὐτῷ ὁ Χριστὸς λέγων, ὅτι *Μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει ὁ παραδιδούς με σοί·* ὥστε οὐδὲ ἐκεῖνος ἔξω ἦν ἁμαρτίας.

Τίνος; ἕνεκεν ἐφραγέλλωσεν παραδιδοὺς ἵνα σταυρωθῇ; Σχῆμα περιτιθέναι καταδίκου τῇ κρίσει βουλόμενος.

Διὰ τί μέσον αὐτὸν τῶν λῃστῶν σταυροῦσιν; Ἵνα τῇ δόξῃ τῇ ἐκείνων κοινωνήσῃ, καὶ τῷ δοκεῖν ὕβρις αὐτῷ γένηται.

Πῶς ὁ μὲν Λουκᾶς φησιν, ὅτι ὁ εἷς λῃστὴς ἐπετίμα τῷ ἄλλῳ βλασφημοῦντι, ὁ δὲ Ματθαῖος ὅτι ἀμφότερα ὕβριζον αὐτὸν καὶ ὠνείδιζον; Ἀμφότερα γέγονεν· πρότερον γὰρ ὠνείδιζον ἀμφότεροι, ὕστερον δὲ οὐκέτι.

Οὐκ ἦν ἐκλείψεως τρόπος ὃ ἐπὶ τὸν ἥλιον τότε γέγονεν· οὐ γὰρ τοσαύτας ὥρας ἔκλειψις κρατεῖ.

Διὰ τί λέγει τὸ, *Ἠλὶ, Ἠλὶ,* τοῦτ' ἔστιν, *Θεέμου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες;* Ἵνα δείξῃ ὅτι μέχρι τέλους ἐτίμα τὸν Πατέρα, καὶ οὐκ ἦν ἀντίθεος.

Τοῦ καταπετάσματος ἡ σχίσις ἐρημίαν τοῦ ναοῦ σημαίνει. Καὶ ἄλλως· Τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω· μονονουχὶ περιῤῥηξαμένων καὶ αὐτῶν τῶν πάλαι τὸ ἱερὸν ἐνοικούντων ἀγγέλων· περιῤῥηξάντων τε τὸ σεμνὸν ὕφασμα, ὡς ἂν γυμνὸς καὶ ἔρημος ἀπολειφθεὶς τῆς αὐτῶν φρουρᾶς ὁ τῶν ἀδάτων καὶ ἀδύτων τόπος, ἕτοιμος ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις κατασταίη.

Ὁ κεντυρίων διὰ τοῦτο ἐπίστευσεν, ὅτι μετ' ἐξουσίας ἀπέθανεν· φασὶν δὲ ὅτι καὶ μαρτύρων ἐστὶν τοῦ κεντυρίωνος, τούτου ἀνδρισαμένου ἐν τῇ πίστει καὶ μαρτυρήσαντος.

Ἡ τοῦ Κυρίου Μήτηρ· ταύτην γὰρ Ἰακώβου Μαρίαν καλεῖ.

Ὡς βούλεσθε σφραγίσασθε, λέγει, ἀπελλάττων πάντας ὑποψίας· ἐδύναντο γὰρ εἰπεῖν, εἰ οὐκ ἐφράγεσαν, ὅτι οἱ στρατιῶται παραδεδώκασιν τὸ σῶμα τοῖς μαθηταῖς.

## ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

Ὁ σεισμὸς γίνεται διὰ τοὺς στρατιώτας. Ὁ ἄγγελος ἦλθεν τοῦ λίθου ἕνεκεν καὶ διὰ τὰς γυναῖκας.

*Μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς*, λέγει, πολλὴν τὴν τιμὴν ἐνδεικνύμενος εἰς αὐτάς· φοβεῖσθαι γὰρ, φησὶν, μόνους δεῖ τοὺς Ἰουδαίους.

Διὰ τί οὔτε βραδέως; ἀνέστη οὔτε ταχέως; Ὅτι τὸ μὲν θᾶττον ἀναστῆναι αὐτὸν, οὐκ εἶχεν ἔγκλημα· τὸ δὲ βραδέως, εἶχον ἀντιλέγειν.

Ἐσχάτην ὄψιν εἶναι νομίζω τὴν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, ὅτε αὐτοὺς ἐξέπεμπε βαπτίσοντας· εἶτα τῆς ἀναλήψεως.

Τὸ, *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη*, τὴν τῶν δογμάτων καὶ τὴν τῶν ἀρετῶν διδαχὴν λέγει.

Τῶν ἀποστόλων μέχρι συντελείας τοῦ κόσμου μὴ ὄντων ἐν ζωῇ, πῶς λέγει Χριστός, Ἔσομαι μεθ' ὑμῶν μέχρι τούτου; Ὡς ἑνὶ σώματι διαλέγεται πᾶσι τοῖς πιστοῖς.

VERS. 20. Apostolis usque ad consummationem mundi non viventibus, quomodo dicit Christus: *Ero vobiscum usque ad consummationem sæculi?* Quia uno corpore omnibus credentibus unitur.

# ΕΙΣ ΜΑΡΚΟΝ.

# SCHOLIA IN MARCI EVANGELIUM

***Ex iisdem membranis bibliothecæ Vaticanæ.***

## ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Ἐρωτᾷ πόσον χρόνον ἔχει τοῦτο παθών, οὐχ ὡς ἀγνοῶν, ἀλλ' εἰς χρηστὰς ἐλπίδας αὐτὸν ἄγων.

Τὸ, *Εἰ δύνασαι πιστεῦσαι, πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι*, τοιοῦτόν ἐστιν· εἰς αὐτὸν περιτρέπει τὸ ἔγκλημα, δεικνὺς αὐτῷ, ὅτι Ἐὰν πιστεύσῃς, δύνασαι καὶ αὐτὸς θεραπεύειν.

Ἀφίησιν αὐτὸν σπαράττεσθαι, οὐ πρὸς ἐπίδειξιν, ἀλλὰ διὰ τὸν πατέρα, ἵνα πλέον θαυμάσας ἐπαναχθῇ εἰς πίστιν· ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους συναγομένους, ἐπετίμησεν, φεύγων τὸ φιλότιμον. Σεληνιαζόμενον αὐτὸν καλεῖ ὁ εὐαγγελιστὴς ἀπὸ τῆς τῶν πολλῶν ψευδοῦς ὑπονοίας.

Ἐρωτῶσιν διὰ τί οὐκ ἠδυνήθησαν τὸν δαίμονα ἐκβαλεῖν, ἀγωνιῶντες μήποτε τὴν χάριν ἀπώλεσαν.

## CAPUT IX.

VERS. 20. Rogat quantum temporis est ex quo ei hoc accidit, non ut ignorans, sed in spem salutarem illum agens.

VERS. 22. *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti;* ita intelligi debet: in ipsum culpam rejicit, ostendens, quia Si crederes, posses et ipse sanare.

VERS. 25. Sinit eum discerpi, non in ostentationem, sed propter patrem, ut magis admiratus adducatur ad fidem; videns autem turbas congregatas, increpavit fugiens ambitionem. Lunaticum hunc vocat evangelista ab erronea multorum opinione.

VERS. 27. Interrogant quare non potuissent ejicere dæmonium, anxii ne gratiam forte perdiderint.

## ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Ἐκεῖνος ἄνθρωπον αὐτὸν ἐνόμιζεν εἶναι καὶ οὐ Θεόν· καὶ τοῦτον ἔχει τὸν νοῦν ἡ ἀπόκρισις· Εἰ μὲν γάρ, φησὶν, ἄνθρωπόν με νομίζεις καὶ οὐ Θεὸν εἶναι, μὴ με λέγῃς ἀγαθόν· οὐ γὰρ διαφέρει ἀνθρωπίνῃ φύσει τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ Θεῷ μόνῳ. Καὶ ἐπιφέρει· *Τὰς ἐντολὰς οἶδας.* Εἰρηκότος δὲ ἐκείνου· *Ποίας;* ἔφη τὸ, *Οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀπεκρίνατο λέγων· *Ταῦτα πάντα ἐφύλαξα ἐκ νεότητός μου· τί ἔτι ὑστερῶ;* Ἔφη αὐτῷ· *Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ· καὶ λαβὼν τὸν σταυρόν σου ἀκολούθει μοι.* Διὰ τούτου οὖν ἔδειξεν ὅτι καὶ αὐτῷ διαφέρει τὸ ἀγαθόν· οὐ γὰρ τῷ μὴ ἀγαθῷ δύναταί τις ἀκολουθῶν, ζωὴν αἰώνιον κληρονομῆσαι.

Πρᾶγμα προμελετηθὲν οὐκ ἔχει τὴν ἀπὸ τοῦ αἰφνιδίου ταραχήν· ὅπερ καὶ ὁ Δαβὶδ ἔλεγεν· *Ἡτοιμάσθην καὶ οὐκ ἐταράχθην*· τοῦτο καὶ ἐν ταῖς βρονταῖς γίνεται· προλαβοῦσα γὰρ ἡ ἀστραπὴ διδάσκει τὸν νοῦν, ὅτι δεῖ δέξασθαι τὴν βροντὴν, ἵνα τῇ προσδοκίᾳ λύσῃ τὸν μείζονα φόβον· οὕτω καὶ ὁ Σωτὴρ ἵνα μὴ ἀθρόον ὑπὸ τοῦ πάθους ταραχθῶσιν οἱ μαθηταὶ, πολλάκις εἶπεν· *Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἰεροσόλυμα*· καὶ οὐδὲν ἧττον ἐθορύβησαν ὑπὸ τοῦ πάθους· ὡς τὸν Σωτῆρα ὀνειδίσαι τοὺς ἀποστόλους, καὶ εἰπεῖν μετὰ τὴν ἀνάστασιν· *Οὗτοί εἰσιν οἱ λόγοι*

A

B

C

D

VERS. 33. Res præmeditata non habet hanc e repentino turbationem. Quod et David dixit: *Paratus sum et non sum turbatus:* hoc in tonitru accidit. Præmissum enim fulgur monet mentem, expectandum esse tonitru, ut exspectatione solvatur major metus: ita etiam Salvator ne simul in passione turbentur discipuli, sæpius dicit: *Ecce ascendimus Jerosolymam;* et non minus in passione turbati sunt; ita ut Salvator objurgare debeat apostolos et dicere post resurrectionem: *Hi sunt sermones mei quos dixi vobis, quia oportet Filium hominis multa pati.*

illos objurgavit quod propositum non impleverint, propter quod Salvator prædixerat. *Prædixi*, inquit, *ut non turbemini, et turbatio vos occupavit.*

A γοι μου οὐς ἔλεγον ὑμῖν, ὅτι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν. Ὑπεἰδιζεν αὐτοὺς ὅτι τὸν σκοπὸν οὐκ ἐπλήρωσαν, δι' ὃν ὁ Σωτὴρ προεῖπεν. *Προεῖπον*, φησὶν, *ἵνα μὴ ταραχθῆτε, καὶ ὁ θόρυβος ὑμῶν ἐκράτησεν.*

## CAPUT XI.

VERS. 20. Plagam hominibus nunquam intulit, sed in beneficiis tantum potestatem ostendit. Volens ergo ostendere sibi possibile esse castigare, non homines destruxit, sed ficum siccavit.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Πληγὴν ἀνθρώποις οὐκ ἐπήνεγκεν πώποτε, ἀλλ' ἐν εὐεργεσίαις μόναις τὴν δύναμιν ἐπεδείξατο. Δείξαι οὖν βουλόμενος, ὅτι καὶ κολάζειν ἐστὶν δυνατὸς, οὐκ ἀνθρώπους ἀνεῖλεν, ἀλλὰ συκῆν κατεξήρανεν.

## CAPUT XII.

VERS. 6. Non voce utitur austera. Non enim dicit : Timebunt filium meum, sed, *Reverebuntur*, ut de negligentibus et non malignis locutus; et certe non reveriti sunt, sed potius occiderunt. Num igitur quod facere debebant ignoravit Pater? non solum non ignorat, sed et prædicit; hi non reveriti sunt. Proh dementia! Non enim mentitur Pater, sed ad utilitatem ignorantiam simulat. Ideo et Filius imitatur Patrem, et in hoc ostendit cum illo similitudinem.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Οὐδὲ τῇ λέξει λυπεῖ· οὐ γὰρ εἶπεν, Φοβηθήσονται τὸν Υἱὸν, ἀλλ', *Ἐντραπήσονται*· ὡς περὶ ῥᾳθύμων, οὐ πονηρῶν, διαλεχθεὶς· καὶ μὴν οὐκ ἐντράπησαν, ἀλλ' ἀπέκτειναν μᾶλλον. Ἆρ' οὖν τοὺς μέλλοντας ἠγνόησεν ὁ Πατήρ; Καὶ οὐκ ἀγνοεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ προλέγει· οἱ δὲ οὐκ ἐντράπησαν· ἄκρας τῆς μανίας! Οὐ γὰρ ψεύδεται Πατὴρ, ἀλλὰ πρὸς τὸ χρήσιμον τὴν ἄγνοιαν πλάττει· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Υἱὸς μιμούμενος τὸν Πατέρα, καὶ κατὰ τοῦτο τὴν πρὸς αὐτὸν δεικνὺς ὁμοιότητα.

## CAPUT XIII.

VERS. 32. *De die autem illo*, inquit, *nemo scit neque Filius.* Non ignorat diem cujus auctor ipse est, sed ad utilitatem hominum ignorantiam simulat. Non enim proderat hominibus scire judicii diem, ut non cuique prodest scire mortis diem. Quisque enim præscientia ista fidens omne tempus in peccato et nequitia consumeret, ad ipsam autem diem pietatem prorogaret. Nunc vero inscientia diei studiosos eos qui volunt efficit, quamque diem ultimam putantes. Quomodo igitur dicit : Reverebuntur Filium meum? Quod decet et debetur exsequendo et nunquam violando: simul dissimulat eorum ad pejus propensionem, et punitionem ad beneficium vertit. Si enim dixisset : Mittamus Filium, scio autem quod illum crucifigent, statim contra Evangelia vocem corripuisset Judæus : Hic dixit quod illum crucifigam, et quomodo debuisset non crucifigi? quomodo assertionem divinam eludere possemus? Ideo dicit : Reverebuntur Filium meum. Quid enim non fecit Filius quod convertere illos posset? Primum, Dominus cum esset, formam servi accepit et mortale induens immortalitatem communicavit, ipsum adventum præstans mansuetum, ut unus præcedentium servorum, multo autem vel modestiorem. Illi enim bonis fruebantur, ille vero non habebat ubi caput reclinaret; et servi quidem sæpe plagas his intulerunt, ille vero plagam hominibus nunquam intulit, sed beneficiis solum potestatem exhibuit : *Venite ad me*, clamat, non exspectans donec hi ad se accederent.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

*Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης*, φησὶν, οὐδεὶς *οἶδεν*, *οὐδὲ ὁ Υἱός*· οὐκ ἀγνοῶν τὴν ἡμέραν ἧς ἐστιν ποιητὴς, ἀλλὰ πρὸς τὸ χρήσιμον τῶν ἀνθρώπων πλαττόμενος ἄγνοιαν. Οὐ γὰρ συνέφερεν τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως, ὥσπερ οὐδὲ ἑκάστῳ συμφέρει μαθεῖν τῆς τελευτῆς τὴν ἡμέραν. Ἐμελλεν γάρ τις τῇ προγνώσει θαῤῥῶν πάντα μὲν τὸν χρόνον κακίᾳ καὶ πονηρίᾳ συζῆν, κατ' αὐτὴν δὲ τὴν ἡμέραν εὐλάβειαν πλάττεσθαι· νῦν δὲ τὸ ἄδηλον τῆς ἡμέρας σπουδαίους τοὺς βουλομένους ποιεῖ, ἑκάστην ἡμέραν ἐσχάτην νομίζοντας. Πῶς οὖν φησιν, *Ἐντραπήσονται τὸν Υἱόν μου;* Τὸ πρέπον γενέσθαι καὶ ὀφεῖλον εἰπὼν, οὐ τὸ ἐκβησόμενον πάντως· ἅμα καὶ κλέπτων αὐτῶν τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ῥοπὴν, καὶ συλῶν κολακείαν πρὸς τὸ συμφέρον. Εἰ μὲν γὰρ εἶπεν, Πέμψωμεν τὸν Υἱὸν, οἶδα ὅτι σταυρώσουσι τοῦτον· εὐθὺς κατὰ τῶν Εὐαγγελίων ἥρπαζεν τὴν φωνὴν ὁ Ἰουδαῖος· Αὐτὸς εἶπεν, ὅτι σταυρώσομεν αὐτόν· καὶ πῶς ἐμέλλ[ομ]εν μὴ σταυροῦν; πῶς ἀπόφασιν ἀνελεῖν ἐδυνάμεθα θείαν; Διὰ τοῦτό φησιν· *Ἐντραπήσονται τὸν Υἱόν μου.* Τί γὰρ οὐκ ἔπραξεν ὁ Υἱὸς ἐντρέψαι τούτους δυνάμενον; Καὶ πρῶτον ὅτι Δεσπότης ὤν, μορφὴν δούλου ἐπορίσατο, καὶ θνητὸν ἐνδὺς ἀθανασίαν δείκνυμεν, αὐτὴν τὴν παρουσίαν ποιησάμενος ἡμερον, ὡς εἷς τῶν προλαβόντων δούλων, μᾶλλον δὲ καὶ μετριωτέραν· οἱ μὲν γὰρ καὶ κτημάτων εὐπόρουν, αὐτὸς δὲ οὐδὲ ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι· καὶ οἱ μὲν δοῦλοι πολλάκις καὶ πληγὰς ἐπήνεγκαν τούτοις, αὐτὸς δὲ πληγὴν ἀνθρώποις οὐκ ἐπήνεγκεν πώποτε, ἀλλ' ἐν εὐεργεσίαις μόναις τὴν δύναμιν ἐπεδείξατο, *Δεῦτε πρός με*, βοῶν, οὐκ ἀναμένων ἐκείνους αὐτῷ προσελθεῖν.

Pro, *Neque Filius sciret, nisi Pater*, cum Pater et Filius sciunt.

## CAPUT XIV.

VERS. 15. Duo hæc observat : apostolos instruit

Ἀντὶ τοῦ, *Οὐδὲ ὁ Υἱὸς ἴσμεν ἤδει, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ* ἐπειδ' ὁ Πατὴρ οἶδε, καὶ ὁ Υἱός.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Τὰ δύο τηρεῖ· καὶ τοὺς ἀποστόλους ἐφοδιάζει

ἐρωτῆσαι τὸν οἰκοδεσπότην· καὶ ἵνα μὴ νομίσωσιν ἀγνοεῖν, τὸν τόπον λέγει· *Αὐτὸς ὑμῖν δείξει ἀνάγαιον μέγα ἐστρωμένον*. Εἰ προλέγεις τὸν τόπον, διὰ τί λέγεις τοῖς μαθηταῖς ἐρωτῆσαι περὶ τοῦ τόπου; Πρὶν ἐρωτήσομεν· *τί* οὖν ἐρωτῶμεν; Ναί, φησίν· κἀμοὶ πρέπει προλέγειν ὡς Θεῷ, καὶ ὑμᾶς ἐρωτᾷν ὡς ἀνθρώπους· οὐδαμοῦ δὲ Χριστὸς παραδίδωσι τὸ μυστήριον ἐν ταπεινοῖς τόποις, ἀλλ' ἐν τῇ ὀρεινῇ ἢ ἐν ὑπερώῳ· οὐδὲν γὰρ κατάγαιον ἐπὶ Χριστοῦ· διὰ τοῦτο καὶ ὅτε τὴν ἐπιφοίτησιν ἐδέχοντο τοῦ ἁγίου Πνεύματος οἱ ἀπόστολοι, ἐν ὑπερῴῳ ἦσαν συνηγμένοι. *Τότε*, φησὶν, *ἀπέστειλεν δύο ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἑτοιμάσαι τὸ Πάσχα, Πέτρον καὶ Ἰωάννην*. Πέτρος ἦν ὁ ὁμολογήσας, ὅτι *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος*· Ἰωάννης δὲ ἔμελλε κηρύττειν τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*. Ἀποστέλλει τὸν θεμέλιον τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς· ἵνα ἐν μὲν τῷ θεμελίῳ πήξῃ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ἐν δὲ τῷ υἱῷ τῆς βροντῆς, ἀστράψῃ τὰ τῆς εὐσεβείας ἐντάλματα. Πάλιν διὰ τί Πέτρον καὶ Ἰωάννην ἀποστέλλει; Ἰωάννης παρθένος ἦν, Πέτρος ἀπὸ σεμνογαμίας, ἵνα δειχθῇ ὅτι καὶ τῇ σεμνογαμίᾳ καὶ τῇ παρθενίᾳ ἤπλωται τὸ δῶρον· καὶ γίνονται κοινωνοὶ τοῦ Πάσχα καὶ οἱ ἐν σεμνογαμίᾳ καὶ οἱ ἐν παρθενίᾳ καλῶς ζῶντες· ἀποστέλλει παρθενίαν καὶ σεμνογαμίαν ἑτοιμάσαι αὐτῷ τὸ πάσχα· ὥσπερ ἐν τῷ ὄρει Μωϋσῆν καὶ Ἠλίαν παρέστησεν· τὸν μὲν ἀπὸ σεμνογαμίας, τὸν δὲ ἀπὸ παρθενίας λάμποντα, ἵνα φανῇ σεμνογαμία καὶ παρθενία παρεστῶσαι Χριστῷ.

ad interrogandum de domus domino, et ne ignorare putent, locum dicit : *Ipse vobis ostendet cœnaculum grande stratum*. Si locum prædicis, cur dicis discipulis ut interrogent de loco? prius rogabimus : Quid igitur interrogamus? Ita, dicit, et mihi convenit prædicere tanquam Deo, et vobis interrogare ut hominibus. Minime autem Christus tradit mysterium in humilibus locis, sed in elevato et sublimi. Nullum enim erat humile et terrenum in Christo. Ideo et quando communicationem sancti Spiritus receperunt apostoli, in alto loco congregati erant. Tunc dicitur : *Mittit duos ex discipulis suis ut pararent Pascha, Petrum et Joannem*. Petrus erat qui confessus fuerat, *Tu es Christus Filius Dei viventis*; Joannes autem debebat annuntiare : *In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*. Mittit Ecclesiæ fundamentum, et filium tonitrui, ut in fundamento quidem figat religionis mysterium, in filio autem tonitrui, fulminet religionis præcepta. Iterum cur Petrum et Joannem mittit? Joannes virgo erat, Petrus in honorabili conjugio : ut ostenderetur quod et honorabili conjugio et virginitati effusum sit donum; et fiunt Paschæ communicantes qui in honorabili conjugio et qui in virginitate bene vivunt. Mittit virginitatem et honorabile conjugium ut parent illi Pascha; ut in monte Moysen et Eliam produxit, illum quidem in honorabili conjugio, hunc vero in virginitate elucentem, ut ostendatur honorabile conjugium et virginitatem astitisse juxta Christum.

### ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'

Ἀντὶ τοῦ, λαμπρὰν καὶ μηδὲν θανάτου φέρουσαν σημεῖον· διὸ καὶ τὸν κεντυρίωνα πλέον τοῦτο ἢ τὸ καταπέτασμα σχιζόμενον εἰς τὴν περὶ τοῦ Υἱοῦ Θεογνωσίαν ἐπηγάγετο. Τί δ' ἦν ὃ ἐκραξεν, ἢ τὸ, *Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου;*

### CAPUT XV.

Vers. 37. Pro, vocem validam et nullum mortis signum ferentem. Ideo et istud magis quam veli scissio centurionem ad Dei in Filio agnitionem perduxit. Quid vero clamavit? Illud certe : *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.*

---

# ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ

## ΕΙΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ.

—

# SCHOLIA IN LUCAM.

(Ex antiquis membranis bibliothecæ Vaticanæ. Mai *Class. Auct.*, tom. IX, p. 431.)

—

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν ἀντὶ τοῦ, ὅτι χωρὶς χαρίσματος ἦλθον εἰς τὴν ἀναγραφὴν τοῦ Εὐαγγελίου· τί οὖν ἐστιν ὃ λέγει; Τὸ

### CAPUT PRIMUM.

Vers. 1. Quoniam multi conati sunt ordinare narrationem, pro, cum sine dono gratiæ accessernnt a l scriptionem Evangelii : quid est igitur quod dicit?

Illud cui titulus est ad Ægyptios Evangelium, et cui titulus Evangelium duodecim scribere conati sunt, sed mendaciter sub aliorum nomine. Evangelistæ enim non conati sunt, nec imperfecta reliquerunt, non scribendo bene; scripserunt enim ex veritate: quia quod dicit Paulus, *Cujus laus est ex Evangelio*, Lucam designat ut apostolum.

A ἐπιγεγραμμένον κατὰ Αἰγυπτίους Εὐαγγέλιον, καὶ τὸ ἐπιγεγραμμένον τῶν Δώδεκα Εὐαγγέλιον ἀναγρίψαντες ἐπεχείρησαν, ἀλλὰ ψευδῶς εἰς ἄλλων ὄνομα. Οἱ δὲ εὐαγγελισταὶ οὐκ ἐπεχείρησαν καὶ ἀτέλειστα κατέλιπον, διὰ τὸ μὴ καλῶς γράψαι· ἔγραψαν γὰρ ἀληθῶς, ὅτι ὁ λέγει ὁ Παῦλος, *Οὗ ὁ ἔπαινος ἐν[ὶ. ἐν] τῷ Εὐαγγελίῳ*, τὸν Λουκᾶν λέγει τὸν ἀπόστολον.

Vers. 5. Quid dicit, E vice Abia? Quia duo erant alternis vicibus facientes liturgiam sacerdotes, Abias, et Zacharias. Cum igitur iste ministraverat, post illum ministrat, inquit, Zacharias. Primo quidem aspectu sacerdotem terret, ut circumspectus magis hoc terrore factus recipiat lætanter mysterium. Quid est hoc? dicit: sæpe victimas adducens angelum non videram? Aaron primus sacerdotum princeps non vidit angelum, cum intraret in Sanctum, neque Josedec magnus ille sacerdos. In anxietate igitur Zacharia versato, et magno timore perterrito, ignotum enim interim erat propositum apparitionis, vocem dirigit Gabriel securitatem illi præstans. Dixit autem illi angelus: *Ne timeas, Zacharia.* Primo quidem ejus timorem amovet, ut animo non turbato angeli verba excipiat. Ut enim in agitatam undam non licet visui penetrare, ita timore turbata mens non capax est accipiendi doctrinam ullam, quandiu timore non soluta est. Ideo dixit ei: *Ne timeas;* non venio ad te ferens molestum nuntium, non minas in gentem proferens, non ut Samuel Heli, sacerdotii ablationem nuntians.

Τί λέγει ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά; Ὅτι δύο ἦσαν κατὰ διαδοχὴν ἱερεῖς τὴν λειτουργίαν ποιοῦντες, ὁ Ἀβιὰ, καὶ ὁ Ζαχαρίας. Ἐπεὶ οὖν ἐκεῖνος ἐλειτούργησε μετ' ἐκεῖνον λειτουργεῖ, φησὶ, Ζαχαρίας. Πρῶτον μὲν τῷ σχήματι τὸν ἱερέα φοβεῖ, ἵν' εὐλαβέστερος ἐκεῖνος τῷ φόβῳ γενόμενος, δέξηται περιχαρῶς τὸ μυστήριον. Τί τοῦτο γάρ; φησί· πολλάκις θυσίας προσαγαγὼν ἄγγελον οὐκ ἐθεασάμην· οὐκ Ἀαρὼν ὁ πρῶτος ἀρχιερεὺς ἄγγελον εἶδεν εἰς τὸν ναὸν εἰσελθών, οὐκ Ἰωσεδὲκ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας. Ἐν ἀπόροις τοίνυν ὑπάρχοντι τῷ Ζαχαρίᾳ, καὶ φόβῳ πολλῷ κατεχομένῳ (ἄδηλος γὰρ τέως ὁ σκοπὸς τῆς ὄψεως ἦν), ῥήσει φωνὴν πρὸς αὐτὸν ὁ Γαβριὴλ χειραγωγῶν ἀφοβίᾳ· εἶπεν δὲ πρὸς αὐτὸν ἄγγελος· *Μὴ φοβοῦ, Ζαχαρία.* Πρῶτον μὲν αὐτοῦ διαλύει τὸν φόβον, ἵν' ἀταράχῳ τῇ ψυχῇ τὴν ἀγγελίαν εἰσδέξηται. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ σαλευομένῳ ὕδατι οὐκ ἔνεστιν ἀκριβῶς τὴν ὄψιν ἐνοπτρίζεσθαι, οὕτως φόβῳ σαλευομένη ψυχὴ, οὐχ οἵα τε δέξασθαι διδασκαλίαν τινὰ μὴ καθαρθεῖσα τῷ φόβῳ· διὰ τοῦτο εἶπε πρὸς αὐτόν· *Μὴ φοβοῦ*· οὐ ἥκω σοι φέρων λυπηρὰν ἀναγγελίαν, οὐκ ἀπειλὴν κατὰ τοῦ ἔθνους κομίζων, οὐχ ὥσπερ ὁ Σαμουὴλ τῷ Ἠλὶ ἀνατροπὴν ἱερωσύνης μηνύων.

B

C

Vers. 11. Cur a dextris altaris incensi stetit angelus? quia dextrum nuntium afferens aderat. Cur dicit: *Altaris incensi?* Quia erat etiam alterum altare æreum oblationum.

Διὰ τί ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου εἱστήκει ὁ ἄγγελος; Ὅτι δεξιὸν μήνυμα κομίζων παρῆν. Διὰ τί εἶπεν, *Τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος;* Ἐπειδὴ ἦν καὶ ἕτερον χαλκοῦν θυσιαστήριον τῶν καρπωμάτων.

Vers. 13. Quænam est connexio? Pro populo deprecanti Zachariæ, angelus dicit: Exaudita est deprecatio tua; et de quo dicit: Paries filium? quia Joannes debebat ostendere Christum populo, dicens: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi*, illud igitur erga populum dictum est.

Ποία ἐστὶν ἀκολουθία, ὅτι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ παρακαλοῦντος Ζαχαρίου, εἰσακουσθῆναί φησι τὴν δέησίν σου ὁ ἄγγελος; καὶ περὶ τίνος εἶπεν· *Καὶ γεννήσεις Υἱόν;* Ἐπειδὴ ὁ Ἰωάννης ἔμελλε δεικνύειν τῷ λαῷ τὸν Χριστὸν λέγων, *Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*· ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἄρα τοῦτό ἐστιν.

Vers. 17. Quid est: *In spiritu et virtute Eliæ? In spiritu*, quidem, quod eumdem Spiritum sanctum habebit ac Elias; *In virtute* autem, propter ministerii magnitudinem. Nam secundi quidem adventus Elias præco erit, Joannes vero primi; vel de voluntate et prodigiis Eliæ intelligi etiam potest, ut arbitror. Quomodo intelligendum illud: *Convertet corda patrum in filios?* Filios apostolos dicit, patres autem Judæos; convertet igitur Judæos ad apostolorum prædicationem. Qui enim de Christo tale testimonium perhibuit, conjunxit eodem testimonio Christi discipulos, et ex hoc illis credibilitatem asseruit; sic enim, *Incredulos ad prudentium justorum*, intelligendum est.

Τί ἐστι τὸ, *Ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλιοῦ;* Τὸ μὲν, *Ἐν πνεύματι*, ὅτι τὸ αὐτὸ ἅγιον Πνεῦμα ἕξει καὶ ὁ Ἠλίας· τὸ δὲ, *Ἐν δυνάμει*, διὰ τὸ μέγεθος τῆς διακονίας· ὁ μὲν γὰρ τῆς δευτέρας ὁ Ἠλίας παρουσίας ἔσται κῆρυξ, ὁ Ἰωάννης δὲ τῆς πρώτης· ἢ τὸ ἐν προαιρέσει Ἠλιοῦ καὶ θαύματι νοήσομεν, ὡς ἡγοῦμαι. Πῶς νοητέον τὸ, *Ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα;* Τέκνα τοὺς ἀποστόλους λέγει, πατέρας δὲ τοὺς Ἰουδαίους. Ἐπιστρέψει οὖν τοὺς Ἰουδαίους εἰς τὴν τῶν ἀποστόλων διδασκαλίαν. Ὁ γὰρ περὶ Χριστοῦ τοιαῦτα μαρτυρήσας, συνεισήγαγε τῇ αὐτῇ μαρτυρίᾳ καὶ τοὺς Χριστοῦ μαθητὰς, καὶ τὸ ἀξιόπιστον αὐτοῖς ἐκ τούτου κατεσκεύασεν· οὕτως δὲ καὶ τὸ, *Ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων*, νοηθήσεται.

D

Vers. 20. Quam ob causam Zacharias hæsitans reprehensus est, Virgo vero hæsitans etiam

Τίνος ἕνεκεν Ζαχαρίας μὲν ἀμφιβάλλων κατεχρίθη, παρθένος δὲ ἀμφιβάλλουσα πρὸς τὸν ἄγγελον

οὐδαμῶς κατεκρίθη; *Πῶς γαρ ἔσται μοι*, φησὶ, *τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;* Τί ποτ' οὖν τὸ παράδοξον τοῦτο; Μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; Μὴ γένοιτο! Ζαχαρίας μὲν οὖν εἰκότως ἔδωκε δίκην· ἔχων μὲν παραδείγματα πλεῖστα τοῦ στείρας καὶ γεγηρακυίας τεκεῖν, ὅμως εἰς οὐδὲν ἀποβλέψας τῶν προτέρων, καίτοι νομομαθής τις ὢν καὶ τὸν νόμον ἐξηγούμενος πᾶσιν· ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν εἰς Ἀβραὰμ ἀπιδεῖν καὶ τὴν Σάῤῥαν· ἐχρῆν αὐτὸν ἐνθυμηθῆναι Ῥεβέκκαν· ἐχρῆν ἐνθυμηθῆναι τοῦ Σαμψὼν τὴν μητέρα· ἐχρῆν τὸν Ἐλκανὰ καὶ τὴν Ἄνναν καὶ τὸν Δαβὶδ ψάλλοντα· *Ὁ κατοικίζων στείραν ἐν οἴκῳ, μητέρα ἐπὶ τέκνοις εὐφραινομένην.* Διὰ τοῦτο γοῦν ἐπὶ τῆς γλώττης δέχεται δίκην τῆς μηδὲν ἐκ τῆς ἀναγνώσεως ὠφεληθείσης τοῦ νόμου· ἡ δὲ Παρθένος ἀμφιβάλλουσα, δίκην οὐκ ἔδωκε, πρῶτον μὲν ὅτι μήτηρ ἤμελλε εἶναι τοῦ μέλλοντος κρίνειν τὸν κόσμον· οὐκ ἐτόλμα δὲ Γαβριὴλ δίκην ἐπιθεῖναι τῇ μητρὶ τοῦ Κριτοῦ, προσεκύνει δὲ φρίττων, ὁρῶν ἐν αὐτῇ τὸν πλαστουργοῦντα Θεόν. Ἐχρῆν γὰρ ἐκείνην ἀθάνατον τὴν γαστέρα φυλάξαι, ἐν ᾗ τὸν δεύτερον Ἀδὰμ ἐζωγράφει· χωρὶς δὲ τούτων οὐδὲ δίκαιον ἦν τὴν Παρθένον ὑποσχεῖν δίκην τῆς λέξεως τῆς ἀμφιβολίας· οὐ γὰρ εἶχε ἡ Παρθένος εἰκόνα τῶν ἐν αὐτῇ τελουμένων, οὐκ εἶχεν ἐνοπτρίσασθαι τὸ τηλικοῦτον μυστήριον· διὰ τοῦτό φησι· *Πῶς ἔσται μοι τοῦτο;* οὐ γὰρ ἤκουσα Παρθένον δίχα μίξεως γεγεννηκυῖάν ποτε· οἶδα τεκούσας πολλὰς, ἀλλὰ μεινάσας παρθένους μετὰ τὸν τόκον οὐκ οἶδα. Διὰ τί ἐκ τῆς στείρας ἡ Θεοτόκος γεννᾶται; Ἐπεὶ οὖν ἔμελλεν ἡ Θεοτόκος Παρθένος ἐκ τῆς Ἄννης τίκτεσθαι, οὐκ ἐτόλμα ἡ φύσις προλαβεῖν τὸ τῆς χάριτος βλάστημα, ἀλλ' ἔμενεν ἄκαρπος ἕως ἡ χάρις τὸν καρπὸν ἐβλάστησεν· ἔδει γὰρ πρωτότοκον τεχθῆναι τὴν τεξομένην πρωτότοκον πάσης κτίσεως, ἐν ᾧ τὰ πάντα συνέστηκε.

Τὸ, *Διελογίζετο ἡ παρθένος ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος*, ἀντὶ τοῦ, Μὴ ἄρα τις ἄτοπος ὡς ἐξ ἀνδρὸς πρὸς κόρην, ἢ θεῖος· ἐπειδὴ καὶ Θεοῦ μνήμη ἐστὶν ἐν αὐτῷ, διὰ τὸ λέγειν αὐτόν· *Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.*

Ὅτι τὸ, *Κληθήσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦς*, σωτὴρ σημαίνει ἡ σωτηρία Θεοῦ καὶ ἴασις. Διὰ τί οὐκ εἶπεν, Υἱὸς Ὑψίστου ὑπάρχει, ἀλλὰ, *Κληθήσεται;* Διὰ τὸ ἀνθρώπινον τοῦτο λέγεται· ἐκλήθη γὰρ καὶ ὁ Κυριακὸς ἄνθρωπος τῇ μετοχῇ τῆς θείας φύσεως Υἱὸς Θεοῦ. Τὸ, *Δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ*, τῇ οἰκονομίᾳ ἁρμόττει· θρόνον δὲ οὐκ αἰσθητὸν, ἀλλὰ τὸν μηδὲν θνητὸν ὡς ἐπίκηρον ἔχοντα, τὸν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης

*Ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ*, νοήσομεν, τοὺς ἐγκεντρισθέντας ἐπὶ τὸν τοῦ Ἰακὼβ οἶκον ἐθνικοὺς λέγει· τὸ δὲ, *Καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος*, τὴν ὡς Θεοῦ αἰωνίαν βασιλείαν λέγει.

Οὐκ ἀπιστεῖ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλ' ἀπαιτεῖ τὸν τρόπον. Ὁ οὖν Ζαχαρίας ἠπίστησεν· ἡ δὲ Παρθένος οὐκ ἀπιστεῖ. Ἐκεῖνος ἔλεγε· *Κατὰ τί γνώσομαι;* ἐζήτει σημεῖον λαβεῖν ἵνα πιστεύσῃ· ἡ δὲ Παρθένος

minime reprehensa est? Angelo enim respondit : *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco ?* Quæ ergo est ista anomalia? nonne injustitia apud Deum ? Absit ! Zacharias quidem ergo pœna mulctatus est ; habens quidem exempla plurima sterilis et ætate provectæ parientis, attamen non ad anteriora tempora respicit, licet legis peritus sit et legem omnibus exponat. Oportebat enim illum in Abraham respicere et in Saram, oportebat recordari Rebeccam, oportebat recordari Samson matrem, Elcana et Annam et David canentem in Psalmis, *Qui habitare facit sterilem in domo, matrem in filios lætantem.* Ob eam igitur causam in lingua pœnam recipit, quod nullam e legis cognitione utilitatem retulerit. Virgo autem hæsitans, pœnam non recipit, primum quidem quia mater esse debebat futuri mundi Judicis; non ausus est autem Gabriel pœnam sumere de matre Judicis, adorat vero tremens, videns in illa Deum creationis auctorem. Oportebat enim illam immortalem uterum conservare in quo secundus Adam conclusus erat. Præter illa vero non erat justum virginem pœnas dare ob sermonis amphibologiam. Non enim habebat virgo exemplum rerum quæ in ipsa complebantur, non habebat videre ut in speculo tantum mysterium. Ideo dicit : *Quomodo fiet mihi istud ?* non enim audivi virginem sine coitu unquam generasse; scio multas peperisse, sed virgines mansisse post partum nullas scio. Cur ex sterili Deiparens nascitur ? Quia igitur debebat virgo Deiparens ex Anna nasci, non audebat natura producere hunc gratiæ fructum, et sterilis mansit donec gratia hunc fructum germinare fecit. Oportebat enim primogenitam nasci quæ paritura erat primogenitum totius creationis in quo omnia constant.

Vers. 29. Illud, *Cogitabat* virgo *quæ esset ista salutatio*, dicitur pro, nonne esset indecens salutatio viri ad puellam nisi divina : quoniam Dei mentionem faciebat, dicendo : *Dominus tecum.*

Vers. 32. Illud, *Vocabitur nomen ejus Jesus*, Salvatorem significat aut Dei salutem et sanationem. Cur non dicit, Filius Altissimi est, sed, *Vocabitur?* Propter humanum ita loquitur, nam vocatus est homo Dominicus unione naturæ divinæ Filius Dei. Illud, *Dabit illi Dominus Deus thronum David patris ejus*, incarnationi adaptatur. Thronum autem innuit non materialem, sed nihil mortale nec caducum habentem, et in universum orbem dominantem.

Vers. 33. *In domum Jacob*, ut intelligendum est, excitatos in domum Jacob ethnicos dicit. *Et regni ejus non erit finis*, regnum ut regnum Dei æternum indicat.

Vers. 34. Non sermoni diffidit, sed modum exquirit. Zacharias igitur credere abnuit, virgo autem credere annuit. Hic dixit : *Unde hoc sciam?* quærens signum accipere ut credat, virgo autem di-

cit : *Quomodo fiet mihi istud ?* Sermo quidem credibilis, sed modus difficilis; nescit natura quæ dicis. Cum igitur bene interrogat, angelus illi dicit, ignoscitur tibi hæsitanti. Nam Zachariæ non ignoscit, sed illum increpavit male diffidentem, virgini autem ignoscit. Non enim erat exemplum Virgini; sterili autem multa erant exempla; ideo Zachariam tacere cogit in pœnam incredulitatis.

A λέγει· *Πῶς ἔσται μοι τοῦτο;* Ὁ μὲν λόγος ἀξιόπιστος, ὁ δὲ τρόπος ἄπορος· οὐκ οἶδεν ἡ φύσις ἃ λέγεις. Ἐπεὶ οὖν καλῶς ἠρώτα, ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτήν· Συγγνώμη σοι ἀπορούσῃ. Τῷ μὲν γὰρ Ζαχαρίᾳ οὐ συγγινώσκει, ἀλλ' ἐπεστόμισεν αὐτὸν κακῶς ἀπιστήσαντα, τῇ δὲ Παρθένῳ συγγινώσκει· οὐ γὰρ ἦν ὑπόδειγμα παρθένῳ· στείρας δὲ πολλὰ ἦν τὰ ὑποδείγματα· διὰ τοῦτο τῷ Ζαχαρίᾳ σωπὴν ἀντὶ τιμωρίας ἐπιτίθησιν.

Vers. 35. Cur dicit *sanctum*? Quia sancta quidem tu es, oportet autem sanctiorem te fieri. Quando enim sumit artifex lignum, aut faber ferrum, adhuc illud purius et aptius ad artem exercendam efficit : et tu igitur virgo quidem es, oportet autem te sanctiorem fieri, ut sanctum concipias. Gabriel manifestans explicationem trium Personarum sic dixit : Altissimus enim Pater est; virtus Altissimi Filius; ideo de Patre dicit quod Altissimus est, *Tu solus Altissimus in omnem terram.* Tota, inquit, Trinitas adest tibi, o Virgo, restaurationem creationis operans, quæ dixit olim : *Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem.* Non enim debuit quidem in ingrato Adam primo adesse, secundo autem non mirabiliter coaptari Spiritus sanctus : ecce Spiritus sanctus, et virtus, ecce iterum Filius. *Christus enim virtus et sapientia Dei*, Altissimus; ecce iterum Pater hac voce proclamatur. *Et virtus Altissimi obumbrabit tibi;* Filium indicat, *Christus enim Dei virtus et Dei sapientia.* — *Obumbrabit tibi*, pro, circumdabit te et vallabit te et circum te erit. Ita legendum : *Ideo et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei;* non simpliciter angelus quod nascetur sanctum statim exprimit, sed dicit : *Quod nascetur*, quoniam communis quædam est vox ad omnes quos mulier parit, ne miraculum communitate locutionis deprimatur, dicit : *Ideo et quod nascetur ex te*, statim tanquam timore quodam occupatus ob stupendam incarnationem, et contemplatus ejus qui nascitur potestatem, et quantorum bonorum auctor futurus sit humano generi, tremendo exclamavit : *Sanctus*, eamdem ac seraphim vocem in illo proferens. Non enim foris a Trinitate video, non privatum eum cerno æterna divinitate; ideo et ego memoriam Trinitatis feci.

Ἵνα τί ἐπέρχεται ἅγιον; Ἐπειδὴ ἁγία μὲν ὑπάρχεις· δεῖ δέ σε γενέσθαι ἁγιωτέραν· ὅτ' ἂν γὰρ λάβῃ ὁ τέκτων ξύλον, ἢ ὁ χαλκεὺς σίδηρον, ἔτι αὐτὸ καθαίρει καὶ ἐπιτηδειότερον πρὸς τὴν τέχνην ἐργάζεται. Καὶ σὺ τοίνυν παρθένος μὲν εἶ, δεῖ δέ σε ἁγιωτέραν γενέσθαι, ἵνα τὸν ἅγιον συλλάβῃς. Ὁ B Γαβριὴλ ἐμφαίνων τὴν ἑρμηνείαν τῶν τριῶν ὑποστάσεων οὕτωσὶ ἔλεγεν· *Ὕψιστος γὰρ ὁ Πατήρ. Δύναμις Ὑψίστου ὁ Υἱός·* διὸ περὶ τοῦ Πατρὸς λέγει Ὕψιστος· *Σὺ μόνος Ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.* Ὅλη, φησὶ, ἡ Τριάς σοι πάρεστιν, ὦ Παρθένε, τὴν ἀνάκτησιν ποιουμένη τῆς κτίσεως, ἡ εἰποῦσα πάλαι· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν.* Οὐ γὰρ ἔμελλεν ἐπὶ μὲν τοῦ ἀγνώμονος Ἀδὰμ τοῦ πρώτου παρεῖναι, τῷ δὲ δευτέρῳ μὴ συνῆφθαι λαμπρῶς. Πνεῦμα ἅγιον· ἰδοὺ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ δύναμις, ἰδοὺ πάλιν ὁ Υἱός· *Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία.* Ὕψιστος· ἰδοὺ πάλιν ὁ Πατὴρ τῇ φωνῇ ταύτῃ κηρύττεται. *Καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι.* Τὸν Υἱὸν λέγει· *Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ* C *σοφία.* Τὸ, *Ἐπισκιάσει σοι*, ἀντὶ τοῦ, Περιβαλεῖ σε καὶ χαρακώσει σε καὶ κύκλῳ σου ἔσται. Οὕτως ἀναγνωστέον· *Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ.* Οὐχ ἁπλῶς ὁ ἄγγελος τὸ γεννώμενον τὸ ἅγιον εὐθὺς ἐπιθεὶς, ἀλλ' εἰπών, Τὸ *γεννώμενον*, ἐπειδὴ κοινή τις ὑπῆρχε ἡ φωνὴ πρὸς τοὺς ἐκ γυναικὸς τικτομένους, ἵνα μὴ τὸ θαῦμα τῇ κοινωνίᾳ τῆς λέξεως συμικρυνθῇ, εἰπών, *Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ*, εὐθὺς ὥσπερ τινὶ φόβῳ κατηθεὶς πρὸς ἔκπληξιν καταστάσεως, καὶ λογισάμενος τοῦ τικτομένου τὴν δύναμιν, καὶ ὅσων ἀγαθῶν πρόξενος ἔσται τῷ γένει, φοβερῶς ἐ[κε]κραύγασεν, Ἅγιος, τὴν αὐτὴν τοῖς σεραφὶμ φωνὴν ἐπὶ τούτῳ βοῶν. Οὐ γὰρ ἔξω τῆς Τριάδος ὁρῶ, οὐ γυμνὸν D αὐτὸν βλέπω τῆς ἀϊδίου θεότητος· διὰ τοῦτο κἀγὼ μνήμην τῆς Τριάδος πεποίημαι.

Vers. 36. Illud, *Cognata tua*, sensum quemdam insinuat. Nemo te, inquit, o virgo, ob partus tui miraculum, alius cujusvis naturæ esse putet; nemo ob humanitatem superans prodigium, humanæ naturæ exsortem te faciat; nemo neget a te sumptam formam cognatam hominum esse. Cognata Elisabeth tu es; licet Elisabeth Domina facta sis, eadem ac ipsa constas natura, idem ac ipsa corpus gerens, eamdem habens animam. Et aliter : Quomodo Zachariæ non ignoscit angelus, Virgini vero non credenti ignoscit? Quia ille multa habebat exemplaria. Multæ enim steriles pepererant, virgo autem nulla; unde iguosci meruit dicens, *Quomodo fiet mihi istud*,

Ἐμφαντικὸν τὸ, *συγγενής σου*, διανοίας τινός. Μηδείς σε, φησὶ, ὦ Παρθένε, διὰ τὸ τοῦ τόκου παράδοξον, ἄλλης τινὸς φύσεως νομιζέτω· μηδεὶς διὰ τὸ ὑπὲρ ἄνθρωπον θαῦμα, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἔξω ποιείτω· μηδεὶς ἀρνείσθω τὴν ὑπὸ σοῦ λαμβανομένην μορφὴν, συγγενῆ τῶν ἀνθρώπων ὑπάρχειν· συγγενὴς τῆς Ἐλισάβετ ὑπάρχεις, κἂν δεσποίνης τῆς Ἐλισάβετ γενήσῃ, τῆς αὐτῆς ἐκείνῃς καθέστηκας φύσεως, τὸ αὐτὸ ταύτῃ σῶμα φοροῦσα, τὴν αὐτὴν ἔχουσα ψυχήν. Καὶ ἄλλως· Πῶς τῷ μὲν Ζαχαρίᾳ οὐ συγγινώσκει ὁ ἄγγελος, τῇ δὲ Παρθένῳ ἀπιστούσῃ συγγινώσκει; Ὅτι ἐκεῖνος πολλὰ εἶχε τὰ παραδείγματα· πολλαὶ γὰρ στεῖραι ἔτεκον, παρθένος δὲ οὐ-

δεμία· ὅθεν καὶ συγγνώμης ἔτυχε λέγουσα· *Πῶς ἔσται μοι τοῦτο*, ὅτι παρθένος οὖσα τέξομαι; Πῶς συγγενῆ λέγει τὴν Ἐλισάβετ τῆς Θεοτόκου; Ἢ ὡς ἐξ ἑνὸς προπάτορος τοῦ Ἰακὼβ, εἴτε διὰ τὸ πρὸ τῆς νομοθεσίας λαβεῖν τὸν Ἀαρὼν ἐκ τῆς τοῦ Λευῒ φυλῆς ὄντα γυναῖκα τὴν Ἐλισάβετ, θυγατέρα οὖσαν τοῦ Ἀμιναδὰμ, τὴν ἀδελφὴν Ναασσὼν ἐκ τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς ὑπάρχοντος.

A quod, virgo cum sim, pariam? Quomodo cognatam Elizabeth dicit Deiparentis? vel quod ex uno avo Jacob erant, vel quod ante legis promulgationem Aaron duxit uxorem Elisabeth e tribu Levi, filiam Aminadab, et sororem Naasson qui erat ex tribu Juda.

Ὅτι διὰ τὴν τοῦ ἀγγέλου φωνὴν ἀπῆλθεν ἡ Παρθένος εἰς τὴν ὀρεινήν· εἶπεν γάρ· *Ἰδοὺ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου καὶ αὐτὴ συνείληφυῖα.*

Vers. 39. Propter angeli sermonem exiit virgo ad montana : dixerat enim : *Ecce Elisabeth cognata tua et ipsa concepit.*

Ὅτι τότε ἐπλήσθη Πνεύματος ἁγίου ὁ ἐν γαστρὶ ὢν Ἰωάννης, καὶ μετεδίδου τῆς χάριτος τῇ μητρὶ, καὶ ἐπροφήτευε λοιπὸν ἡ Ἐλισάβετ, *Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ*, λέγουσα, *καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας* [*σου*].

Vers. 41. Tunc impletus est Spiritu sancto in utero inclusus adhuc Joannes, et partitus est gratiam cum matre, et prophetizavit postremo Elisabeth : *Benedicta tu in mulieribus*, dicens, *et benedictus fructus ventris tui.*

B

Ὅτι καλῶς καρπὸν κοιλίας ὠνόμασε τὸ ἐν αὐτῇ, ὅτι χωρὶς ἀνδρὸς ἦν· οἱ γὰρ ἐκ πατέρων, ἐκείνων εἰσὶ καρποὶ, ἀλλ' οὐχὶ μητρός.

Vers. 42. Recte fructus ventris vocatur quod in illa est, quia absque viro erat; nam patrum filii sunt fructus, sed non matris.

Ὅτι τὸ, *Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου* · πνεῦμα καὶ ψυχὴν τὸ αὐτὸ λέγει.

Vers. 46. *Magnificat anima mea Dominum, et exsultavit spiritus meus;* spiritus et anima idem sunt.

*Ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ.* Βραχίονα Πατρὸς, τὸν Υἱὸν λέγει, ἀντὶ τοῦ, ἰσχύν.

Vers. 51. *Fecit potentiam in brachio suo;* brachium Patris Filius dicitur, ut ejus robur.

*Πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν*, καὶ ἑξῆς. Τοὺς Ἰουδαίους καὶ τὰ ἔθνη λέγει, οὓς ἀπώσατο καὶ ἃ προσελάβετο.

Vers. 53. *Esurientes implevit bonis*, etc.; Judæos et gentes designat, quos repulit, et quas assumpsit.

*Ἐμνήσθη τοῦ ἐλέους αὐτοῦ, καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν.* Διὰ τὸ, *Ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη*, λέγει.

Vers. 54. *Recordatus est misericordiæ suæ, sicut locutus est ad patres nostros :* hoc dicit propter illud : *Benedicentur in semine tuo omnes gentes.*

C

Διὰ τί κατέβη εἰς Καπερναούμ; Ἢ διὰ τὴν εἰς Μητέρα τιμήν, ἵν' ἀποκαταστήσῃ τὴν Μητέρα καὶ τοὺς ἀδελφούς. Καὶ διὰ τί εἰς Καπερναοὺμ οὐκ ἐποίησε σημεῖα; Ὅτι οὐχ ὑγιῶς προσέκειντο αὐτῷ· καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν εἰπών· *Καὶ σὺ, Καπερναοὺμ, ἡ ἕως τῶν οὐρανῶν ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβήσῃ.*

Vers. 12. Cur descendit in Capharnaum? Certe ob matris reverentiam, ut se matri et fratribus restitueret. Et cur in Capharnaum signa non fecit? Quia immoderate illum urgebant : id quoque ostendit dicens: *Et tu, Capharnaum, quæ usque ad cœlum ascendisti, ad infernum descendisti.*

Διὰ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι *Ἦν ἐγγὺς τὸ Πάσχα τῶν Ἰουδαίων*, δείκνυσιν ἡμῖν ὅτι οὐ πρὸ πολλῶν πάνυ ἡμερῶν τοῦ Πάσχα ἐβαπτίσατο.

Vers. 13. Dicendo quoniam, *Prope erat Pascha Judæorum*, ostendit nobis quod paucis ante Pascha diebus fuit baptizatus.

Ὅτι τοὺς πωλοῦντας καὶ ἀγοράζοντας ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ λέγων· *Μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρός μου, οἶκον ἐμπορίου*· ἕτερος δὲ εὐαγγελιστὴς λέγει, *σπήλαιον λῃστῶν*. Ὅθεν οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἀμφότερα γέγονεν· ἐκεῖ μὲν γὰρ πρὸς αὐτὸ τὸ πάθος ἐλθὼν, ἐνταῦθα δὲ ἐν προοιμίοις τῶν σημείων ὑφειμένως τῇ ἐπιτιμήσει. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ λόγος καὶ ὁ χρόνος διάφορος, διχῶς τὸ πραχθέν.

Vers. 14. Vendentes et ementes ejecit e templo dicens : *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis ;* alius evangelista dicit, *speluncam latronum*. Unde arguitur non eodem tempore utrumque factum esse; nam illic ad passionem appropinquans, ibi autem in initio signorum modesta voce increpando. Cum igitur tempus et sermo diversa sint, bis illud factum est.

Ὅτι τὸ λέγειν αὐτοὺς, *Τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν ὅτι ταῦτα ποιεῖς;* ἰσχάτης ἀπονοίας ἐστί· ποίου γὰρ σημείου χρεία ἦν ὥστε τὰ κακῶς γινόμενα παῦσαι, ἤγουν τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐπιστρέφεσθαι;

Vers. 18. Cum illi dicunt : *Quod signum nobis ostendis quia hæc facis?* summam dementiam ostendunt. Cujus enim signi opus erat ut male acta desinerent, id est ut peccatores converterentur?

Ὅτι τὸ, *Λύσατε καὶ ἐγερῶ*, δύο εἰσάγει ῥήματα, καὶ ὅτι ἀναστήσεται, καὶ ὅτι Θεὸς ὁ ἀναστήσων· ἑαυτὸν γὰρ εἶπεν· *Ἐγερῶ.*

Vers. 19. *Solvite et excitabo;* duas sententias includit, et quod resurget, et quod Deus est qui resurget; dicit enim de se: *Excitabo.*

Πῶς νοητέον τὸ, *Ἐν τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναός;* Τὴν ὑστέραν οἰκοδομὴν ἐδήλωσεν· ἐπὶ γὰρ Κύρου ἤρχθη τὸ ἔργον, εἶτα ἀνεκόπη· μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἤρχθη ἐπὶ Δαρείου· ἐπὶ γὰρ Σολομῶντος εἰς εἴκοσι ἔτη ἐκτίσθη.

Vers. 20. Quomodo intelligendum : *Quadraginta et sex annis ædificatum est templum?* Ultimam ædificationem memorat; nam sub Cyro inceptum est opus, deinde interruptum; postea vero rursus inceptum est sub Dario ; sub Salomone enim viginti annis exstructum fuit.

## ΚΕΦΑΛ. Γ'.

## CAPUT III.

Ὅτι ὁ Νικόδημος νυκτὸς ἤρχετο· ἐφοβεῖτο γάρ.

Vers. 1. Nicodemus nocte venit, timebat enim.

Iste est qui loquitur in medio Evangelio de Christo : *Num lex nostra judicat aliquem, nisi prius audierit ab ipso quid dicat?* Iste ausus est corpus expetere, et altera vice Nicodemus dicit Christo : *Nemo potest facere signa quæ facis, nisi Deus fuerit cum illo.*

A Οὗτός ἐστιν ὁ λαλῶν ἐν μέσῳ τοῦ Εὐαγγελίου ὑπὲρ Χριστοῦ· *Μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει τινὰ, ἐὰν μὴ ἀκούσῃ πρότερον τί λαλεῖ;* Οὗτος καὶ τολμήσας ἠτήσατο τὸ σῶμα. Καὶ ἕτερον δὲ ὁ Νικόδημος λέγει πρὸς Χριστὸν, ὅτι *Οὐδεὶς δύναται τὰ σημεῖα ὁ ποιεῖς ποιῆσαι, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ.*

Vers. 3. Quid est : *Nisi quis renatus fuerit ex alto, non potest de me bene cogitare? Ex alto*, id est, e cœlo.

Τί ἐστιν, *Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν*, οὐ δύναται *περὶ ἐμοῦ καλῶς δοξάσαι;* Τὸ δὲ, *ἄνωθεν*, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

Vers. 5. Cur duo, et non tantum Spiritus, sufficere putetur ad Baptismi perfectionem? Compositus est homo et non simplex, ut recte scimus; et ob eam rem duplici et composito cognata et similia remedia in sanationem adhibita sunt; corpori quidem visibili, aqua sensibilis; animæ vero invisibili, Spiritus incorporalis. Ad fidem vocatur, quæ sine verbo datur; aqua autem prodest ad ostendendam purificationem; quum enim soleamus corpus sordido luto deformatum, aqua lavantes mundum ostendere, ideo et in mystica actione idem suscipimus : re sensibili, spiritualem ostendimus splendorem. *Et paulo post.* In usu vero, tres immersiones adhibentur. Illud ideo contingit : Quatuor elementa cognoscimus, e quibus mundus constat, ignem, aerem, terram et aquam. Deus ergo noster et Salvator propter nos incarnationem perficiens in unum ex his quatuor terram descendit, ut inde vitam produceret. Nos autem baptismum suscipientes in imitationem Domini, magistri et ducis nostri, non in terra quidem sepelimur; illa enim mortui tantum corporis habitatio fit, infirmitatem et corruptionem nostræ naturæ operiens. Sed in cognatum terræ elementum aquam intrantes, illa nosmet occultamus, ut Salvator terra; et ter id facientes, trium dierum ejus resurrectionis gratiam imitamur.

Διὰ τί τὰ δύο καὶ οὐχὶ μόνον τὸ Πνεῦμα αὐτάρκες ἐνομίσθη πρὸς τὴν συμπλήρωσιν τοῦ βαπτίσματος; Σύνθετος ὁ ἄνθρωπος, καὶ οὐχ ἁπλοῦς, ὡς ἀκριβῶς ἐπιστάμεθα· καὶ διὰ τοῦτο τῷ διπλῷ καὶ συνεζευγμένῳ τὰ συγγενῆ καὶ ὅμοια φάρμακα πρὸς θεραπείαν ἀπεκληρώθη· σώματι μὲν τῷ φαινομένῳ, ὕδωρ τὸ B αἰσθητόν· ψυχῇ δὲ τῇ ἀοράτῳ, Πνεῦμα τὸ ἀφανὲς πίστει καλούμενον, ἀῤῥήτως παραγενόμενον· ὕδωρ δὲ ὑπηρετεῖ, πρὸς ἔνδειξιν τῆς καθάρσεως. Ἐπεὶ γὰρ εἰώθαμεν καὶ ῥύπῳ βορβόρου τὸ σῶμα καθυβρισθὲν, ὕδατι ῥύπτοντες καθαρὸν ἀποφαίνειν· διὰ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς μυστικῆς πράξεως αὐτὸ παραλαμβάνομεν· τῷ αἰσθητῷ πράγματι, τὴν ἀσώματον ὑποτιθέντες λαμπρότητα. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Πρὸς δὲ χρείαν, αἱ τρεῖς καταδύσεις παραλαμβάνονται· τοῦτο συγχάνει· Τέσσαρα στοιχεῖα γνωρίζομεν, ἀφ' ὧν ὁ κόσμος ἔχει τὴν σύστασιν, πῦρ, ἀὴρ, γῆ, καὶ ὕδωρ. Ὁ τοίνυν Θεὸς ἡμῶν καὶ Σωτὴρ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν πληρῶν, τὸ τέταρτον τούτων ὑπῆλθε τὴν γῆν, ἵν' ἐκεῖθεν τὴν ζωὴν ἀνατείλῃ· ἡμεῖς δὲ τὸ βάπτισμα παραλαμβάνοντες εἰς μίμησιν τοῦ Κυρίου C καὶ διδασκάλου καὶ καθηγεμόνος ἡμῶν, εἰς γῆν μὲν οὐ θαπτόμεθα· αὐτὴ γὰρ τοῦ νεκρωθέντος παντελῶς σώματος γίνεται σκέπη, τὴν ἀσθένειαν καὶ φθορὰν τῆς φύσεως ἡμῶν περιστέλλουσα· ἐπὶ δὲ τῆς γῆς τὸ συγγενὲς στοιχεῖον τὸ ὕδωρ ἐρχόμενοι, ἐκείνῃ ἑαυτοὺς ἐγκρύπτομεν, ὡς ὁ Σωτὴρ τῇ γῇ· καὶ τρίτον τοῦτο ποιήσαντες, τὴν τριήμερον τῆς ἀναστάσεως χάριν ἐξεικονίζομεν.

Vers. 6. Quid est : *Quod natum est e Spiritu, spiritus est?* Ibi nativitatem secundum gloriam et gratiam dicit per baptismi regenerationem et adoptionem.

Τί ἐστι· *Τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνεῦμά ἐστι;* Γέννησιν ἐνταῦθα, τὴν κατὰ τιμὴν καὶ χάριν λέγει διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀναγέννησιν καὶ υἱοθεσίαν.

Vers. 8. Cur exemplum affert dicens : *Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat et quo vadat?* Talis est ista sententia : Si D enim, ait, venti cujus sensatione auditum percipis, vim explicare nescis, quomodo divini Spiritus operationem conaberis intelligere?

Διὰ τί φέρει παράδειγμα λέγων· *Τὸ Πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οἶδας δὲ πόθεν ἔρχεται καὶ ποῦ ὑπάγει;* Ἔστι δὲ τὸ νόημα τοιοῦτον· Εἰ γὰρ, φησὶ, τοῦ ἀνέμου, οὗ τῇ αἰσθήσει δέχῃ τὴν ἀκοὴν, τὴν ὁρμὴν δὲ ἑρμηνεῦσαι οὐκ οἶδας, πῶς τὴν ἀπὸ τοῦ θείου Πνεύματος ἐνέργειαν περιεργάζῃ νοῆσαι;

Vers. 10. *Si terrena dixi vobis et non creditis* (id est, de baptismo et de nativitate secundum gratiam) : *Quomodo si dixero vobis cœlestia* (id est, de ineffabili generatione)? Alii autem terrenum intelligunt de venti operatione; si vero baptismum terrenum dicit, vel quia in terra perficitur, vel per comparationem cœlesti ipsius generationi.

*Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε* (τουτέστι, περὶ τοῦ βαπτίσματος καὶ τῆς κατὰ χάριν γεννήσεως)· *πῶς ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια* (τουτέστι, περὶ τῆς ἀπορρήτου καὶ ἀφράστου γεννήσεως); Ἄλλοι δὲ τὸ ἐπίγειον, περὶ τῆς τοῦ ἀνέμου ἐνεργείας νοοῦσιν. Εἰ δὲ τὸ βάπτισμα, ἐπίγειον λέγει, ἢ διὰ τὸ ἐν τῇ γῇ τελεῖσθαι, ἢ πρὸς σύγκρισιν τῆς ἄνωθεν αὐτοῦ γεννήσεως.

Vers. 13. Cur dixit : *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo?* Ut Nicodemum emendaret

Διὰ τί εἶπε τὸ, *Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς;* Ἵνα

τὸν Νικόδημον διορθώσηται, ἐπεὶ ἐκεῖνος εἶπεν, ὅτι Ἀπὸ *Θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος*. Ἐκκόπτει οὖν αὐτοῦ τὸ φρόνημα εἰς τὸ μὴ ἔχειν αὐτὸν διδάσκαλον. A

Διὰ τί εἶπε· *Καὶ καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ;* Πρῶτον μέν, ἵνα μάθωμεν ὅτι συγγενῆ τὰ παλαιὰ τοῖς νέοις, καὶ ἵνα γνῶμεν ὅτι οὐ κακόν· ἔπειτα ὅτι εἰ πρὸς εἰκόνα χαλκῆν ὄφεως βλέποντες οἱ Ἰουδαῖοι διέφυγον θάνατον, πολλῷ μᾶλλον εἰς τὸν ἐσταυρωμένον πιστεύοντες. Διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν· *Ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται.*

Τὸ, *Οὐκ ἀπέστειλε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσῃ τὸν κόσμον*· τὴν γὰρ κρίσιν, φησὶν, ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐλεύσει δεῖ γενέσθαι.

*Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, οὐ κρίνεται.* Φυλάττων δηλονότι καὶ τὰς ἐκείνου ἐντολάς. Ἐνταῦθα δὲ τὸ, Οὐ κατακρίνεται, νοήσεις. *Ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται.* Πῶς; Ὅτι αὐτὸ τὸ ἀπιστεῖν, κόλασίς ἐστι, τῇ τοῦ πράγματος καταδικαζόμενος φύσει· ὥσπερ ὁ φονεὺς, καὶ μὴ κρίνοντός τινος μὴ καταδικασθῇ, τῇ τοῦ πράγματος καταδεδίκασται φύσει. B

*Ὁ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς.* Ὁ τῷ Χριστιανισμῷ προστρέχων δηλονότι.

Διὰ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι, *Μετὰ ταῦτα ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν*, δείκνυσιν ὅτι ἐν ταῖς ἑορταῖς εἰς τὴν πόλιν ἀνῆει καὶ διδάσκειν καὶ θαυματουργεῖν.

Ὅτι καὶ οἱ μαθηταὶ καὶ ὁ Ἰωάννης ἐβάπτιζε, τὸ δὲ τέλος ἐπετίθει Χριστὸς τὸ Πνεῦμα χαριζόμενος. C

Τί σημαίνει ἡ λεγομένη ζήτησις ἐκ τῶν μαθητῶν Ἰωάννου πρός τινα Ἰουδαῖον περὶ καθαρισμοῦ; Τὴν ζηλοτυπίαν αὐτῶν ἣν εἶχον ἀεὶ πρὸς τοὺς τοῦ Χριστοῦ μαθητὰς πρὸς αὐτόν τε τὸν Χριστὸν, ὡς τοῦ παρὰ αὐτῶν βαπτίσματος πλέον ἔχοντος τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν· ὅτι δὲ τοῦτό ἐστι, τὰ ἑξῆς δηλοῖ. Ἦλθον γὰρ πρὸς τὸν Ἰωάννην λέγοντες· *Ῥαββὶ, ὃς ἦν μετὰ σοῦ*, τουτέστιν ὃς τάξιν ἔχει μαθητοῦ, *ἀποσχίσας βαπτίζει*· ἀντὶ τοῦ, *ὯΙ σὺ μεμαρτύρηκας*, ἀντὶ τοῦ, *Ὃν σὺ ἐβάπτισας*.

Τί ἐστι τὸ, *Χαρᾷ χαίρω;* Διὰ τὸ ἐκ τῆς φωνῆς τοῦ Νυμφίου τὴν Νύμφην ἐπιγνῶναι αὐτόν. Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ἀντὶ τοῦ, Εἰ μὴ προσῆλθεν ἡ Νύμφη, τουτέστιν ὁ λαὸς, ἤγουν ἡ Ἐκκλησία, τῷ νυμφίῳ Χριστῷ, τότε ἂν ἤλγησα· νῦν δὲ τούτου γενομένου, ὡς φίλος χαρᾷ χαίρω. D

Τί σημαίνει· *Ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστί;* Τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς δόξης αὐτοῦ ὑπεροχήν. Τὸν δὲ ἐκ τῆς γῆς ὄντα καὶ λαλοῦντα, ἑαυτόν φησιν, οὐχ ὅτι δὲ γήϊνα ἔλεγεν, ἀλλὰ παραβάλλων τὰ αὐτοῦ πρὸς τὸν Χριστόν.

Ὅτι δὲ εἶπεν· *Τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ οὐδεὶς λαμβάνει*, ἀντὶ τοῦ, Ὀλίγοι, φησὶν· ὥσπερ γὰρ τὸ, *Πάντες*, ἐπὶ τῶν πολλῶν νοεῖται, οὕτω καὶ τὸ, *Οὐδεὶς*, ἐπὶ τῶν ὀλίγων.

Τί ἐστιν· *Ὁ γὰρ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν ἐσφράγισεν ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν;* Ἀντὶ τοῦ,

cum ille dixerit: *Scimus quia a Deo venisti magister.* Tollit igitur ejus superbiam in non habendo eum magistrum.

Vers. 14. Cur dixit: *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto?* Primo quidem, ut discamus cognata esse vetera novorum, et ut cognoscamus id non malum fuisse; deinde si ad imaginem æream serpentis aspicientes Judæi mortem vitabant, multo magis qui in crucifixum credunt; ideo adjecit: *Ut omnis qui credit in eum non pereat.*

Vers. 17. *Non misit Filium suum ut judicet mundum, sed ut salvet mundum.* Judicium enim, inquit, in secundo adventu oportet fieri.

Vers. 18. *Qui credit in Filium, non judicatur.* Id est evidenter, qui observat ejus mandata; ibi autem, Non condemnatur, intelliges. *Qui autem non credit, jam judicatus est.* Quomodo? Quia ipsa incredulitas supplicium est actus natura condemnato: ut homicida, etsi a judice nullo condemnatus fuerit, actus natura condemnatus est.

Vers. 21. *Qui facit veritatem, venit ad lucem.* Id est, qui ad Christianismum accedit.

Vers. 22. Dicendo quod, *Post hæc venit Jesus in terram Judææam*, ostendit illum diebus festis in civitatem ascendere, ut doceret et signa faceret.

Vers. 23. Discipuli et Joannes baptizabant, perfectionem autem adjecit Christus Spiritum donans.

Vers. 25. Quid significat quæstio, de qua dicitur, ex discipulis Joannis cum aliquo Judæo de purificatione? Zelotypiam qua isti laborabant semper contra Christi discipulos et contra ipsum Christum, ut baptismo ab ipsis collato majus quid habente quam baptismus Christi discipulorum; quod autem id fuerit, quæ sequuntur ostendunt. Nam venerunt ad Joannem dicentes: *Rabbi, qui erat tecum*, id est, qui discipuli nomen habet, separatus *baptizat*, quasi dixerint: *Cui tu testimonium perhibuisti*, quem tu baptizasti.

Vers. 29. Quid est, *Gaudio gaudet?* Quia a voce Sponsi Sponsum agnoscit Sponsa; quod dicit tale est: Si non venisset Sponsa, id est populus vel Ecclesia, ad sponsum Christum, tunc dolebam, nunc autem hoc facto ut amicus gaudio gaudeo.

Vers. 31. Quid significat: *Qui desursum venit, super omnes est?* Superabundantem gloriæ illius magnitudinem. Qui est de terra et de terra loquitur, de se dicit, non quod terrena loquatur, sed sua confert cum Christo.

Vers. 32. *Testimonium ejus nemo accipit*, id est, Pauci accipiunt; ut enim omnes pro multis intelligitur, ita, *Nemo*, pro paucis.

Vers. 33. Qui est: *Qui enim accepit ejus testimonium, signavit quia Deus verax est?* Id est, qui illi

non credit, Patri quoque non credit; nam, *Signavit* hic idem sonat ac, Significat.

Vers. 34. Quid est : *Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum?* Ibi de operatione loquitur. Nos quidem igitur, ait, cum mensura operationem recipimus ; ille autem plenam omnibus operationem præstat.

## CAPUT IV.

Vers. 2. Jesus ipse non baptizabat, sed discipuli, sed nuntiantes de illo id dicebant ut excitarent audientes quia Christus baptizat. Dicebant autem, quia non cognoscebant propositum Joannis quod in Christum habebat.

Vers. 4. Quomodo intelligendum : *Oportebat autem eum transire per Samariam?* Quia expulerant cum Judæi, ad gentes ibat. Unde vocati sunt Samaritani, et quomodo constituti erant? Somor mons quidam dicebatur a possidente, ut Isaias dicit : *Et caput Somorum Ephraim.* Sed incolæ non Samaritani sed Israelitæ vocabantur. Temporis autem lapsu in Deum offenderunt, et regnante Phacee venit Phelgaphasar, urbes cepit multas et dedit Ela, et hunc auferens, Osee regnum dedit. Sed in istum progrediens Salmanasar, cepit urbes alias, et tributa imposuit. Sed iste primo quidem regnavit, postea vero regno excessit ad societatem Æthiopum confugiens. Cognovit id Assyrius et impugnans et auferens eos, non gentem illic manere permisit ob suspicionem seditionis ; ex his autem, plurimos in Babyloniam et Mediam adduxit, et inde gentes e diversis locis adducens, constituit in Samaria, ita ut postremo securum sibi regnum faceret, locum habentibus incolis. Quibus gestis, volens Deus ostendere suam potentiam, et se non per debilitatem tradidisse Judæos, sed ob illorum peccata, misit leones in barbaros, qui vastaverunt gentem totam. Nuntiatum est ergo regi, et mittit sacerdotem quemdam qui illis præberet legem Dei. Sed nihilominus non ideo ex plenitudine suæ impietatis abscesserunt. Tempore elapso, idolis quidem renuntiaverunt, et adoraverunt Deum. Rebus ita se habentibus, ascendentes hi qui erant ex Judæa, invidiose in illos se gesserunt, quasi in alienigenas, et a monte Samaritanos vocaverunt. Non parva autem exinde orta est inimicitia ; nam non omnibus Scripturis utebantur, sed Moysis libris, minime vero prophetarum. Æmulabantur autem in generis nobilitate iis æquales esse, et de Abraham gloriabantur, et patrem illum esse præ se ferebant, utpote qui e Chaldæa esset. Judæi autem cum omnibus qui gentiliter vivebant, hos quoque exsecrabantur.

Vers. 6. Dicendo quod : *Jesus fatigatus erat ex itinere*, ostendit illum ita ardenter iter fecisse ut fatigatus foret. Non enim jumentis utebatur, docens nos mediocritatem neque magna cupere. In terra

Ὥστε ὁ μὴ τούτῳ πιστεύων, καὶ τῷ Πατρὶ ἀπιστεῖ· τὸ γὰρ, *Ἐσφράγισεν*, ἐνταῦθα, Ἔδειξε, σημαίνει.

Τί ἐστι τὸ, *Οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα;* Ἐνταῦθα τὴν ἐνέργειαν λέγει. Ἡμεῖς μὲν οὖν, φησὶ, μέτρῳ τὴν ἐνέργειαν λαμβάνομεν· αὐτὸς δὲ ὁλόκληρον πᾶσι τὴν ἐνέργειαν παρέχει.

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Ὅτι αὐτὸς ὁ Χριστὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταί· οἱ δὲ ἀπαγγέλλοντες ἔλεγον τοιαῦτα, ὅπως ἐγείρωσι τοὺς ἀκούοντας ὅτι ὁ Χριστὸς βαπτίζει· ἔλεγον δὲ μὴ γινώσκοντες τὸν τοῦ Ἰωάννου σκοπὸν ὃν εἶχεν εἰς Χριστόν.

Πῶς νοητέον τὸ, *Ἔδει δὲ αὐτὸν διέρχεσθαι διὰ τῆς Σαμαρείας;* Ὅτ' ἂν, φησὶν, ἀπήλαυνον αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, ἐπὶ τὰ ἔθνη ἤρχετο. Πόθεν ἐκλήθησαν Σαμαρεῖται, καὶ πῶς συνέστησαν ; Σομὸρ τὸ ὄρος ἐλέγετο ἀπὸ τοῦ κτησαμένου· καθάπερ καὶ Ἡσαΐας φησί· *Καὶ ἡ κεφαλὴ Σομόρων Ἐφραίμ·* ἀλλ' οἱ οἰκοῦντες οὐ Σαμαρεῖται, ἀλλ' Ἰσραηλῖται ἐλέγοντο· χρόνου δὲ προϊόντος προσέκρουσαν τῷ Θεῷ, καὶ βασιλεύσαντος Φακεὲ ἀνῆλθε Φελγαφασὰρ, πόλεις τε εἶλε πολλὰς, καὶ ἐπέθετο τῷ Ὠσῇ, καὶ ἀνελὼν αὐτὸν, Ὡσὲ τὴν βασιλείαν ἔδωκε· καὶ ἐπὶ τοῦτον ἐλθὼν ὁ Σαλαμανασὰρ, εἷλε πόλεις ἑτέρας, καὶ φόρου ἐποίησεν ὑποτελεῖς. Ἀλλ' οὗτος τὸ μὲν πρῶτον ἦρξεν· ὕστερον δὲ ἀπέστη τῆς ἀρχῆς, καὶ πρὸς τὴν τῶν Αἰθιόπων κατέφυγε συμμαχίαν. Ἔγνω τοῦτο ὁ Ἀσσύριος, καὶ ἐπιστρατεύσας καὶ ἀνελὼν αὐτοὺς, οὐκέτι τὸ ἔθνος ἐκεῖ μένειν ἀφῆκε διὰ τὴν τῆς στάσεως ὑποψίαν· ἀλλὰ ἐξ αὐτῶν, τοὺς μὲν εἰς Βαβυλῶνα ἤγαγε καὶ Μήδους· ἐκεῖθεν δὲ ἔθνη διαφόρων τόπων ἀγαγὼν, κατῴκισεν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, ὥστε λοιπὸν ἀσφαλῆ αὐτῷ τὴν ἀρχὴν εἶναι, τῶν οἰκείων ἐχόντων τὸν τόπον. Τούτων δὲ γενομένων, βουλόμενος ὁ Θεὸς δεῖξαι τὴν αὐτοῦ δύναμιν, καὶ ὡς οὐ δι' ἀσθένειαν ἐξέδωκεν Ἰουδαίους, ἀλλὰ δι' ἁμαρτίας, ἐπαφῆσι λέοντας τοῖς βαρβάροις, οἵτινες ἐλυμαίνοντο τὸ ἔθνος ἅπαν. Ἀπηγγέλη οὖν ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καὶ πέμπει ἱερέα τινὰ τὸν παραδώσοντα αὐτοῖς τὸν Θεοῦ νόμον· ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ἐξ ὁλοκλήρου τῆς ἀσεβείας ἀπέστησαν. Χρόνου προϊόντος, τῶν μὲν εἰδώλων ἀπέστησαν, εἰσέβοσαν δὲ τὸν Θεόν· καὶ τῶν πραγμάτων ἐν τούτοις ὄντων, ἀνελθόντες οἱ Ἰουδα, ζηλοτύπως πρὸς αὐτοὺς εἶχον, ἅτε πρὸς ἀλλοφύλους, καὶ ἀπὸ τοῦ ὄρους Σαμαρείτας αὐτοὺς ἐκάλουν. Καὶ οὐ μικρὰ ἐντεῦθεν ἦν φιλονεικία· οὐδὲ γὰρ ταῖς Γραφαῖς ἀπάσαις ἐχρῶντο, ἀλλὰ Μωσέα, τοὺς δὲ προφήτας, οὐχί. Ἐφιλονείκουν μέντοι εἰς τὴν εὐγένειαν ἰσωθῆναι αὐτοὺς, καὶ ἐφιλοτιμοῦντο ἐπὶ τῷ Ἀβραὰμ, καὶ πρόγονον αὐτὸν ἐπεγράφοντο, ἅτε ἀπὸ τῆς Χαλδαίας ὄντα. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι μετὰ πάντων τῶν ἐθνικῶς ζώντων, καὶ τούτους ἐβδελύσσοντο.

Εἰπὼν ὅτι, *Κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας*, ἔδειξεν ὅτι οὕτως ἐβάδιζεν εὐτόνως ὡς καὶ κοπιᾶσαι· οὐ γὰρ ὑποζυγίοις ἐκέχρητο, παιδεύων ἡμᾶς τὸ ἀπερίεργον, καὶ μὴ πολλῶν δεῖσθαι. Ἔτι γῆν δὲ, ἀλλ' οὐ

ἐπὶ θρόνου καθέζεται, καὶ παρὰ πηγῇ διὰ τὸ ψύχος· διὰ τοῦτο καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐδήλου· *Ἦν δὲ ὡσεὶ ὥρα ἕκτη.* Τὸ δὲ ἄτυφον αὐτοῦ φαίνεται ἐκ τοῦ μόνον καταλειφθῆναι ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ τὸ περὶ τὰς τροφὰς ἠμελημένον ἐκ τοῦ ἀπελθεῖν τοὺς μαθητὰς ἀγοράσαι τροφὰς δείκνυται. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Πῶς δύναται, φησὶν, ἴσος εἶναι ὁ Υἱὸς τῷ Πατρί; Ὁ γὰρ Θεὸς οὐδέποτε κοπιᾷ· ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐκοπίασε. Ἄκουε γὰρ τοῦ προφήτου λέγοντος Ἡσαΐου· *Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ Θεὸς ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς, οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει· οὐδὲ ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς ϕρονήσεως αὐτοῦ.* Σύμφημι κἀγώ σοι, Εὐνόμιε, ὅτι Θεὸς οὐδέποτε κοπιᾷ· ἀλλ' ὅτ' ἂν ἀκούσῃς Ἰησοῦν κεκοπιακέναι ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, μὴ τὸν Θεὸν Λόγον τὸν ἐν αὐτῷ φαντάζου κεκοπιακέναι, ἀλλὰ τὴν τοῦ δούλου μορφήν· Θεὸς γὰρ οὐδὲ πώποτε κοπιᾷ, πάθος οὐκ ἐπιδέχεται. Ὅτι δὲ ὁ Θεὸς Λόγος ἦν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, λεγέτω καὶ ὁ Ἰωάννης· *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν·* οὐ τραπεὶς καὶ μεταβληθεὶς, ἀλλὰ σάρκα προσλαβών. Ἵνα οὖν δειχθῇ ὅτι καὶ ἄνθρωπός ἐστι, κεκοπίακεν.

Πῶς ὁ λέγων εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσελθεῖν, Σαμαρείταις διελέγετο; Κατὰ τύχην ἐξῆλθεν ἡ γυνὴ ἀντλῆσαι ὕδωρ· τῷ δὲ Χριστῷ ἡ καθέδρα διὰ τὸν κόπον γέγονεν, οὐ μὴν διὰ τὴν γυναῖκα.

Πόθεν αὐτὸν Ἰουδαῖον ἐγνώρισεν ὄντα; Ἀπὸ τοῦ σχήματος καὶ ἀπὸ τῆς φωνῆς.

Τὸ, *Πόθεν ἔχεις τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν*, εἶπε πρὸς τὴν πηγὴν ἐξετάζουσα τοῦ ὕδατος, τὸ ἐκείνου ὕδωρ. Οὐδὲ γὰρ, φησὶ, κρείττων εἶ τοῦ Ἰακὼβ, ἵνα κρεῖττον ὕδωρ δῷς.

Πῶς λέγει· *Ἰακὼβ ὁ πατὴρ ἡμῶν ἔδωκεν ἡμῖν τὴν πηγὴν ταύτην;* Χρὴ γινώσκειν ὅτι ὁ τόπος ἦν ἔνθα περὶ τῆς Δείνας οἱ περὶ τὸν Λευῖ καὶ Συμεὼν ἀγανακτοῦντες, τὸν χαλεπὸν ἐκεῖνον εἰργάσαντο φόνον.

Ποῖόν ἐστι τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν ὃ λέγει Χριστὸς παρέχειν; Ὁ καθαρμὸς ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἡ παραψυχὴ ἡ ἐκ πίστεως.

Τὸ, *Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν*, τοὺς περὶ τὸν Ἀβραὰμ δηλοῖ· καὶ γὰρ ἐκεῖ φασι τὸν υἱὸν ἀνενηνοχέναι.

Πῶς λέγει, ὅτι *Ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε;* Ὅτι μερικὸν Θεὸν καὶ τοπικὸν ἐνόμιζον εἶναι· οὕτως γὰρ καὶ Πέρσαις πέμψαντες ἀπήγγειλαν, ὅτι ὁ τοῦ τόπου Θεὸς αὐτοὺς λυμαίνεται. Πῶς λέγει, ὅτι *Ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν;* Πρὸς τὴν ὑπόνοιαν τῆς γυναικὸς λέγει· εἶχε γὰρ αὐτὸν ὡς προφήτην Ἰουδαῖον.

Τοιούτους γὰρ ὁ Πατὴρ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ζητεῖ, τοὺς μὴ τόπῳ περικλείοντας τὴν λατρείαν.

Πνεῦμα ὁ Θεὸς τὸ ἀσώματον λέγει, καὶ ὅτι ἡ λατρεία αὐτοῦ ἀσώματος θέλει εἶναι, καὶ διὰ τοῦ ἐν ἡμῖν ἀσωμάτου προέρχεσθαι.

Πόθεν Σαμαρεῖται τὸ προσδοκᾷν τὸν Χριστὸν εἶχον, τὸν Μωσέα μόνον, ἀλλ' οὐ τοὺς προφήτας ἔχοντες; Ἐκ τοῦ λέγειν τὸν Ἰακὼβ, ὅτι *Οὐκ ἐκλείψει*

A vero et non in cathedra sedet, et juxta fontem ob æstum : ob eam rem quoque evangelista dicit : *Erat autem hora quasi sexta.* Illius autem a fastu aversio cernitur in eo quod solus in itinere invenitur et illius circa cibos indifferentia ex eo ostenditur quod discipuli abierant ut cibos emerent. *Et paulo post :* Quomodo potest, dicitur, æqualis esse filius patri? non enim Deus unquam fatigatur; Jesus vero fatigatus erat. Audi enim prophetam Isaiam dicentem : *Deus æternus, Deus qui constituit terræ extremitates, non esuriet, non fatigabitur; non est inventio illius prudentiæ.* — Concedo et ego tibi, Eunomie, Deum nunquam fatigari; sed quando audieris Jesum fatigatum esse ex itinere, noli arbitrari Deum Verbum in illo fatigatum, sed B formam servi; Deus enim nunquam fatigatur, dolorem non patitur. Sed quod Deus Verbum esset in servi forma, dicat Joannes : *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Non conversum, non transmutatum, sed carnem assumens; ut igitur ostenderetur quia homo est, fatigatus est.

Vers. 7. Quomodo qui dicebat non intrare in civitatem Samaritanorum, cum Samaritanis loquebatur? Forte venit mulier ad hauriendam aquam; Christus autem sederat propter lassitudinem, non propter mulierem.

Vers. 9. Unde Judæum illum esse cognovit? A vestimento et voce.

Vers. 11. *Unde habes aquam vivam*, dicit in fonte C aquæ illius aquam exquirens. Nunquid enim, dicit, major es Jacob, ut meliorem des aquam?

Vers. 12. Quomodo dicit : *Jacob pater noster dedit nobis hunc puteum?* Oportet scire hunc esse locum ubi propter Dinam filii Levi et Simeon irati atrocem hanc cædem fecerant.

Vers. 14. Qualis est aqua vivens quam dicit Christus Præstare? purificatio quæ ex ipso est, et levamen quod est ex fide.

Vers. 20. *Patres nostri in monte isto adoraverunt*, de Abraham dicit; etenim illic fertur hunc filium obtulisse.

Vers. 22. Quomodo dicit : *Vos adoratis quod* D *nescitis?* Quia particularem et localem Deum putabant esse. Ita enim Persis mittentes nuntiaverant, Deum loci illos depopulari. Quomodo dicit : *Nos adoramus quod scimus?* Secundum mulieris opinionem loquitur, quæ habebat eum prophetam Judæum.

Vers. 23. Tales enim Pater quærit qui adorent eum, qui loco non terminent suam adorationem.

Vers. 24. Spiritus est Deus incorporalis, inquit, et illius adoratio incorporalis etiam esse debet, et ex incorporali nostra parte exire.

Vers. 25. Unde Samaritani expectationem Messiæ habebant, qui nempe Moysem solum et non prophetas admittebant? E verbis Jacob : *Non ause-*

*retur sceptrum de Juda et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est* ; et Moyses ipse dicit : *Prophetam vobis suscitabit Dominus.*

A ἄρχων ἐξ Ἰούδα καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται· καὶ αὐτὸς Μωσῆς· *Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος.*

Vers. 27. *Et admirabantur quia cum muliere loquebatur.* Quid admirabantur? Modestiam, summam humilitatem, quia pauperculæ mulieri, cum Deus esset, loquebatur.

*Καὶ ἐθαύμασαν ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει.* Τί ἐθαύμαζον; Τὸ ἄτυφον, τὸ μεθ' ὑπερβολῆς ταπεινὸν, ὅτι πενιχρᾷ καὶ Σαμαρείτιδι διελέγετο θεὸς ὤν.

Vers. 29. *Venite, videte numquid ipse est Christus.* Cur dicit, *Numquid?* Non vult illos per propriam suam indicationem adducere, sed participes facere cupit ejusdem opinionis.

*Δεῦτε, ἴδετε μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός.* Διὰ τί λέγει τὸ, *Μήτε;* Οὐκ ἐκ τῆς οἰκείας αὐτὸν ἀποφάσεως παρεισαγαγεῖν βουλομένη, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τῆς τοιαύτης ψήφου ποιῆσαι κοινωνοὺς βουλομένη.

Vers. 31. *Rogabant autem eum discipuli : Rabbi, manduca.* Patria eorum lingua, *Rogare*, Exhortari, significat.

Τὸ, *Ἠρώτων δὲ οἱ μαθηταὶ τὸν Χριστόν· Ῥαββί, φάγε.* Τῇ ἐγχωρίῳ αὐτῶν φωνῇ τὸ, Ἐρωτῶ, Παρακαλῶ, σημαίνει.

Vers. 35. *Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt ut messis veniat?* Regiones quidem et messem vocat multitudinem animarum paratarum ad recipiendam prædicationem. Oculos hic dicit mentis et corporis ; nam videbant etiam multitudinem Samaritanorum venientium.

*Οὐχ ὑμεῖς λέγετε ὅτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται ;* Χώρας μὲν καὶ θερισμὸν τὸ πλῆθος τῶν ψυχῶν λέγει τῶν ἑτοίμων πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ κηρύγματος· ὀφθαλμοὺς δὲ ἐνταῦθα καὶ τὰς τῆς διανοίας καὶ τοῦ σώματος λέγει· ἐώρων γὰρ καὶ τὸ πλῆθος τῶν Σαμαρειτῶν ἐρχόμενον.

Vers. 36. *Qui metit*, inquit, *mercedem accipit, et congregat fructum in vitam æternam;* ut et qui seminat, simul gaudeat et qui metit. Quod dicit tale est : Prophetæ seminaverunt, sed non messuerunt ; non quidem gaudio privantur, sed vobiscum gaudent, licet vobiscum non metant. Id vero non contingit in corporalibus, non enim similiter gaudent, si alius seminaverit et alius metat.

*Ὁ γὰρ θερίζων*, φησὶ, *μισθὸν λαμβάνει, καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον·* ἵνα καὶ ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ καὶ ὁ θερίζων. Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Προφῆται, φησὶν, ἔσπειραν, ἀλλ' οὐκ ἐθέρισαν· ὥ μὴν ἀπεστέρηνται ἡδονῆς, ἀλλὰ σὺν ἡμῖν χαίρουσι, εἰ καὶ μὴ σὺν ἡμῖν θερίζουσι. Τοῦτο δὲ οὐ συμβαίνει ἐν τοῖς αἰσθητοῖς· οὐχ ὁμοῦ γὰρ χαίρουσιν, ἐὰν ἄλλος σπείρῃ καὶ ἄλλος θερίσῃ.

Vers. 44. Capharnaum non honorabat eum, utpote ejus patria. Consuetudo enim contemptibiles solet facere. Samaritani et Galilæi et Nazareni credunt ad confusionem Judæorum dicentium illum *Samaritanum esse;* et iterum : *E Nazareth potest aliquid boni esse?*

Ὅτι ἡ Καπερναοὺμ οὐκ ἐτίμα αὐτὸν πατρὶς αὐτοῦ οὖσα· ἡ γὰρ συνήθεια εὐκαταφρονήτους ποιεῖν εἴωθεν. Ὅτι καὶ Σαμαρεῖται καὶ Ναζηραῖοι καὶ Γαλιλαῖοι πιστεύουσιν εἰς αἰσχύνην Ἰουδαίων τῶν λεγόντων αὐτὸν, *Σαμαρεῖτα* · καὶ πάλιν· *Ἐκ Ναζαρὲθ δύναταί τι καλὸν εἶναι;*

Vers. 46. Cur vocatur regulus? vel quod e regia stirpe ortus erat, vel erat nomen quoddam dignitatis. Quidam igitur eumdem esse putant ac ille qui apud Matthæum invenitur. Pater autem illum alterum esse, non ob dignitatem tantum, sed ob fidem quoque. Nam hic Christum venire volentem manere cupit; iste vero in domum inducit. Unus quidem dicit : *Non sum dignus;* alter vero excitat; unius filius languore, alterius febre laborabat.

Διὰ τί καλεῖ βασιλικόν; Ἤτοι ἀπὸ βασιλικῆς κατάγόμενον σειρᾶς, εἴτε ἀξίωμά ἐστιν ἀρχῆς οὕτω καλούμενον. Τινὲς μὲν οὖν αὐτὸν ἐκεῖνον νομίζουσι τὸν παρὰ τῷ Ματθαίῳ· δείκνυται δὲ ἕτερος ὢν παρ' ἐκεῖνον, οὐκ ἀπὸ τοῦ ἀξιώματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς πίστεως. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ βουλόμενον τὸν Χριστὸν ἐλθεῖν, ἀξιοῖ μένειν· οὗτος δὲ εἰς τὴν οἰκίαν ἕλκει· κἀκεῖνος μέν, *Οὐκ εἰμὶ ἄξιος*, λέγει· οὗτος δὲ καὶ κατεπείγει· κἀκείνου μὲν ὁ παῖς παρὰ πόδα κατείχετο, τούτου δὲ πυρετῷ.

Vers. 50. Cur dicit illi : *Vade, filius tuus vivit?* ut ostendat illi quod vel absens sanet; debilis enim erat cum dicitur : *Descende, Domine, antequam moriatur filius meus.*

Διὰ τί λέγει αὐτῷ· *Πορεύου, ὁ υἱός σου ζῇ;* Ἵνα δείξῃ αὐτῷ ὅτι καὶ ἀπὼν θεραπεύει· ἀσθενὴς γὰρ ἦν ἐν τῷ λέγειν, ὅτι *Κατάβηθι, Κύριε, πρὶν ἀποθανεῖν τὸν Υἱόν μου.*

Vers. 54. Non simpliciter, *Secundum*, proposuit, sed ostendit quod, facto secundo signo, non propter samaritanorum altam mansionem deerant qui non unum signum viderant.

Ὅτι οὐχ ἁπλῶς τὸ, *Δεύτερον*, προσέθηκεν, ἀλλὰ δεικνὺς, ὅτι καὶ δευτέρου σημείου γενομένου, οὐδὲ πρὸς τὸ ὕψος τῶν Σαμαρειτῶν ἔφθασαν τῶν οὐδὲ ἑνὸς σημείου ἑωρακότων.

## CAPUT V.

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Vers. 1. Diem festum ibi Pentecostes dicit. Solebat autem in festis commorari ; ut ostenderet se cum illis festum celebrare ; hoc vero propter multitudinem, nam maxime in his diebus mediocres magis concurrebant.

Ἑορτὴν ἐνταῦθα τὴν Πεντηκοστήν φησι. Συνεχῶς δὲ ἐν ταῖς ἑορταῖς ἐπιχωριάζει· τοῦτο μὲν ἵνα δείξῃ μετ' αὐτῶν ἑορτάζειν· τοῦτο δὲ διὰ τὸ πλῆθος· μάλιστα γὰρ ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις οἱ ἀφελέστεροι συνέτρεχον.

Ὅτι τὸ ἐν τῇ προβατικῇ κολυμβήθρᾳ τελούμενον, τύπος ἦν τοῦ βαπτίσματος. A

Ὅτι οὓς ἀπῄτει πίστιν οὐ πρὸ τῶν θαυμάτων, ἀλλὰ μετὰ τὸ ἰδεῖν αὐτὸν θαύματα πεποιηκότα ἀπῄτει.

Ἦρε δὲ τὸν ἑαυτοῦ κράβαττον, ἐπειδὴ ἅμα ἤκουσε, πιστεύσας ἠγέρθη. Διὰ τί οὐκ ἐρωτῶσιν αὐτόν, Τίς ἐστιν ὁ ποιήσας ὑγιῆ; ἀλλ', *Ὁ εἰπών σοι· Ἆρον τὸν κράβαττόν σου;* Ἀπὸ πολλῆς κακουργίας· ἄνω γὰρ καὶ κάτω τὴν δοκοῦσαν παράβασιν εἰς μέσον ἦγον τοῦ Σαββάτου.

Διὰ τί ἐξένευσε ποιήσας τὸ θαῦμα; Ἵνα μὴ πλέον παρασκευάσῃ αὐτοὺς ἐκκαῆναι· οἶδε γὰρ καὶ ὄψις μόνη τοῦ διαφθονουμένου οὐ μικρὸν τοῖς βασκαίνουσιν ἐνιέναι σπινθῆρα.

Διὰ τί λέγει· *Ἴδε, ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε;* Ἅμα μὲν ὅτι ἐξ ἁμαρτιῶν ἐτέχθη τῷ ἀνθρώπῳ τὸ νόσημα· ἔπειτα δὲ ἵνα μάθωμεν ὡς ἡ ἀτελεύτητος κόλασις, οὐκ ἔχει ἀποκατάστασιν· οὗτος γὰρ ἁμαρτήσας, μικροῦ δεῖν ὅλην ζωὴν ἀνθρώπου ἐκολάζετο. Οὐδὲ γὰρ ἐν χρόνῳ τὰ ἁμαρτήματα κρίνεται, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ φύσει τῶν πεπλημμεληκότων· καὶ τοῦτο δὲ μανθάνομεν, ὅτι κἂν χαλεπὴν δῶμεν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν δίκην, εἶτα τοῖς αὐτοῖς περιπέσωμεν, χαλεπώτερα πολλῷ πεισόμεθα μᾶλλον· ὡς ἀναίσθητος γὰρ καὶ καταφρονητὴς κολάζεται τότε. Καὶ διὰ τί οὐ πάντες ὧδε παιδεύονται; Ὅτι μακροτέρας δέονται κολάσεως, ἢ κατὰ χρόνον ζωῆς ἀνθρωπίνης· καὶ ὅτι τοῦτό ἐστι, λέγοντος ἀκουσον Παύλου· *Κρινόμενοι δὲ ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα,* C *ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν.* Ὅτι τὰ νοσήματα ἢ δι' ἁμαρτίας, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς Βασιλείαις ὁρῶμέν τινα ποδαλγίᾳ κατασχεθέντα· καὶ δι' εὐδοκίμησιν ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰώβ· γίνεται καὶ ἀπὸ ῥᾳθυμίας καὶ ἀπὸ γαστριμαργίας.

Ὅτι τὸ, *Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι,* τὸ ὁμοούσιον δείκνυσι· καὶ ἀνάγων αὐτοὺς ἵνα προσέχωσιν αὐτῷ ὡς Θεῷ· ὅτι ἡ προνοητικὴ δύναμις καὶ ἐν Σαββάτῳ ἐστί· ῥεῖ γὰρ τὸ ὕδωρ καὶ σπερμαίνει πάντα, καὶ αὔξει καὶ κινεῖται.

Τὸ, *Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν οὐδέν,* ἀντὶ τοῦ, *Ἄνευ τοῦ Πατρός·* ἤγουν, οὐδὲν ἀλλότριον, οὐδὲν ξένον. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτό ἐστι τὸ, *Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι,* ἐναντιωθήσεται τούτῳ τὸ ῥητόν· *Ἃ γὰρ,* φησὶν, *ὁ Πατὴρ ποιεῖ, ταῦτα καὶ* D *ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ·* καὶ τοῦτο δὲ πάλιν τὸ ὁμοούσιον κυροῖ. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Τὸ, *Οὐ δύναται,* οὐκ ἀσθενείας, ἀλλὰ τῆς ἄκρας πρὸς τὸν Πατέρα ταυτοφυΐας μοι πίστωσις· τὸ γὰρ ἀδύνατον ἐφ' Υἱοῦ οὐ τὸ ἀνεγχώρητον δείκνυσιν· ὡς τὸ ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεόν, οὐκ ἀσθενείας, ἀλλ' ἄκρας δυνάμεως ἔνδειξις. Σφόδρα γὰρ ἐν τῷ ἀληθεύειν πολλὴν ἔχων τὴν δύναμιν, οὐκ ἂν ὑπ' ἀσθενείας κατενεχθείη πρὸς τὸ ψεῦδος· οὕτως τὸ, *Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν οὐδέν,* ἀνεγχώρητόν φησι τὸν Υἱὸν διῃρημένην τοῦ Πατρὸς ἔχειν ἐνέργειαν. Οὐ γὰρ δυνατὸν τὸ γέννημα δίχα τοῦ γεννήσαντος εἰ ποιεῖν· οὐκ ἐγχωρεῖ τὸ ἀπαύγασμα δίχα τοῦ Πατρὸς ἀνατέλλειν· οὐκ ἔνεστι τὸν κλάδον δίχα τῆς ῥίζης φέρειν καρ-

Vers. 2. Quod in probatica piscina complebatur, figura erat baptismi.

Vers. 6. Non fidem ab eis exigebat ante miracula, sed postquam illum miracula facientem viderant, exigebat.

Vers. 9. Tulit grabatum suum, cum simul audivit, credens surrexit. Cur non illum interrogant : Quis est qui fecit te sanum, *Qui dixit tibi : Tolle grabatum tuum ?* Ob magnam malitiam ; nam indiscriminatim transgressionem quam libuerat intra Sabbatum admittebant.

Vers. 13. Cur declinavit postquam miraculum fecisset ? Ne magis his præberet excitationis occasionem. Sciebat enim visum solum ejus quem oderint non parvam invidis scintillam injicere.

Vers. 14. Cur dicit : *Ecce, sanus factus es, noli peccare ?* Simul quidem, quia e peccatis homini morbus ortus est ; deinde autem, ut discamus supplicium æternum non habere redhibitionem. Iste enim quia peccaverat, fere totam hominis per vitam puniebatur. Non enim ex tempore peccata judicantur, sed ex natura ipsa offensarum. Et id discimus quia licet asperam demus de peccato pœnam, si deinde in eadem incidamus, multo acerbiora fore credendum est. Ut insensibilis et contemptor tunc punitur : et cur non omnes ibi corripiuntur ? quia longiore indigent pœna quam pro tempore humanæ vitæ ; et quod sic se res habeat audi Paulum dicentem ; *Judicati a Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.* Morbi incurrunt ob peccatum, ut in pulatiis videmus aliquem podagra laborantem, et ob bonam famam, ut in Job videmus ; oriuntur etiam e pigritia et gula.

Vers. 17. *Pater meus usque modo operatur et ego operor*, consubstantialitatem ostendit ; et eos inducit ab obediendum illi ut Deo ; quia Providentiæ virtus et in Sabbato exsistit ; fluit enim aqua, et omnia seminantur, crescunt et moventur.

Vers. 19. *Non potest Filius a se facere quidquam*, pro *Sine Patre ;* id est nihil alienum, nihil exterum. Si enim istud non idem est ac : *Pater meus usque modo operatur et ego operor*, contradictoria forent hæc verba inter se. *Quæ enim*, ait, *Pater facit, hæc et Filius similiter facit :* et id rursus consubstantialitatem arguit. *Et paulo post. Non potest*, argumentum est non infirmitatis, sed summæ Patri similitudinis. Nam impossibilitas in filio non illicitum significat, ut impossibilitas mentiendi in Deo indicium est non infirmitatis, sed summæ potestatis. Nam magnam maxime ad dicendam veritatem habens potentiam, non infirmitate ferretur unquam ad mendacium ; ita cum *non potest Filius a se facere quidquam*, illicitum dicitur esse filio ut habeat distinctam a patre operationem. Non enim possibile est genitum extra genitorem quidquam facere, non licet splendorem extra patrem emittere, non licet truncum extra radicem fructum facere ;

non potest fluere rivus distinctus a fonte e quo oritur. Quoquo modo igitur, beate Evangelista, istud nobis interpretare, dic consequentia quæ obscuravit Arius. *Et post pauca.* Ut si quis homo nequam Deum non esse ex Scripturis demonstrare ausus fuerit, si quis enim per illud, *Dixit insipiens in corde suo:* Non est Deus. primis verbis ademptis, dixerit Scripturam affirmare Deum non esse, proferens tantum, *Non est Deus*, a quo videbitur ignorantibus e Scripturis disseruisse? Sed similiter Scripturam lacerans impius, sed non prout e Scriptura loquitur impius est iste, Scripturam sibi pugnantem ostendens veritatem de mendacio convincere nititur. Hoc enim tu facis, o Arie. Cur enim postquam scripsisti, *Non potest Filius a se facere quidquam*, minime adjecisti quæ sequuntur, *Quæ enim Pater fecerit, hæc et Filius similiter facit?* Sed timuisti hoc adjicere, veritus ortam inde demonstrationem. Si enim similiter Patri facit, evidenter cum auctoritate facit, ergo non similiter facit: incaesum juxta te clamat, *Quæ enim Pater facit, hæc et Filius similiter facit; Similiter*, enim mentitur, si de omnibus non dicitur *similiter*, vel tu per hoc obscuravisti.

Non alia quidem Pater, alia vero filius operatur; sed hæc facit quæ ille facit. Cur igitur diceret, si illius eadem facit ac pater, infirmiore potentia et modo inferior est? ob hoc dixi, ait: *Hæc et Filius similiter facit.* Audis, Arie, *Similiter*, et tu dicis Non similiter? *similiter* facit cum eadem virtute, cum eadem potestate. Si enim ut obediens facit, non similiter facit; si ut creatura facit, non similiter facit.

Vers. 20. Quomodo intelligendum: *Et majora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini? Demonstrabit*, rursus dicitur ut furorem eorum reprimat; majora autem faciet Christus, quid est aliud, nisi mortuos suscitare?

Vers. 21. *Sicut Pater suscitat mortuos et vivificat, ita et Filius quos vult vivificat.* Nam dicendo: *Sicut Pater suscitat*, potentiæ ostendit æqualitatem; et, *Quos vult vivificat*, potestatis paritatem.

Vers. 22. *Et aliter:* Christo suam cum Patre similitudinem per eas voces *sicut* et *ita* ostendente, tu id occultans, hoc solum quod sequitur proxime scripsisti: *Non enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio.* Ex illo verbo, *Dedit*, o maligne, Filium deprimere voluisti. Necesse enim erat exscribere lectionem quæ ita se habet: *Sicut enim Pater suscitat mortuos et vivificat, ita et Filius quos vult vivificat, non enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio.* Si enim vidisses consentientem tibi Scripturam, non illam adulteravisses, non occultavisses Christi dignitatem, non verba Scripturæ adulteravisses, non initia sola exscripsisses, aut conclusiones solas protulisses; sed si in omni justitia locutus esses, salva

πόν· οὐ δύναται ῥεῖν ποταμὸς τῆς βλυζούσης ἀπηρτισμένος πηγῆς. Πῶς οὖν, μακάριε, ἑρμήνευσον ἡμῖν, εὐαγγελιστά, τὸ τοιοῦτον· εἰπὲ τὸ ἀκόλουθον ὃ ἐπέκρυψεν Ἄρειος. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Ὥσπερ εἴ τις κακοῦργος καὶ τὸ μὴ εἶναι Θεὸν ἐκ τῶν Γραφῶν ἀποδεῖξαι τολμήσει. Εἰ γάρ τις τὸ, *Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός*, τὴν ἀρχὴν ἀφελόμενος, λέγει τὴν Γραφὴν εἰρηκέναι μὴ εἶναι Θεὸν, προφέρων μόνον τὸ, *Οὐκ ἔστι Θεός*, ἄρ' οὐ δόξειε τοῖς ἀγνοοῦσιν ἐκ τῶν Γραφῶν διαλέγεσθαι; ἀλλ' ὅμως καταπείρων τὴν Γραφὴν ἀσεβὴς, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐκ Γραφῆς λαλῶν εὐσεβὴς ὁ τοιοῦτος, τὴν Γραφὴν ἑαυτῇ πολεμοῦσαν δεικνὺς τὴν ἀλήθειαν ψεύδους διελέγχειν πειρᾶται. Τοῦτο καὶ σὺ ποιεῖς, ὦ Ἄρειε. Διὰ τί γὰρ γράψας, *Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν οὐδέν*, οὐκέτι προσέθηκας τὸ ἀκόλουθον· *Ἃ γὰρ ἂν ὁ Πατὴρ ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ;* Ἀλλ' ἐφοβήθης τοῦτο προσθεῖναι, ἐδεισας τὸν ἀναφυόμενον ἔλεγχον. Εἰ γὰρ ὁμοίως τῷ Πατρὶ ποιεῖ, δηλονότι μετὰ αὐθεντίας ποιεῖ, δῆλον ὡς οὐχ ὁμοίως ποιεῖ· μάτην κατὰ σέ γε βοᾷ· *Ἃ γὰρ ἂν ὁ Πατὴρ ποιεῖ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ.* Τὸ γὰρ *Ὁμοίως* ψεύδεται, εἰ μὴ κατὰ πάντα *ὅμοιον*, ἢ διὰ τοῦτο κατακρυφας.

Οὐχ ἕτερα μὲν ὁ Πατὴρ, ἕτερα δὲ ὁ Υἱὸς ἀπεργάζεται, ἀλλὰ ταῦτα ποιεῖ ἅπερ ἐκεῖνος ποιεῖ. Τί οὖν, εἴποι, εἰ μὲν τὰ αὐτὰ ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ἀσθενεστέρᾳ δὲ δυνάμει καὶ τρόπῳ προσχωρούμενος; Διὰ τοῦτο, φησὶν, εἶπον· *Ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ.* Ἀκούεις, ὦ Ἄρειε, τὸ, *Ὁμοίως*, καὶ τὸ ἀνόμοιον λέγεις; *Ὁμοίως* ποιεῖ μετὰ τῆς αὐτῆς αὐθεντείας, μετὰ τῆς αὐτῆς ἐξουσίας. Εἰ γὰρ ὡς ὑπακούων ποιεῖ, οὐχ ὁμοίως ποιεῖ· εἰ ὁμοίως ποιεῖ, οὐχ ὡς ὑπακούων ποιεῖ· εἰ ὡς κτίσμα ποιεῖ, οὐχ ὁμοίως ποιεῖ.

Πῶς νοητέον τὸ, *Καὶ μείζονα τούτων δείξει αὐτῷ ἔργα ἵνα ὑμεῖς θαυμάζητε;* Τὸ δὲ, Δείξει, πάλιν λέγει, ἵνα τὴν μανίαν αὐτῶν συστείλῃ. Τὸ δὲ μείζονα ποιῆσαι Χριστὸν, τί ἐστιν ἄλλο, ἀλλὰ νεκροὺς ἐγεῖραι;

Τὸ, *Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτως καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ.* Τὸ μὲν γὰρ, *Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει*, τῆς δυνάμεως δείκνυσι τὴν ἀπαραλλαξίαν· τὸ δὲ, *Οὓς θέλει ζωοποιεῖ*, τῆς ἐξουσίας τὴν ἰσότητα.

*Καὶ ἄλλως·* Τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ταυτότητα δεικνὺς τοῦ, *ὥσπερ* καὶ *οὕτως*, ἐνδείξαντος, σὺ τοῦτο κρύψας, τοῦτο μόνον τὸ εὐθὺς ἀκόλουθον ἔγραψας· *Οὐδὲ γὰρ ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ·* ἐκ τοῦ, *δέδωκεν*, ὦ πονηρὲ, τὸν Υἱὸν διαβάλλειν θελήσας. Δέον γὰρ πᾶσαν γράψαι τὴν λέξιν ἔχουσαν οὕτως· *Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτως καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ· οὐδὲ γὰρ ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, πᾶσαν δὲ τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ Υἱῷ.* Εἰ γὰρ εἶδες συνηγοροῦσάν σοι τὴν Γραφὴν, οὐκ ἂν ἐνόθευσας ταύτην, οὐκ ἂν ἐκρυψας τὰ ὑψηλὰ τοῦ Χριστοῦ, οὐκ ἂν τὰ μὲν τῆς Γραφῆς παρεποίησας, τῶν δὲ τὰς ἀρχὰς μόνας προεγράψας, τῶν δὲ τὰς τελευταίας μόνας προὐβάλου· ἀλλ' εἰπὲ

ἐπὶ πᾶσι δικαίοις ἐφθέγγου, σῶα πάντως τὰ κεφάλαια τῶν Γραφῶν προέφερες. Διὰ τί αὐτοῖς λέγει, ὅτι, *Τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ*; εἰς φόβον αὐτοὺς ἐμβάλλων· ὥσπερ δὲ τὸ, *Ἔδωκε ζωὴν*, ἀντὶ τοῦ, Ἐγέννησεν αὐτὸν ζῶντα, ἔστιν, οὕτως καὶ τὸ, *Ἔδωκεν αὐτῷ κρίσιν*, ἀντὶ τοῦ, Κριτὴν αὐτὸν ἐγέννησε. Πάλιν ἐκ τοῦ εἰπεῖν, *Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι*, ἔδειξε τὸ ὁμότιμον. Ἠθέλησαν αὐτὸν διὰ τοῦτο ἀποκτεῖναι Ἰουδαῖοι· διὸ τὴν λέξιν μὲν καθυφῆσι, τὰ νοήματα δὲ τὰ αὐτὰ προτίθησιν οὕτω λέγων· *Οὐ δύναται ποιεῖν οὐδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ὁ Υἱός*. Εἶτα πάλιν ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἀνάγει λέγων· *Ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, φησὶ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως, φησὶ, ποιεῖ*. Εἶτα πάλιν ἐπὶ τὸ ταπεινότερον· *Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτως καὶ ὁ Υἱός*. Εἶτα τὸ ταπεινὸν ὁμοῦ καὶ ὑψηλόν· *Οὐδὲ γὰρ ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ*. Εἶτα ἐπὶ τὸ ὑψηλότατον· *Ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν Υἱὸν καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα*. Οὕτως τὸν λόγον ποικίλλει· ὥστε τοῖς μὲν τότε γενέσθαι εὐπαράδεκτον, καὶ τοὺς νῦν ὠφεληθῆναι ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν. Εἶτα ὅτι συμπέπλεκται ἡ τιμὴ τοῦ Υἱοῦ τῇ τιμῇ τοῦ Πατρὸς, λέγει· *Ὁ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν, οὐ τιμᾷ τὸν Πατέρα*.

Τὸ δὲ, *Εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται, ἀλλὰ μεταβέβηκε ἀπὸ τοῦ θανάτου πρὸς τὴν ζωὴν*, τὸ, *Εἰς κρίσιν*, ἀντὶ τοῦ, Οὐ κολάζεται, οὐ κατακρίνεται. Θάνατον δὲ, οὐ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν αἰώνιον· ὥσπερ καὶ ζωὴν, οὐ ταύτην, ἀλλὰ τὴν αἰωνίαν.

*Ἔρχεται ὥρα καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσωσι τῆς φωνῆς τοῦ Υἱοῦ ἀνθρώπου καὶ ζήσονται*. Περὶ Λαζάρου καὶ τοῦτο ὁμοίως λέγει.

*Ὥσπερ γὰρ*, φησὶν, *ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ*. Τὴν τοῦ, *ἔδωκε*, λέξιν ἐνταῦθα τέθεικε ἐπὶ τῷ δεῖξαι μόνον τὰ δύο πρόσωπα· ἢ τοῦτο λέγει, τὸ ἐγείρειν νεκροὺς, οὕτω καὶ τῷ Υἱῷ δέδωκε· τοῦτο δὲ, τῆς ὑποστάσεως τὸ ἀπαράλλακτον εἰσάγει.

Τὸ, *Καθὼς ἀκούω κρίνω*, δηλοῖ, οὐ διδασκαλίαν, ἀλλὰ τὸ τῆς ψήφου ἴσον· ὡς ἂν ἔλεγε· Οὕτω κρίνω ὡσανεὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ὁ κρίνων εἴη. Τί λέγει· *Ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστὶν, ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν*, καὶ τὰ ἑξῆς; Τοῦτο δὲ τοιοῦτόν ἐστιν· Ἔμελλον λέγειν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· *Ἐὰν σὺ μαρτυρῇς περὶ σεαυτοῦ, ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθείας*. Διὰ τοῦτο οὖν προλαβὼν τοῦτο εἶπε, ὡσανεὶ ἔλεγε· Ἴσως ἐρεῖτέ μοι· Σοὶ οὐ πιστεύομεν· οὐδὲ γὰρ ἑαυτῷ μαρτυρήσας ἀξιόπιστος ἐν ἀνθρώποις. Οὐ τοίνυν πρὸς τὴν ἀξίαν τὴν αὐτοῦ, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑπόνοιαν τὴν ἐκείνων, καὶ τὴν μέλλουσαν παρ' ἐκείνων ἀντίθεσιν ἐπάγεσθαι, δεικνὺς αὐτοῖς ὅτι οἶδε αὐτῶν τὰ ἀπόῤῥητα τῆς διανοίας. Ὅταν δὲ λέγει, ὅτι *Ἀληθὴς ἐστὶν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ*, αὐτῶν δείκνυσι τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν.

Ὅτι ὡς Θεὸν ἀξιόπιστον αὐτὸν ἔδει νομίζειν, τρεῖς παραγαγὼν μαρτυρίας τῶν λεγομένων, τὰ ἔργα τὰ ὑπ' αὐτοῦ γινόμενα, τοῦ Πατρὸς τὴν μαρτυρίαν, τὸ Ἰωάννου κήρυγμα. Ἐπιφέρει γοῦν· *Ἄλλος ἐστὶν ὁ*

A omnino capita Scripturarum proposuisses. Cur dicit eis quia, *Omne judicium dedit Filio?* Illos ut in metum injiciat; sicut autem, *dedit vitam*, pro, genuit eum viventem, dicitur; ita, *Dedit ei judicium*, pro, genuit eum judicem, dicitur. Iterum, dicendo, *Pater meus usque modo operatur et ego operor*, ostendit paritatem dignitatis. Volebant eum propter hoc mactare Judæi; ideo sermonem quidem omittit, sententias autem easdem profert ita dicendo: *Non potest Filius a se facere quidquam*. Deinde iterum ad sublimia attollit dicens: *Quæcumque ille fecerit, hæc et Filius similiter facit*. Deinde rursus ad humiliora descendens: *Sicut enim Pater suscitat mortuos et vivificat, ita et Filius*. Deinde humile simul et sublime: *Neque enim Pater judicat*

B *quemquam, sed omne judicium dedit Filio;* postea ad sublimissima; *Ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem*. Ita sermonem variat, ut his quæ tunc audiebant fieret acceptabilis, et his qui nunc legunt utilitatem præstet ex sublimitate sermonis. Deinde quia completus est honor Filii honore Patris, dicit: *Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem*.

Vers. 24. *In judicium non venit, sed transiit a morte ad vitam; in judicium*, pro, non punitur et non condemnatur, dicit. Mors illa non est præsens mors, sed æterna; sicut vita non est præsens, sed

C æterna vita.

Vers. 25. *Venit hora et nunc est, quando mortui audient vocem Filii hominis et vivent*. De Lazaro et id similiter dicit.

Vers. 26. *Sicut enim*, ait, *Pater habet vitam in semetipso, ita dedit et Filio habere vitam in semetipso*, hanc vocem *dedit* ibi adhibet ad ostendendum tantum duas personas; vel id dicit, suscitare mortuos, ita et dedit Filio, hoc autem hypostasis similitudinem inducit.

Vers. 30. *Sicut audio judico*, ostendit non magisterium, sed sententiæ paritatem; quasi diceret: Ita judico, ut ipse Pater judicaret. Quid significat: *Judicium meum justum est, quia non quæro voluntatem meam*, etc? Istud tale est: Debuerunt Judæi

D dicere illi: *Si tu testimonium dederis de te ipso, testimonium tuum non est verum*. Ideo igitur præveniens id dixit, quasi diceret: Forsan dicetis mihi: Non tibi credimus; non enim qui de se testimonium dat, dignus fide est inter homines. Non igitur propter suam dignitatem, sed propter illorum suspicionem, et objectionem quæ ab illis oppoui debebat, ostendit eis se cogitationes eorum abscondita noscere: quum vero dicit verum esse suum testimonium, ostendit rerum ipsarum naturam.

Vers. 31. Quod ut Deum credibilem illum habere oporteat, tria profert testimonia suorum dictorum, opera quæ ab ipso sunt facta, Patris testimonium, et Joannis præconium. Infert nempe, *Alius est qui*

*testimonium perhibet de me, et scio quia verum est testimonium ejus;* de Joanne loquens. Ne autem dicant, ut tibi placeret, hoc fecit, addit : *Vos misistis ad Joannem, et testimonium perhibuit veritati.* Non enim, ait, misissetis, si non credibilem illum habuissetis.

μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ, καὶ οἶδα ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ, περὶ Ἰωάννου λέγων. Ἵνα δὲ μὴ λέγωσιν, ὅτι Χαριζόμενός σοι τοῦτο ἐποίησεν, ἐπιφέρει· *Ὑμεῖς ἀπεστάλκατε πρὸς Ἰωάννην καὶ μεμαρτύρηκε τῇ ἀληθείᾳ·* οὐκ ἂν δὲ, φησὶν, ἀπεστείλατε, εἰ μὴ ἀξιόπιστον αὐτὸν ἡγεῖσθε.

Vers. 34. Quid : est *Ego non ab homine testimonium recipio; sed hæc dico ut vos salvi sitis?* ego quidem, inquit, non egebam illius testimonio, cum Deus sim, humano. Quoniam autem magis illi obeditis quam mihi, ideo vobis testimonium ejus profero.

Τί ἐστι τὸ, *Ἐγὼ παρὰ ἀνθρώπου τὴν μαρτυρίαν οὐ λαμβάνω, ἀλλὰ ταῦτα λέγω ἵνα ὑμεῖς σωθῆτε;* Ἐγὼ μὲν, φησὶ, οὐκ ἐδεήμην τῆς τούτου μαρτυρίας, Θεὸς ὢν, τῆς ἀνθρωπίνης· ἐπειδὴ δὲ μᾶλλον αὐτῷ προσέχετε ἢπερ ἐμοὶ, διὰ τοῦτο ὑμῖν ἀναμιμνήσκω τῆς μαρτυρίας αὐτοῦ.

Vers. 35. Lucernam ardentem vocat Joannem, quia non propriam lucem habebat sed lucem spiritus gratiæ. Quid est : *Vos voluistis ad horam exsultare in luce ejus?* ostenditur quia receperant quidem quæ a Joanne dicebantur, et rectum de illo judicium egerant, sed temporale et non stabile fuit hoc studium. Si enim perseverassent, celeriter eos manuduxisset ad Christum.

Λύχνον δὲ καιόμενον λέγει τὸν Ἰωάννην, διὰ τὸ μὴ οἰκοθεν ἔχειν τὸ φῶς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος. Τί ἐστι τὸ, *Ὑμεῖς ἠθελήσατε ἀγαλλιασθῆναι πρὸς ὥραν ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ;* Δηλοῖ ὅτι ἀπεδέξαντο μὲν τὰ εἰρημένα παρὰ Ἰωάννου, καὶ ὀρθὴν περὶ αὐτοῦ κρίσιν εἶχον, ἀλλὰ πρόσκαιρος ἦν καὶ ἀβέβαιος ἐκείνη ἡ σπουδή. Εἰ γὰρ ἐπέμειναν, ταχέως ἂν αὐτοὺς ἐχειραγώγησε πρὸς Χριστόν.

Vers. 36. Quid est : *Ego autem habeo testimonium majus?* id est, majus Joannis testimonio; et quale sit istud ostendens dicit : *Opera enim quæ dedit mihi Pater ut faciam, testimoniam perhibet quia Pater misit me.*

Τί δέ ἐστι τὸ, *Ἐγὼ δὲ ἔχω τὴν μαρτυρίαν μείζω;* Τοῦ Ἰωάννου, καὶ ποίαν ταύτην, δηλῶν λέγει· *Τὰ ἔργα ἃ ἔδωκέ μοι ὁ Πατὴρ ἵνα ποιῶ, αὐτὰ μαρτυρεῖ ὅτι ὁ Πατήρ με ἀπέστειλεν.*

Vers. 37. *Qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me.* Ubi? quando dixit : *Hic est Filius meus dilectus.*

*Ὅτι ὁ πέμψας με Πατὴρ, αὐτὸς μεμαρτύρηκε περὶ ἐμοῦ.* Ποῦ; Ὅτ' ἂν εἶπεν· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός.*

Quid est : *Neque vocem ejus audistis?* id dicit, quia in Deo non vox est neque facies; et ne dicere possint Moysi Deum locutum fuisse.

Τί ἐστι τὸ, *Οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόατε,* Τοῦτο λέγει, ὅτι περὶ Θεὸν οὔτε φωνή ἐστιν, οὔτε εἶδος· τοῦτο δὲ εἶπεν ἵνα μὴ ἔχωσι λέγειν ὅτι Μωσεῖ λελάληκεν ὁ Θεός.

Vers. 39. Non dicit, Legite, sed, *Scrutamini.* Non enim mera lectura præstaret scientiam, sed assidua meditatio præstat quod quæritur.

Οὐκ εἶπεν, Ἀνάγνωτε, ἀλλ', *Ἐρευνᾶτε·* οὐ γὰρ ἡ ψιλὴ ἀνάγνωσις παριστᾷ τὴν γνῶσιν, ἀλλ' ἡ ἀκριβὴς κατανόησις παρίστησι τὸ ζητούμενον.

Vers. 43. De quo dicit : *Si alius venerit in nomine suo illum recipietis?* De Antichristo loquitur.

Περὶ τίνος λέγει, ὅτι *Ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε;* Περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου λέγει.

## CAPUT VI.

## ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Vers. 1. Cur abiit trans mare Galilææ Tiberiadis? ut ex his quæ dixerat invidiam non excitaret.

Διὰ τί ἀπῆλθε πέραν τῆς θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας τῆς Τιβεριάδος; Διὰ τὸ μὴ ἐκ τῶν εἰρημένων φθόνον κινηθῆναι.

Vers. 3. Cur non ascendit in Pascha, sed in Galilæa, et illic in Capharnaum? sensim tandem legem solvebat, occasionem sumens e Judæorum malitia.

Διὰ τί οὐκ ἀνῆλθεν οὖν εἰς τὸ Πάσχα, ἀλλ' εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κἀκεῖθεν εἰς Καπερναούμ; Ἡρέμα λοιπὸν ὑπεκλύων τὸν νόμον, ἀφορμὴν λαμβάνων ἀπὸ τῆς Ἰουδαϊκῆς πονηρίας.

Vers. 5. Quid, *Sublevans oculos suos et videns, dixit* Quia nunquam simpliciter consedit, sed curam habendo de suis discipulis. Quid est, quod alii evangelistæ dixerint discipulos accedentes interrogare et hortari ne sinat fame perire, Joannes autem Philippum a Christo interrogari? Mihi ergo videtur utraque esse vera, sed non in eodem tempore habita. Cur interrogat Philippum? quoniam sciebat quis indigeret majore institutione. Iste enim est qui dicit : *Ostende nobis Patrem et sufficit nobis.* Cur dicit : *Unde ememus panes, ut manducent hi?* Num ut ignorans quæ fieri debebant? absit;

Τί ἐστι τὸ, *Ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, εἶπεν;* Ὅτι οὐδέποτε ἁπλῶς ἐκάθητο, ἀλλὰ μετὰ κηδεμονίας τῆς πρὸς τοὺς μαθητάς. Τί ἐστιν ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι εὐαγγελισταὶ τοὺς μαθητὰς φασι προσελθόντας ἐρωτᾷν καὶ παρακαλεῖν ὥστε μὴ ἀπολῦσαι αὐτοὺς νήστεις, οὗτος δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς τὸν Φίλιππον ἐρωτηθῆναι παρὰ Χριστοῦ; Δοκεῖ οὖν μοι ἀμφότερα εἶναι ἀληθῆ, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ γενόμενα καιροῦ. Διὰ τί ἐρωτᾷ τὸν Φίλιππον; Ἐπειδὴ ἐγίνωσκε, τίς ἐδέετο πλείονος διδασκαλίας· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ λέγων· *Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν.* Διὰ τί λέγει· *Πόθεν* [*ἀγοράσομεν ἄρτους,*] *ἵνα*

φάγωσιν οὗτοι; Ἆρα ὡς ἀγνοῶν τὸ μέλλον γενέσθαι; ἄπαγε! ἀλλὰ διὰ τὸ εἰρηκέναι τὸν Φίλιππον, ὅτι *Διακοσίων δηναρίων*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰρωνικὸν οὖν τὸν λόγον ποιεῖται. A

Διὰ τί ἐπὶ μὲν τοῦ παραλυτικοῦ καὶ τοῦ Λαζάρου καὶ ὅτε τὴν θάλασσαν ἐχαλίνου οὐκ ηὔξατο, νῦν δὲ εὔχεται; Τύπους ἡμῖν διδοὺς, ἵνα ἐν τῷ τροφῆς μεταλαμβάνειν ἡμᾶς, εὐχώμεθα.

ιβ'. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Ἐλεήμονος.
ιγ'. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου.

C ιδ'. Τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Φιλίππου.
ις'. Τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ματθαίου.
ιζ'. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ.
κα'. Ἡ εἴσοδος τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.
κε'. Τῶν ἁγίων ἱερομαρτύρων Κλήμεντος Ῥώμης καὶ Πέτρου Ἀλεξανδρείας.
κζ'. Τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Ἰακώβου τοῦ Περσοῦ.
κη'. Τοῦ ἁγίου ὁσιομάρτυρος Στεφάνου τοῦ Νέου.
λ'. Τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ πρωτοκλήτου Ἀνδρέου.

ΜΗΝ ΔΕΚΕΜΒΡΙΟΣ.

D δ'. Τῆς ἁγίας μεγαλομάρτυρος Βαρβάρας.
ε'. Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Σάβα.
ς'. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικολάου.
θ'. Ἡ σύλληψις τῆς ἁγίας Ἄννης.
ιβ'. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Σπυριδῶνος.
ιγ'. Τῶν ἁγίων μεγάλων μαρτύρων Εὐστρατίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.
ιζ'. Τῶν ἁγίων τριῶν παίδων καὶ Δανιὴλ τοῦ προφήτου.
κ'. Τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου.
Κυριακὴ τῶν ἁγίων προπατόρων.
Σάββατον πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως.
Κυριακὴ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως.
κδ'. Τῇ παραμονῇ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως.
κε'. Ἡ Χριστοῦ γέννησις.

κς'. Ἡ σύναξις τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.
κζ'. Τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου. Σάββατον μετὰ τὴν Χριστοῦ γέννησιν.
Κυριακὴ μετὰ τὴν Χριστοῦ γέννησιν.
κθ'. Τῶν ἁγίων νηπίων.
λα'. Τῆς ὁσίας Μελάνης τῆς Ῥωμαίας.

ΜΗΝ ΙΑΝΝΟΥΑΡΙΟΣ.

α'. Ἡ κατὰ σάρκα περιτομὴ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου.
β'. Τοῦ ἁγίου Σιλβέστρου πάπα Ῥώμης.
γ'. Ἡ σύναξις τῶν ἁγίων ο' ἀποστόλων.

Σάββατον πρὸ τῶν Φώτων.
Κυριακὴ πρὸ τῶν Φώτων.
ε'. Τῇ παραμονῇ τῶν Φώτων.
ς'. Τὰ ἅγια Θεοφάνια.
θ'. Τοῦ ἁγίου μάρτυρος Πολυεύκτου.
ι'. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Νύσσης.
ια'. Τοῦ ἁγίου Θεοδοσίου τοῦ κοινοβιάρχου.
ιε'. Τοῦ ὁσίου Ἰωάννου τοῦ καλυβίτου.
ις'. Ἡ προσκύνησις τῆς τιμίας ἁλύσεως τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Πέτρου.
ιζ'. Τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Ἀντωνίου τοῦ μεγάλου.
ιη'. Τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων ἡμῶν Ἀθανασίου καὶ Κυρίλλου.
κ'. Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Εὐθυμίου τοῦ μεγάλου.
κα'. Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ.
κγ'. Τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Κλήμεντος καὶ Ἀγαθαγγέλου.
κε'. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου.
κζ'. Ἡ ἀνακομιδὴ τοῦ λειψάνου τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου.
λα'. Τῶν ἁγίων ἀναργύρων Κύρου καὶ Ἰωάννου.

ΜΗΝ ΦΕΒΡΟΥΑΡΙΟΣ.

α'. Τοῦ ἁγίου μεγάλου μάρτυρος Τρύφωνος.
β'. Ἡ ὑπαπαντὴ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.
γ'. Τοῦ ἁγίου καὶ δικαίου Συμεὼν τοῦ θεοδόχου.
η'. Τοῦ ἁγίου μεγάλου μάρτυρος Θεοδώρου τοῦ στρατηλάτου.
ιζ'. Τοῦ ἁγίου μεγάλου μάρτυρος Θεοδώρου τοῦ Τήρωνος.
κδ'. Ἡ εὕρεσις τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ Προδρόμου.

ΜΗΝ ΜΑΡΤΙΟΣ.

θ'. Τῶν ἁγίων μεγάλων μαρτύρων μ' τῶν ἐν Σεβαστείᾳ.
κε'. Ὁ εὐαγγελισμὸς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.

ΜΗΝ ΑΠΡΙΛΛΙΟΣ.

α'. Τῆς ὁσίας Μαρίας τῆς Αἰγυπτίας.
κβ'. Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Συκεώτου.

26. Congregatio sanctissimæ Deiparæ.
27. Sancti protomartyris Stephani.
Sabbatum post Christi nativitatem.
Dominica post Christi nativitatem.
29. Sanctorum parvulorum.
31. Beatæ Melaniæ Romanæ.

MENSIS JANUARIUS.

1. Circumcisio secundum carnem Domini nostri Jesu Christi, et commemoratio sancti patris nostri Basilii magni.
2. Sancti Sylvestri papæ Romani.
3. Congregatio sanctorum septuaginta apostolorum.
Sabbatum ante Luces.
Dominica ante Luces.
5. In exspectatione Lucium.
6. Sancta Dei manifestatio.
9. Sancti martyris Polyeucti.
10. Sancti patris nostri Gregorii Nysseni.
11. Sancti Theodosii cœnobiarchæ.
15. Beati Joannis calybitæ.
16. Adoratio venerandæ catenæ sancti Petri apostoli.
17. Beati et theophori patris nostri Antonii magni.
18. Sanctorum nostrorum patrum Athanasii et Cyrilli.
20. Beati patris nostris Euthymii magni.
21. Beati patris nostri Maximi confessoris.
23. Sancti sacromartyris Clementis et Agathangeli.
25. Sancti patris nostri Gregorii Theologi.
27. Translatio reliquiarum sancti Joannis Chrysostomi.
31. Sanctorum anargyrorum Cyri et Joannis.

MENSIS FEBRUARIUS.

1. Sancti magni martyris Tryphonis.
2. Præsentatio Domini nostri Jesu Christi.
3. Sancti et justi Simeonis qui Deum accepit.
8. Sancti magni martyris Theodori exercitus præfecti.
17. Sancti magni martyris Theodori Teronis.
24. Inventio venerandi capitis Præcursoris.

MENSIS MARTIUS.

9. Sanctorum magnorum martyrum quadraginta in Sebastia.
25. Annuntiatio sanctissimæ Deiparæ.

MENSIS APRILIS.

1. Beatæ Mariæ Ægyptiacæ.
22. Beati patris nostri Theodori Syceotæ.

23. Sancti magni martyris Georgii.
30. Sancti apostoli Jacobi.

κγ'. Τοῦ ἁγίου μεγάλου μάρτυρος Γεωργίου.
λ'. Τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἰακώβου.

## MENSIS MAIUS.

## ΜΗΝ ΜΑΙΟΣ.

2. Sancti patris nostri Athanasii magni.

β'. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου.

8. Sancti apostoli et evangelistæ Joannis theologi.

η'. Τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου.

21 Sanctorum imperatorum et pariter apostolorum Constantini et Helenes.

κα'. Τῶν ἁγίων βασιλέων καὶ ἰσαποστόλων Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης.

24. Beati Simeonis in monte mirabili.

κδ'. Τοῦ ὁσίου Συμεὼν τοῦ ἐν τῷ θαυμαστῷ ὄρει.

25. Inventio venerandi capitis Præcursoris.

κε'. Ἡ εὕρεσις τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ Προδρόμου.

## MENSIS JUNIUS.

## ΜΗΝ ΙΟΥΝΙΟΣ.

8. Sancti magni martyris Theodori exercitus præfecti.

η'. Τοῦ ἁγίου μεγάλου μάρτυρος Θεοδώρου τοῦ στρατηλάτου.

19. Sanctorum apostolorum Bartholomæi et Barnabæ.

ιθ'. Τῶν ἁγίων ἀποστόλων Βαρθολομαίου, καὶ Βαρνάβα.

24. Nativitas Præcursoris.

κδ'. Τὸ γενέθλιον τοῦ Προδρόμου.

27. Beati patris nostri Samson hospitalarii.

κζ'. Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Σαμψὼν τοῦ ξενοδόχου.

28. Translatio reliquiarum sanctorum Cyri et Joannis.

κη'. Ἡ ἀνακομιδὴ τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων Κύρου καὶ Ἰωάννου.

29. Sanctorum et principum apostolorum Petri et Pauli.

κθ'. Τῶν ἁγίων καὶ κορυφαίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου.

30. Congregatio sanctorum duodecim apostolorum.

λ'. Ἡ σύναξις τῶν ἁγίων ιβ' ἀποστόλων.

## MENSIS JULIUS.

## ΜΗΝ ΙΟΥΛΙΟΣ.

1. Sanctorum anargyrorum Cosmæ et Damiani.

α'. Τῶν ἁγίων ἀναργύρων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ.

2. Depositio venerandæ vestis sanctissimæ Deiparæ.

β'. Ἡ κατάθεσις τῆς τιμίας ἐσθῆτος τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.

8. Sancti magni martyris Procopii.

η'. Τοῦ ἁγίου μεγάλου μάρτυρος Προκοπίου.

11. Sanctæ magnæ martyris Euphemiæ.

ια'. Τῆς ἁγίας μεγάλης μάρτυρος Εὐφημίας.

15. Sanctorum magnorum martyrum Ciryci et Julittæ.

ιε'. Τῶν ἁγίων μεγάλων μαρτύρων Κυρίκου τοῦ Ἰουλίττης.

16. Sanctorum patrum qui in sex synodis adfuerunt.

ις'. Τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν ταῖς ς' συνόδοις

17. Sanctæ magnæ martyris Marinæ.

ιζ'. Τῆς ἁγίας μεγαλομάρτυρος Μαρίνης

20. Sancti et gloriosi prophetæ Eliæ.

κ'. Τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου προφήτου Ἠλίου.

22. Sanctæ Mariæ Magdalenæ.

κβ'. Τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς.

25. Sanctæ Annæ matris Deiparæ.

κε'. Τῆς ἁγίας Ἄννης τῆς μητρὸς τῆς Θεοτόκου.

26. Sancti magni martyris Pantelecmonis.

κς'. Τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Παντελεήμονος.

30. Sancti et justi Eudocimi.

λ'. Τοῦ ἁγίου καὶ δικαίου Εὐδοκίμου.

## MENSIS AUGUSTUS.

## ΜΗΝ ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ.

1. Sanctorum Machabæorum.

α'. Τῶν ἁγίων Μακκαβαίων.

2. Translatio reliquiarum sancti protomartyris Stephani.

β'. Ἡ ἀνακομιδὴ τοῦ λειψάνου τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου.

6. Transfiguratio Domini nostri Jesu Christi.

ς'. Ἡ μεταμόρφωσις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

15. Dormitio sanctissimæ Deiparæ.

ιε'. Ἡ κοίμησις τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.

16. Translatio sancti Mandelii.

ις'. Ἡ ἀνακομιδὴ τοῦ ἁγίου Μανδηλίου.

24. Sanctorum apostolorum Bartholomæi et Titi.

κδ'. Τῶν ἁγίων ἀποστόλων Βαρθολομαίου καὶ Τίτου.

29. Decollatio venerandi capitis Præcursoris.

κθ'. Ἡ ἀποτομὴ τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ Προδρόμου.

31. Depositio venerandæ zonæ sanctissimæ Deiparæ.

λα'. Ἡ κατάθεσις τῆς τιμίας ζώνης τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.

Εὐαγγέλια εἰς μνήμας διαφόρους ἁγίων.

Εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον. Εἰς ἐγκαίνια ναοῦ. Εἰς ἀσωμάτους. Εἰς τὸν Πρόδρομον. Εἰς προφήτας. Εἰς ἀποστόλους. Εἰς μάρτυρας. Εἰς ἕνα μάρτυρα. Εἰς γυναῖκας μάρτυρας. Εἰς ἱεράρχας. Εἰς ἱερομάρτυρας. Εἰς ὁσίους. Εἰς ὁσιομάρτυρας. Εἰς ὁσίας γυναῖκας. Εἰς σχῆμα. Εἰς ἀσθενεῖς. Εἰς κοιμηθέντας. Εἰς σεισμόν. Εἰς ἐμπρησμόν. Εἰς ἀνομβρίαν. Εἰς ἐπιδρομὴν ἐθνῶν. Εἰς ἐπινίκια βασιλέων. Ἐπὶ ἐξομολογουμένων. Εἰς πᾶσαν αἴτησιν.

A Evangelia in commemorationes sanctorum diversas.

In sanctissimam Deiparam. In dedicationem templi. In incorporales. In Præcursorem. In prophetas. In apostolos. In martyres. In unum martyrem. In mulieres martyres. In pontifices. In sacromartyres. In beatos. In beatos martyres. In beatas mulieres. In vestitum. In infirmos. In hos qui dormierunt. In terræ motum. In incendium. In pluviam. In incursionem gentium. In victorias imperatorum. In confitentibus. In omnem supplicationem.

# FORMULA ABJURATIONIS ATHINGANORUM.

(Bandini lib. cit. p. 420.)

*Ὅπως χρὴ δέχεσθαι τοὺς ἀπὸ Ἀθιγγάνων τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει προσερχομένους, καὶ βαπτίζεσθαι μέλλοντας.*

B *Quomodo debeant recipi qui ab Athinganis ad fidem orthodoxam accedunt, et baptizari debent.*

Ὁ δεῖνα ἀπὸ Μελχισεδεκιτῶν, τῶν καὶ Θεοδοτιανῶν, καὶ Ἀθιγγάνων προσιὼν τῇ πίστει τῶν Χριστιανῶν, οὐ διά τινα βίαν, ἢ ἀνάγκην, ἢ φόβον, ἢ ἐπήρειαν, ἢ πενίαν, ἢ διὰ χρέως, ἢ ἔγκλημα κατ' ἐμοῦ κινούμενον, ἢ διά ἕτερόν τινα τρόπον ἀπηγορευμένον, ἀλλ' ὡς ἐξ ὅλης ψυχῆς, καὶ καρδίας τὸν Χριστὸν ἀγαπώσης, καὶ τὴν αὐτοῦ πίστιν, ἀναθεματίζω πᾶσαν τὴν τῶν Μελχισεδεκιτῶν, ἤτοι Θεοδοτιανῶν καὶ Ἀθιγγάνων αἵρεσιν, καὶ τοὺς αἱρεσιάρχας ἅπαντας, Θεόδοτον, φημὶ, τὸν Σκυτέα, καὶ τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς Ἀσκληπιάδην, καὶ Ἑρμόφιλον, καὶ Ἀπολλωνίδην, καὶ Θεόδοτον τὸν Τραπεζίτην, ὅστις μάλιστα γέγονεν ἀρχηγὸς τῆς αἱρέσεως ταύτης. C Ἀναθεματίζω καὶ τοὺς καθεξῆς διδασκάλους τῶν Ἀθιγγάνων, ὅσοι κατὰ γενεὰν ἑκάστην ἄχρι τοῦ νῦν γεγόνασι, καὶ ὅσοι σήμερόν εἰσι, καὶ γίνεσθαι μέλλουσιν. Ἀναθεματίζω πάντας τοὺς φρονοῦντας, καὶ δοξάζοντας, καὶ διδάσκοντας, καὶ λέγοντας, ὅτι ὁ Μελχισεδὲκ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἀλλὰ δύναμις Θεοῦ μεγάλη διατρίβουσα ἐν ἀκατονομάστοις τόποις, καὶ ὅτι μείζων τοῦ Χριστοῦ ἐστιν ἐκεῖνος, καὶ διὰ τοῦτο λέγεται ὁ Χριστὸς, ὡς δεύτερος, καὶ ὑποδεέστερος, κατὰ τὴν ἐκείνου τάξιν ἱερατεύειν. Ἀναθεματίζω τοὺς λέγοντας, ὅτι Μελχισεδὲκ, ἤτοι ἡ μεγάλη δύναμις, ὁ Θεὸς, καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο καλεῖται ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος. Ἀναθεματίζω τοὺς φυλάττοντας μὲν, ὡς Ἰουδαίους τὸ Σάββατον, ὡς ἐθνικοὺς δὲ καὶ τὴν περιτομὴν διαπτύοντας, καὶ τὸ βάπτισμα. Ἀναθεματίζω τοὺς χρωμένους μαντείαις, καὶ φαρμακείαις, καὶ γοητείαις, καὶ δι' αὐτῶν καὶ βλάπτειν, καὶ ὠφελεῖν ἀνθρώπους ἐπαγγελλομένους. Ἀναθεματίζω τοὺς ἐπικαλουμένους δαιμόνιά τινα, ὧν τὰ πρῶτα καλοῦνται Σωρὸ, καὶ Σοχὰν, καὶ Ἀρχὲ, καὶ δι' αὐτῶν τὴν Σελήνην δῆθεν ἕλκοντας πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ ἐρωτῶντας αὐτὴν περὶ ὧν βούλονται. Ἀναθεματίζω τοὺς ἐπιτιθέντας τοῖς ἄστρα-

Talis... a Melchisedecitis, et Theodotianis, et Athinganis accedens ad fidem Christianorum, non ob quamlibet vim, aut necessitatem, aut timorem, aut minas, aut paupertatem, aut ob debitum, vel accusationem contra me illatam, aut ob aliam quamlibet rationem prohibitam, sed quasi e tota anima, et toto corde Christum diligente, et ejus fidem, anathematizo omnem Melchisedecitorum, id est Theodotianorum et Athinganorum hæresim, et omnes hæresiarchas, Theodotum, dico, sutorem, et illius discipulos Asclepiadem et Hermophilum, et Apollonidem, et Theodotum nummularium, quicunque præsertim fuerit dux istius hæresis. Anathematizo etiam sequentes doctores Athinganorum, quicunque in quaque generatione usque nunc exstiterunt, et quicunque hodie exsistunt, et fieri debent. Anathematizo omnes cogitantes, opinantes, docentes et dicentes Melchisedec non fuisse hominem, sed virtutem Dei magnam residentem in locis innominatis, et majorem illum Christo esse, et ob hoc dici Christum quasi secundum, et inferiorem, secundum ejus ordinem sacerdotem esse. Anathematizo dicentes, Melchisedec, id est hanc virtutem magnam, Deum et patrem Domini nostri Jesu Christi esse, et ob id vocari sine patre, sine matre, sine genealogia. Anathematizo observantes quidem Sabbatum, ut Judæos, et contemnentes, ut ethnicos, circumcisionem et baptismum. Anathematizo utentes divinationibus, et philtris, et magiis, et profitentes per hæc nocivum et profectum hominibus præstari. Anathematizo invocantes quædam dæmonia, quorum prima vocantur Soro, Sochan et Arche, et per ea Lunam inde ad se attrahentes, et interrogantes illam de quibus placet.... Anathematizo imponentes stellis hominum nomina, et per dæmoniorum phantasias has in invicem moveri contendentes; et ita dicentes; stella talis... stellam

talis... exstinxit, et oportet omnino ut sit ille hoc potentior et felicior. Anathematizo docentes hominum odium sub apparentia puritatis, et detestantes omnem hominem, quicunque non est ejusdem fidei ac ipsi, et ob hoc non permittentes se ad talem hominem accedere, nec alium quemvis accedere, neque dare illi aliquid aut manibus accipere: si autem aliquid hujusmodi forte evenerit, statim ad purificationes, et ablutiones recurrentes, quasi pollutos et immundos factos. Anathematizo cum his omnem etiam consuetudinem, morem, et omnem actionem Athinganorum, palam aut clam ab illis patratam. Hæc igitur omnia anathematizo, et aversus, et profugus ab illis, Christo me addico, et Credo in unum Deum Patrem, omnipotentem, factorem cœli et terræ...

σιν ἀνθρώπων ὀνόματα, καὶ διὰ φαντασίας δαιμονιώδους κινεῖν αὐτοὺς κατ' ἀλλήλων στρατευομένους, καὶ οὕτω φημίζοντας, ὡς ὁ τοῦ δεῖνος ἐστὶν τὸν τοῦ δεῖνος ἔσθειν, καὶ δεῖ πάντως εἶναι κρατιότερον τόνδε ἐκείνου, καὶ εὐτυχέστερον. Ἀναθεματίζω τοὺς ἐν προσποιήσει καθαρότητος μισανθρωπίαν διδάσκοντας, καὶ βδελυσσομένους εἶναί τινα ἄνθρωπον, ὅστις αὐτοῖς οὐκ ἔστιν ὁμόπιστος, καὶ διὰ τοῦτο μήτε προσεγγίζειν τινὶ τοιούτῳ, μήτε προσεγγίζεσθαι παρά τινος ἀνεχομένους, μήτε δίδναι τι, μήτε λαμβάνειν διὰ χειρῶν· εἰ δὲ γένηταί τι κατὰ τύχην τοιοῦτον, εὐθὺς ἐπὶ καθαρισμοὺς καὶ λουτρὰ χωροῦντας, ὡς μεμολυσμένους, καὶ ἀκαθάρτους γεγονότας. Ἀναθεματίζω πρὸς τούτοις καὶ πᾶν ἕτερον ἔθος, καὶ ἐπιτήδευμα, καὶ πᾶσαν πρᾶξιν τῶν Ἀθιγγάνων, φανερῶς, ἢ λαθραίως παρ' αὐτῶν τελουμένην. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα ἀναθεματίζω, καὶ ἀποστρεφόμενος, καὶ ἀποτασσόμενος αὐτοῖς, συντάσσομαι τῷ Χριστῷ, καὶ πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα, παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς.

# OPUSCULA MORALIA.

## ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΩΦΕΛΙΜΟΣ

*Ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας συλλεγεῖσα, καὶ ἀνάμνησιν δηλοῦσα τοῦ παραδόξου γενομένου θαύματος. ἡνίκα Πέρσαι καὶ Βάρβαροι τὴν βασιλίδα ταύτην πολέμῳ περιεκύκλωσαν· οἳ καὶ ἀπώλοντο ἐκ θείας πειραθέντες· ἡ δὲ πόλις ἀσινὴς συντηρηθεῖσα πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου, ἐτησίως ἐπιτελεῖ ᾠδὴν εὐχαριστήριον. Ἀκάθιστον τὴν ἡμέραν κατονομάζουσα.*

## UTILIS NARRATIO

*E veteri collecta historia, novum miraculum in memoriam revocans ac declarans, editum, cum Persæ ac Barbari urbem hanc regiam obsedissent: qui et perierunt, divino ulciscente Numine, urbe interim, quam Dei Genitrix suis intercessionibus servavit incolumem, votis annuis gratiarum actionis cantica exinde exsolvente, indicta rei hujus die anniversaria,* τῆς Ἀκαθίστου (1) *nomine.*

(Combefis. Auctar. II, 805.)

Administrante Heraclio rem Romanam, Cosroes Persarum rex, Barbarorum exercitum suum cum gravi misit virtute, ut orientales omnes Romani imperii provincias excurreret, haud aliter ac fulgur quoddam omnia incendentem, absumentem ac destruentem. Hic, secure admodum atque libere Orientem depopulatus, ac obviis quibusque Romanis, nemine prohibente, ejusve late procedentem impetum retardante, internecioni datis: Quippe cum Romanæ vires valde dejectæ essent, ejus qui

Ἐν τοῖς χρόνοις Ἡρακλείου τοῦ τῶν Ῥωμαίων βασιλέως, Κοσρόης ὁ τῶν Περσῶν ἄρχην ἔχων, ἐξέστειλε βάρβαρον αὐτοῦ στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως βαρείας, πᾶσαν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους ἑῴαν κατασφαλεῖν, δίκην σκηπτοῦ τινος ἐμπιπρῶντα καὶ καταφλέγοντα καὶ ἀφανίζοντα. Οὗτος κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν τὴν ἑῴαν λεηλατῶν, καὶ ὁλοθρεύων τοὺς παραπίπτοντας αὐτῷ Ῥωμαίους, οὐδενὸς κωλύοντος, ἢ ἐπὶ πολὺ φορὰν αὐτοῦ ἀνακόπτοντος (ἅτε τῶν Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων μάλιστα τεταπεινωμένων, τῇ

(1) Grati animi multam significationem habet illius sacræ diei observantia, cujus totam noctem in sacris vigiliis orantes agunt, ingentia illa beneficia recolendo, quæ hic perstringuntur. Videri potest S. Nicephorus, qui videtur accuratius prosequi res illius temporis. Quæ damus paucis differunt ab iis quæ habent Synaxaria, excepto tantum Ei...

ρυτάτῃ καὶ θηριώδει ὠμότητι τοῦ τηνικαῦτα τὴν Ῥωμαίων διέποντος ἀρχὴν, τοῦ τυράννου Φωκᾶ τοῦ στρατιώτου), φθάσας εἰς Χαλκηδόνα, τίθεται λοιπὸν ἐπ' αὐτῆς χάρακα, καὶ πάντα τὰ πρὸς πολιορκίαν ταύτης τῆς μεγαλοπόλεως ἐξευτρεπίζει· τοῦτο γὰρ αὐτῷ καὶ βεβούλευτο, καὶ τρόπῳ παντὶ ἐσπουδάζετο. Ταῦτα ὁρῶν ὁ Ἡράκλειος, μετὰ τὸν τυραννήσαντα Φωκᾶν ἄρτι τῆς βασιλείας ἐπειλημμένος, σφόδρα περιαλγὴς καὶ κατώδυνος γεγονὼς, λιπὼν τὰ βασίλεια, διὰ τοῦ Εὐξείνου πόντου, συναγαγὼν τὰς ἔτι περιούσας τῶν στρατευμάτων δυνάμεις, ἀθρόως οὐδὲν προμαθόντων τῶν ἐν Περσίδι, τῇ χώρᾳ προσβάλλει. Γνοὺς δὲ τὴν ἐκστρατείαν τοῦ βασιλέως ὁ Σκύθης Χαγάνος, εὐθὺς εἶχετο ἔργου· καὶ τὴν μὲν θάλασσαν, πλοίων ἐπλήρου τῶν παρ' αὐτοῖς, ἃ διὰ τὸ ἐξ ἑνὸς ἐπιμήκους σχεδιάζεσθαι ξύλου, μονόξυλα βαρβάρῳ φωνῇ προσαγορεύονται, τὴν δὲ γῆν, ἱππέων τε καὶ πεζῶν.

Ὁ δὲ κατὰ τὴν βασιλίδα λαὸς, ὑπὸ Σεργίου τοῦ τὴν πατριαρχείαν ἔχοντος τότε, πολλὰ παρεκαλεῖτο, καὶ πρὸς τὸ μὴ πίπτειν ἐδιδάσκετο, *Θαρσεῖτε, τέκνα*, λέγοντος· *καὶ μόνον εἰς Θεὸν τὰς ἐλπίδας ἡμῶν τῆς σωτηρίας ἀναθώμεθα, καὶ πρὸς αὐτὸν χεῖρας, καὶ ὄμματα ἐξ ὅλης ψυχῆς αἴρωμεν, καὶ αὐτὸς τὰ περιστοιχίσαντα ἡμᾶς κακὰ λύσει, καὶ πάντα τὰ καθ' ἡμῶν διασκεδάσει τῶν βαρβάρων βουλεύματα.* Τούτοις θαρρήσας τοῦ Σεργίου τοῖς λόγοις ὁ ἐν τῇ πόλει λαὸς, ἔμενον πάντες τῇ πίστει νευρούμενοι, τῇ εἰς τὴν ἄχραντον Θεοτόκον, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς εὐδοκήσαντα διὰ φιλανθρωπίαν τεχθῆναι Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν· καὶ προσδεχόμενοι τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἰδεῖν ἐπ' αὐτοὺς, ἐκαρτέρουν τῇ ἐλπίδι, οὗ μετὰ μικρὸν καὶ ἠξιώθησαν, καὶ τῆς ἐλπίδος κενοὶ οὐκ ἐξέπεσον.

Ὁ δὲ παρὰ βασιλέως εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως καταλειφθεὶς, Βῶνος ὄνομα, ὅσα δυνατὸν ἦν ἀντιμηχανᾶσθαι, πάντα πράττων καὶ ποιῶν, οὐκ ἠμέλει. Βούλεται γὰρ ὁ Θεὸς ἡμᾶς, μὴ ἀργοὺς καὶ ἀπράκτους καθῆσθαι, ἀλλά τι καὶ ἐνεργεῖν, καὶ ἐπινοεῖσθαι μέν τινα καὶ ἀφ' ἡμῶν, ἐπ' αὐτὸν δὲ πᾶσαν ἔχειν σωτηρίας τὴν προσδοκίαν. Οὕτω καὶ τῷ Ἰησοῦ τῷ παιδὶ Ναυῆ, ἐνέδρας ποιῆσαι κατὰ τῆς Γαὶ, ἐνετείλατο· καὶ τὸν Γεδεὼν κατὰ τῶν Μαδιηναίων ὑδρίαις, καὶ λαμπάσι ἐξώπλισεν. Ἀλλ' ὁ μὲν Βῶνος τείχη ὠχύρου, καὶ πάντα τὰ πρὸς πολεμικὴν χρείαν ἐξήρτυε· Σέργιος δὲ ὁ ἱεράρχης, τὰς ἱερὰς εἰκόνας τῆς Θεομήτορος, αἷς μάλιστα καὶ βρέφος ὁ Σωτὴρ ἐξεικονισθεὶς, ἐν ἀγκάλαις τῆς μητρὸς ἐνεφέρετο, ταύτας λαβὼν, περιῄει τὰ τείχη· τῇ μὲν πόλει, ἀσφάλειαν ἐκ τούτου περιποιούμενος· τοῖς δὲ Βαρβάροις καὶ πολεμίοις, πτόησιν καὶ ὄλεθρον καὶ φυγήν· ἃ πάντα μικρὸν ὕστερον ἐπελθόντα αὐτοῖς, ἀφανισμῷ ἅπαντας δέδωκε παντελεῖ.

Οἱ κατὰ τὴν Χαλκηδόνα στρατοπεδευσάμενοι Πέρσαι ἤρξαντο πυρπολεῖν τὰ πέριξ τῆς Χαλκηδόνος καὶ γειτνιάζοντα, καὶ τἄλλα πάντα ποιεῖν, ὅσα τοῖς πολιορκεῖν προθεμένοις ἐργάζεσθαι σύνηθες· ὡσαύ-

imperium Romanum regebat gravissima ac ferina crudelitate, tyranni Phocæ viri militaris, attritæ: Chalcedonem veniens, in ea deinceps vallum ponit, atque opportuna omnia ad magnam hanc obsidendam civitatem disponit: ita enim illi constitutum erat, hocque modis omnibus studebat. Hæc videns Heraclius, qui nuper post tyrannum Phocam imperii regimen susceperat, valde anxius, gravique dolore affectus, relicta regia, collectis Romanis copiis, quæ superstites erant, per Pontum Euxinum, repente, cum nihil Persæ cognovissent, eorum regionem invadit. Cognita autem Chaganus Scytha imperatoris expeditione, statim operi insistit: ac mare quidem Scythicis replet monoxylis lintribus, sic barbara voce nuncupatis, quod ex uno prælongo ligno, tumultuario velut opere confecta sint; terram vero equestri milite ac pedestri.

Sergius interim patriarcha, populum in urbe regia constitutum multis hortabatur, docebatque ut ne animis concideret. *Confidite*, aiebat, *filii, inque Deum solum nostræ spem salutis referamus, atque ad eum manus ac oculos ex toto animo levemus, ipseque mala dissolvet quæ nos circumsteterunt, ac omnia adversum nos Barbarorum dissipabit consilia.* His Sergii sermonibus animatus populus, qui erat in urbe, manserunt omnes, fide in intemeratam Deiparam roborati, atque in eum, qui ex ipsa per clementiam nasci voluit, Christum Deum nostrum; perseverabantque forti animo, exspectantes videre misericordiam ejus super ipsos, quam brevi post consequi meruerunt, nec vacui a sua spe exciderunt.

Is autem qui ad urbis custodiam ab imperatore relictus fuerat, *Bonus* nomine, nihil non adversus Barbarorum machinamenta sedulo moliebatur, quantæ vires erant. Vult enim Deus, ut ne inertes ac otiosi desideamus; sed ut etiam aliquid operæ conferamus; et ut quædam quidem a nobis ipsi inveniamus, ac spem tamen omnem salutis in ipso habeamus. Sic etiam jussit Jesu filio Nave ut insidias poneret adversus Gai [1], Gedeonemque hydriis ac lampadibus adversus Madianitas instruxit [2]. Cæterum Bonus quidem muniebat muros, omniaque bello opportuna parabat: at Sergius pontifex, sacras Dei Genitricis imagines, quibus maxime infans quoque Salvator in ulnis Matris repræsentabatur, assumens, muros circuibat, ea supplicatione, cum urbi tutamen concilians, tum Barbaris ac hostibus consternationem, interitum ac fugam; quæ brevi eis illata, omnimodo exterminio tradiderunt.

Quoniam vero Persæ ad Chalcedonis muros castra metati, omnia in circuitu ac vicina Chalcedoni, cœperant igni vastare, omniaque alia iis consueta facere, quibus constitutum est ut urbem aliquam

[1] Josue VIII 1. [2] Judic. VII 16

expugnent; ac similiter Scythæ ac Barbari, eadem et ipsi atque Persæ facere videbantur; accipiens iterum patriarcha, Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi imaginem non manufactam (2), ac vestem pretiosam sacratissimæ Mariæ; ad hæc vero, etiam vivifica ligna, urbis muros circuibat, ac cum lacrymis, orabat dicens : *Exsurge, Domine, et dissipabuntur inimici tui : et sicut fumus deficient, et fluent sicut cera a facie ignis* [1].

Vixdum tertius dies ab ea populatione transierat, cum Scytharum dux, exercitum omnem urbi admovet. Tantæ porro erant hostium copiæ, cum et numero pene innumerabili, tum etiam armorum munitionibus apprime instructo milite; ut, quo rem universam ex paucis declarem, decem Scythæ cum uno Romano conflicturi essent. Nihilominus tamen Christianorum exercitus præses ipsa ac propugnatrix intemerata Deipara; illa, eorum qui invocant, celerrima adjutrix, plures excurrentium Scytharum ad divinum ipsius templum quod in *Fonte* vocant (3), per levioris armaturæ milites, necans, nedum eo stratagemate Scytharum ducis audaciam repressit, sed et ut etiam quod acciderat, velut arrhabonem ac præludium futuri postmodum omnimodi eorum interitus haberet, interim effecit. Exinde enim Romani animos assumentes, multaque fiducia aucti, manus in dies cum hoste conserebant; pugnante pro eis ac auxiliante Deipara, robustioresque efficiente; confundente au-

τως δὲ καὶ οἱ Σκύθαι καὶ Βάρβαροι, τὰ παραπλήσια τοῖς Πέρσαις ποιοῦντες ἐφαίνοντο· λαβὼν πάλιν ὁ πατριάρχης τὸν ἀχειροποίητον τύπον τοῦ Κυρίου, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν τῆς παναγίου τιμίαν ἐσθῆτα· ἔτι τε τὰ ζωοποιὰ ξύλα, διὰ τῶν τειχῶν περιήρχετο· καὶ μετὰ δακρύων τὸ, *Ἐξεγέρθητι, Κύριε*, ἔλεγεν προσευχόμενος, *καὶ διασκορπισθήσονται οἱ ἐχθροί σου· καὶ ἐκλείψουσιν ὡς καπνὸς, καὶ τακήσονται ὡς κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός.*

Οὔπω τρεῖς ἡμέραι διῆλθον τῆς γενομένης πυρπολήσεως, καὶ προσέβαλε πανστρατιᾷ τῇ πόλει ὁ τῶν Σκυθῶν ἀρχηγός· τοσαύτη δὲ ἦν ἡ φάλαγξ τῶν πολεμίων, εἴς τε πλῆθος ἀναρίθμητον συντεταμένη, καὶ ὅπλων περιβολαῖς κατησφαλισμένος, ὡς, ἵνα τὸ πᾶν ἐξ ὀλίγου δηλώσω, δέκα Σκύθας πρὸς ἕνα Ῥωμαῖον συρρήγνυσθαι· ἀλλ' ὅμως ἡ ἀρχιστράτηγος καὶ προπολεμοῦσα τῶν Χριστιανῶν ἄχραντος Δέσποινα, ἡ ταχίστη τῶν ἐπικαλουμένων ἐπίκουρος, διὰ τῶν λαχόντων στρατιωτῶν, κατὰ τὸν θεῖον αὐτῆς ναὸν τὸν ἐν τῇ Πηγῇ, πολλοὺς τῶν ἐκστρατευσαμένων Σκυθῶν ἀνελοῦσα, οὐ μόνον τοῦ Σκυθάρχου τὸ θράσος κατέβαλε τῷ τοιούτῳ στρατηγήματι, ἀλλὰ καὶ τῆς μελλούσης συμβαίνειν αὐτοῖς παντελοῦς ἀπωλείας, ὀλίγῳ ὕστερον, οἷον ἀρραβῶνά τινα τὸ γεγονὸς ἔχειν αὐτὸν, τέως ἐποίησε. Ἐκ τούτου γὰρ μέγα φρονήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ θάρσους ἐμπλησθέντες πολλοῦ, συμπλοκὰς καθ' ἑκάστην σχεδὸν ἐποιοῦντο πρὸς αὐτούς· ἔχοντες ὑπερμαχοῦσαν μὲν, τὴν τοῦ Θεοῦ Μητέρα, καὶ ῥωμαλεωτέρους ἀποδει-

[1] Psal. LXVII, 1 seqq.

(2) Existimat Gretserus, c. 15, *De imaginibus non manufactis*, non fuisse hanc Salvatoris imaginem, quam Sergius circumgestaret, archetypam ἀχειροποίητον· Heraclio in expeditione Persarum habente ejusmodi imaginem archetypam, illam nimirum Camulianensem, quæ sola non manufacta tunc temporis erat in urbe regia. Verum ut demus unam duntaxat fuisse ejusmodi imaginem, nihil est, quo probet unam potius quam alteram fuisse archetypam : ac sit conjectura, potius vere archetypam relictam urbi præsidio, ubi et ipsa tutior videretur. Vel certe, ut ex monumentis loquamur, dato asportasse Heraclium imaginem non manufactam archetypam, sibi et exercitui futuram præsidio, relicta sit Sergio ei similis, divinitusque expressa ex illa sub Tiberio imperatore, cum mulier quædam patricia in ægritudine impetrasset deferri in domum suam ad aliquot dies, non manufactam primam imaginem; qua de re Menæa : ubi etiam legimus Sergium accepisse sic expressam imaginem a cœnobio cui patricia legaverat, ac retinuisse, donec divinis terroribus coactus est restituere. Quod subditur de lignis vivificis, oportet intelligi de portione aliqua ligni crucis, quales ab ea Hierosolymis avellebantur, antequam a Persis tolleretur, non de cruce ipsa, quam Heraclius nondum receperat ex Perside. Deiparæ vestis videtur e Blachernis sublata sub hos timores, eo modo quo narrat auctor tractatus in ejus depositionem, quando etiam intercesserunt illa pacis colloquia, quæ idem auctor indicat, de quibus illic ex Zon. Erat illa circumgestatio humili pietate cum satisfactio pro injuriosa tractatione, tum supplicatio pro auxilio.

(3) Effusior est Nicephorus in laudando hoc templo, lib. XV, c. 25, quod ait a Leone Magno stadio ab urbe, ad alteram partem urbis, ad aurcam ejus portam, ceu alterum a Blachernarum templo urbis propugnaculum, regia magnificentia exstructum. Illic ergo Constantinopolitani habentes præsidium, felicius velitando Dei Genitricis auxilio, vincere didicerunt. Ut autem magnum ad victoriam ac liberationem civitatis, præcipuumque momentum divina protectio Mariæ intercessionibus contulerit, ac ita merito Græci agnoverint, recolentes beneficium annua hac celebritate τῆς ἀκαθίστου· haud tamen videtur res confecta iis prodigiis, quæ ponunt aliqui, ac aliis mediis quam humanis, ac iis proximis, ut ex S. Nicephoro ac Zonar., solidiori veritate scribentibus, potest colligi : quamobrem segmentum puto quod Cedrenus narrat, et ex eo Baronius ann. 625 de muliere visa egredi e Blachernarum porta, quam Barbari putaverint uxorem Heraclii, ad ipsum egredientem, etc., qua disparente in mutuas cædes sint conversi, etc., atque utinam unus Cedrenus ita fidem elevasset veræ historiæ, nec tam multi imitati essent velut etiam qui portento liberationis Caroli 2 et Barcinonensi carcere regis Aragonum, Sammaxianensibus nostris pignoribus offecere plurimum; non (quod forte putabant, siquidem inepta pietas, eoque non pietas hæc parturiit) momentum ad fidem contulere. Prudens itaque Heraclius, urbe discedens ad expeditionem, non destituit forti milite, in quo licet pauco, eam Deus Barbarorum nubem ab ea suaviter dispulit, excepta tempestate, qua plures absorptos, ac fere eorum periisse reliquias, auctorum est consensio.

κνύουσαν· τὰ δὲ τῶν Σκυθῶν συγχέουσαν μηχανήματα, καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν σφάλλουσαν, καὶ τὴν ἐμπειρίαν τὴν ἐν πολέμοις. A tem Scytharum machinamenta, eorumque virtutem ac peritiam bellicam deludente.

Ἐπὶ τούτοις, κοινῇ γνώμῃ τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ λαοῦ, πέμπονταί τινες ἐκ τῆς πόλεως μετὰ δώρων, εἰρηνικά τε λαλῆσαι τοῖς Σκύθαις, καὶ πρὸς εἰρήνην αὐτοὺς ἐκκαλέσασθαι. Ἀλλ' ὁ θὴρ μᾶλλον ἢ ἄνθρωπος; οὐ μόνον οὐ δέχεται τὴν εἰρηνικὴν πρόσκλησιν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπιφερόμενα δῶρα λαβών, ἀπράκτους ἀποπέμπει, τοῦτο μόνον αὐτοῖς ἐπειπών· *Μὴ ἀπατᾶσθε ἐπὶ τῷ Θεῷ, ᾧ πιστεύετε· πάντως γὰρ αὔριον τὴν πόλιν ὑμῶν λήψομαι, καὶ ταύτην ἔρημον θήσω· χάριν δὲ συμπαθείας, ἀδείας δίδωμι γυμνοὺς ἐξελθόντας, ὅπου βούλεσθε ἀπελθεῖν. Τὸ λοιπὸν, πορεύεσθε, ἕτερον φιλάνθρωπον παρ' ἐμοῦ μηδὲν ἀναμένοντες.* B

His ita habentibus, communi Patriarchæ populique consilio, destinantur quidam ex urbe cum muneribus, qui et pacifice Scythas alloquerentur, eosque ad pacis fœdera provocarent. Enimvero, non tam homo ille quam bellua, nedum pacis illa monita non suscepit, verum etiam acceptis muneribus, quæ inferebantur, re infecta legatos remisit, hæc ad eos tantum adjiciens : *Ne decipiamini in Deo, cui creditis : prorsus enim in crastinum vestram capiam ac desolabo civitatem. Quadam nihilominus pietate, liberum facio ut nudi exeuntes, quo vultis, abeatis. Cæterum abite, nihil a me amplioris exspectaturi clementiæ.*

Ταῦτα παρὰ τῶν πεμφθέντων ἀκούσαντες, στενάξαντες ἀπὸ μέσης καρδίας, εἰς οὐρανοὺς τὰς χεῖρας ἀνέτειναν, καὶ δάκρυσι πολλοῖς ἐπικλυζόμενοι, Ὑπερασπιστὰ, ἔλεγον, *Κύριε, ὁ πᾶσι τοῖς ὑπερηφάνοις ἀντιτασσόμενος, οὗ τὸ κράτος ἀνεπίσταστον καὶ ἡ δεσποτεία ἀκατάλυτος, ἄκουσον τοὺς λόγους τοῦ Βαρβάρου οὓς ἀπέστειλεν ὀνειδίζων σε τὸν πάντων δεσπόζοντα, καὶ ῥῦσαι πόλιν κληρονομίας σου, καὶ λαὸν σῷ κεκλημένον ὀνόματι· μή ποτε εἴπωσι· Ποῦ ἔστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν;* Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ λαός· Θεὸς δὲ, τὴν Περσῶν πρὸς τὸν Χαγάνον διάβασιν ἣν ἐμελέτησαν, ἀπεκώλυσε· πατάξας οὐκ ὀλίγους, ὧν πρὸς ἀλλήλους ἀπέστελλον. Δύο δὲ καὶ τρεῖς ἑφεξῆς ἡμέρας C ἀκροβολισμοῖς καὶ τοπικοῖς ἐφόδοις τοῦ πολεμεῖν οὐκ ἐπαύσαντο. Ἔργον δὲ ἦν ἐκ μελέτης ἑτοιμαζόμενον τῷ κυνὶ, κατὰ μὲν γῆν, μηχανὰς τειχομαχικὰς παραστῆσαι καὶ ἑλεπόλεις· κατὰ θάλασσαν δὲ, τὰ παρὰ Σκύθαις ἐξαρτῦσαι μονόξυλα ὑπὲρ ἀριθμὸν ὑπάρχοντα. Ὥστε καθ' ἕνα καιρὸν καὶ μίαν ἡμέραν, κροτῆσαι κατὰ τῆς πόλεως πόλεμον, ἐκ γῆς ὁμοῦ καὶ θαλάττης.

His cives auditis, ex iis qui legatione functi essent, gementes ex imo pectore, manus in cœlum tetenderunt ; imbreque lacrymarum offusi : *Protector*, inquiebant, *Domine, qui universis superbis resistis; cujus est incomparabilis potentia, et dominatio insolubilis; audi verba Barbari illius, quæ misit improperans tibi omnium Domino, et libera urbem hæreditatis tuæ, ac populum, qui a te nomen habet; nequando dicant, ubi est Deus eorum?* Ac quidem hæc populus : Deus autem, Persarum ad Chaganum transitum prohibuit, quem meditabantur, multis eorum cæsis (4), quos subsidio mittebant. Porro non cessarunt, biduo toto seu triduo, velitationibus, ac paucorum per loca certaminibus pugnare. Hoc autem canis ille consilio moliebatur, ut terra quidam machinas admoveret diruendis muris, ac urbi expugnandæ ; mari autem, Scytharum aptaret lembos, quos habebat innumerabiles, ut uno tempore ac eadem hora, terra simul ac mari, pugna civitati ingrueret.

Ἐν ὅσῳ δὲ τὸν τοιοῦτον ἐξήρτυε πόλεμον, λαβὼν ὅσον εἶχεν ἐν ἱππεῦσιν ἐπίλεκτον, ἐν τοῖς ἀναπλεομένοις τοῦ πόντου γέγονε μέρεσι, τῷ Περσικῷ στρατῷ ἐπιδεικνύμενος· κἀκεῖνος δὲ τὰ ὅμοια ἔπραττε· μᾶλλον δὲ, ὁ μὲν ἐξ Ἀσίας, ὁ δὲ ἐξ Εὐρώπης, καθάπερ θῆρες ἄγριοι ὠρύοντο κατὰ τῆς πόλεως, ἕτοιμον ταύτην ἔχειν νομίζοντες θήραμα. D Ἀλλὰ τίς λαλήσει τοῦ Θεοῦ τὰ τότε θαυμάσια; τίς δὲ τῆς Παρθένου τὴν εἰς ἡμᾶς εὐσπλαγχνίαν διηγήσασθαι ἐξισχύσει; ὡς γὰρ ὁ Χαγάνος τοὺς τοῦ Κέρατος κόλπους ἐπλήρωσε μονοξύλων, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ ὁπλίταις ἐπειρᾶτο, διὰ μὲν τῶν πολεμούντων εἰς γῆν, τὰ τείχη καταβαλεῖν τῆς πόλεως· διὰ δὲ τῶν ναυμαχούντων ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Κέρατος, εὐχερῆ τὴν

Tanto igitur instructo belli apparatu, accipiens quidquid equitum lectius erat, venit ad partes Ponti, quibus navigabatur, seque ipsum Persarum exercitui ostendit ; illeque vicissim eadem facit : seu potius, alter quidem ex Asia, ex Europa alter, uti feræ bestiæ rugiunt adversus civitatem, promptam sibi prædam sperantes fore. Verum quis loquetur Dei tunc exhibita mirabilia ? Quis vero Virginis in nos impensiorem clementiam ac misericordiam possit enarrare? Nam ubi Chaganus sinus Cornu lintribus, ac milite implevisset, ita moliens, ut per eos quidem qui terra pugnabant, muros civitatis dejiceret ; per eos autem qui in sinibus Cornu navalem pugnam erant inituri, facile in urbem invaderet

(4) Intercipiente ac excurrente Romano fortissimo milite, ut ex Zonara colligi potest. Etiam S. Nicephorus maximam Sclavorum stragem factam narrat, ubi hostium stratagema detectum fuisset, immittente Bono patricio in incautos, ac velut suis subsidio venientes, ut erat conventum ad signum sublati ignis e Blachernarum munitione, medio ipso itinere expeditissimam Romanam classem; quam hostium cladem ista forte indicent, postquam secuta sit illa hostium irruptio ad muros hic narrata, quam Romani immensa cæde eorum depulerint, depugnante pro eis mari interim immissa tempestate in hostium classem, Deipara Virgine.

eique applicaret, undequaque Deus ac Deipara Virgo, infectas ejus ac vacuas exspectationes fecere. Tantam enim multitudinem hostium ab utraque muri parte interfecit Romanus miles, ut qui erant superstites, minime jam, defunctorum cadaveribus concremandis, sufficerent. Et hoc quidem eorum farinus, qui terra pugnabant. Eos autem hostium, qui mari adoriebantur, una cum lintribus, e regione divini Blachernarum templi Deipara Virgo, ac Domina, submersit, immanem subito ac violentam in eos, vehementioris flatus excitans tempestatem.

Cum enim propiores divinæ huic ædi accessissent, multo tumore elatum mare, flatuque a Deo immisso divisum in divisiones, omnes funditus cum actuariis ipsorum lembis submersit absorpsitque. Erat hic videre maximum quoddam ac ineffabile prodigium, ut et fluctus montium instar attolleret, atque in modum feræ bestiæ intumesceret, furereturque, atque in hostes Dei Genitricis præceps irrueret, ac crudeliter devoraret; ut olim devoravit absorpsitque Ægyptios persequentes antiquum Israel [a], cum ille nova quadam ratione, pedibus iter per ipsum ageret. Sic Virgo Deipara, suæ propugnatrix civitatis atque tutrix, mirabile tropæum, invento hoc ac stratagemate, incruentum erexit; eos quidem, qui adversus suam ipsius hæreditatem implacabile bellum gererent, ac arma in ipsam tulissent, omnino submergens, ac marinis fluctibus agendos tradens; ipsam autem suam sortem, quæ in ipsa, eaque sola spem posuisset, fluctuantem, ab immanibus malis, quæ invasissent, penitus servans incolumem.

Tunc sane, tunc temporis, ipse etiam horum præfectus, exercitus sui cladem tantam oculis inspectans, sublimi quodam loco cum equestribus copiis constitutus, pectus vultumque manu percutiebat. Ille autem qui intra muros adversus hostes certamen habuerant, ut cladem didicerunt, quam Barbari in mari accepissent, divina protinus virtute roborati, Virginisque freti potentia, aperuerunt civitatis portas, sublatoque clamore ac ululatu, impressionem in hostes fecerunt. Tanta porro vis gaudii tantaque virtus nostros habuit, Barbaros autem tantus pavor, ut etiam pueri ac mulieres in eos irruentes, in ipsa hostium castra penetraverint. Tunc utique videre erat, ut, unus persequeretur mille; duoque fugarent decem millia [b]. Talis est intemerata illa, ac Virgo: talis Deipara Dominaque; potentia, impotentes; virtuteque, virtute destitutos donavit. Cæterum ubi sole occidente nox advenisset, machinas expugnandæ urbi comparatas, quas Barbari in curribus advexerant, omnes igni tradiderunt: ac plane gratias Deiparæ, quæ effecerit, ut fidem ipsi suorum laborum ac machinarum incensores essent, qui fuissent auctores. Patriarcha autem ac reliquus populus, manibus in cœlum expansis, gratiarum actionis cantica, in lacrymas effusi,

κατ' αὐτῆς ἔχειν ἐπίβασιν· πάντοθεν αὐτοῦ, ὁ Θεὸς καὶ ἡ Δέσποινα Παρθένος, ἀπράκτους καὶ κενὰς τὰς ἐλπίδας ἀπέδειξαν. Τοσοῦτον γὰρ πλῆθος καθ' ἕκαστον μέρος τοῦ τείχους τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα, τῶν πολεμίων ἀνεῖλεν, ὡς μηκέτι τοὺς ζῶντας δύνασθαι κατακαίειν τοὺς θνήσκοντας. Καὶ τοῦτο μὲν γέγονε διὰ τῶν ἀπὸ γῆς πολεμούντων. Τῶν δὲ ἀπὸ τῆς θαλάσσης προσιόντων πολεμίων, αὐτανδρα τὰ μονόξυλα, πρὸ τοῦ ἐν Βλαχέρναις θείου νεῶ, ἡ Θεοτόκος καὶ Δέσποινα ἐβύθισεν, ἀθρόως ἐξαίσιον καὶ βίαιον καταιγίδα κατ' αὐτῶν ἐγείρασα πνεύματος.

Ὡς γὰρ πλησίον ἐγένοντο τοῦ θείου ταύτης οἴκου, σφόδρα ὑψωθεῖσα ἡ θάλασσα, καὶ διαιρεθεῖσα θείῳ πνεύματι εἰς διαιρέσεις, πάντας ἄρδην κατεπόντισε καὶ κατέδυσεν αὐτοῖς μονοξύλοις. Καὶ ἦν ἰδεῖν τηνικαῦτα μέγιστον καὶ ἄφραστον τεράστιον· ἵστα καὶ ὄρεσι κύματα ποιοῦσαν, καὶ τρόπον ἀγρίου θηρὸς ἐξογκουμένην καὶ μαινομένην, καὶ τοῖς ἐχθροῖς τῆς Θεομήτορος ἀποτόμως ἐπιπηδῶσαν, καὶ ἀνηλεῶς κατεσθίουσαν· ὥσπερ ποτὲ καὶ τοὺς Αἰγυπτίους ἐποίησε, καταδιώκοντας τὸν πάλαι Ἰσραὴλ, τρόπῳ καινῷ πεζεύοντα δι' αὐτῆς. Οὕτω ἡ προπολεμοῦσα τῆς ἰδίας πόλεως ἡ Θεοτόκος καὶ προασπίζουσα, τὸ παράδοξον ἀναιμακτὶ τρόπαιον ἔστησε τρόπῳ τοιούτῳ καὶ στρατηγήματι, τοὺς μὲν κατὰ τῆς οἰκείας κληρονομίας πόλεμον ἀκήρυκτον καταγαγόντας, καὶ ὅπλα ἐπ' αὐτὴν ἄραντας, ἄρδην ποντώσασα, καὶ ἔργον θαλαττίων ῥευμάτων ἀποφήνασα· τὸν δὲ τῆς σωτηρίας ἐλπίδας ἐν ταύτῃ καὶ μόνῃ [*ἰσ.* ἐσχηκότα, *ἢ λείπ.*] σαλεύοντα κλῆρον, ἐκ τῶν προσπεσόντων δεινῶν ἀπαθῆ πάντη διαφυλάξασα.

Τότε δή, τότε καὶ αὐτὸς ὁ τούτων ἔξαρχος αὐτόπτης γενόμενος τῆς τοιαύτης ἀπωλείας τοῦ ἰδίου στρατεύματος, αὐτοῦ που σὺν ὁπλίταις ἱππεῦσιν ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου ἱστάμενος, χερσὶ τὸ στῆθος καὶ τὸ πρόσωπον ἔτυπτεν· οἱ δὲ ἐντὸς τοῦ τείχους πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἀνταγωνισάμενοι, ἐπεὶ ἔμαθον τὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ γενόμενον Βαρβάροις ὄλεθρον, εὐθέως θείᾳ δυνάμει ῥωσθέντες, καὶ τῇ τῆς Παρθένου ἰσχύϊ φραξάμενοι, τὰς πύλας τῶν τειχῶν ἀνεπέτασαν, καὶ σὺν βοῇ καὶ ἀλαλαγμῷ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπεξέδραμον. Τοσαύτη δὲ περιέσχε χαρὰ καὶ δύναμις τὸ ἡμέτερον, τοὺς δὲ Βαρβάρους δειλία, ὡς καὶ παῖδας καὶ γύναια κατ' ἐκείνων ὁρμήσαντας, εἰς αὐτὸ παραγενέσθαι τῶν ἐχθρῶν τὸ στρατόπεδον. Τότε ἦν ὁρᾷν, ἕνα χιλίους διώκοντα· καὶ δύο, μυριάδας μεταχινοῦντα. Τοιαύτη ἡ πάναγνος καὶ παρθένος· τοιαύτη ἡ Θεοτόκος καὶ Δέσποινα· ἰσχὺν τοῖς ἀνισχύροις, καὶ δύναμιν τοῖς ἀδυνάτοις, δεδώρηται. Ὡς δὴ ὁ ἥλιος ἔδυ, καὶ νὺξ κατέλαβε, τὰς πολιορκητικὰς μηχανὰς, ἅσπερ ἐφ' ἁμαξῶν ἐκόμισαν οἱ Βάρβαροι, πάσας τῷ πυρὶ παραδεδώκασι· καὶ χάρις τῇ Θεοτόκῳ, παρασκευασαμένῃ γενέσθαι τῶν ἰδίων πόνων καὶ μηχανῶν αὐτουργοὺς αὐτοὺς καὶ ἐμπρήστας. Ὁ δὲ ἱεράρχης, καὶ ὁ λοιπὸς λαὸς, τὰς χεῖρας διαπετάσαντες εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺν δάκρυσι, χαρᾶ-

[a] Exod. xiv, 1 seqq. [b] Deut. xxxii, 30.

τήρια ἤδον, καὶ ἔλεγον· *Ἡ δεξιά σου, Κύριε, δεδόξασται ἐν ἰσχύϊ· ἡ δεξιά σου χεὶρ, Κύριε, ἔθραυσεν ἐχθροὺς, καὶ τῷ πλήθει τῆς δόξης σου συνέτριψας τοὺς ὑπεναντίους.*

Καὶ οὕτω μὲν ὁ παράφρων Χαγάνος πλήθει δυσαριθμήτῳ ἐπιστρατεύσας, μετ' αἰσχύνης ὑπέστρεψεν· ὁμοίως καὶ τὸ Περσικὸν στράτευμα ὁ ἐπαγαγὼν, χεῖρα ἐπὶ στόματι θεὶς, καὶ τὸ πρόσωπον καλυψάμενος, ἀπὸ τῶν τοσούτων χιλιάδων, εὐαριθμήτους συνεπαγόμενος, μετ' αἰσχύνης τὴν ἰδίαν χώραν συνέλαβεν. Οὕτως ἡ τῆς θείας οἰκονομίας καὶ ἀγαθότητος ὑπουργὸς, ἡ παναγία καὶ ὑπεράμωμος Θεοτόκος, ἡ τῶν Χριστιανῶν κραταιὰ ἀντίληψις, τῆς περὶ ἡμᾶς ἀντιλήψεως τὴν ἰσχὺν ἐπεδείξατο· οὕτω μεγάλην ἡμῖν καὶ παράδοξον τὴν σωτηρίαν κεχάρισται, ἥστινος εὐεργεσίας εἰς ἀνάμνησιν, τὴν παροῦσαν ἐτησίως πανδημεὶ σύναξιν ποιοῦμεν, καὶ παννύχιον ἄγομεν ἑορτὴν, εὐχαριστηρίους ᾠδὰς αὐτῇ προσφέροντες· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον.

Μετὰ παραδρομὴν δὲ χρόνων τριάκοντα καὶ ἓξ, τὴν βασιλείαν ἰθύνοντος Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου, πάλιν κατέλαβε τὸ τῶν Ἀγαρηνῶν σμῆνος ἐν στόλῳ μεγάλῳ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν, καὶ παραυτίκα, προσώρμισαν τῇ παραλίᾳ τοῦ Ἑβδόμου· ὑφ' ὧν ναυμαχίαι καθεκάστην ἐγίνοντο, ἀπὸ ἐαρινοῦ καιροῦ μέχρι φθινοπωρινοῦ· χειμῶνος δὲ ἐπιγενομένου, περαιούμενος ὁ τῶν Σαρακηνῶν στόλος, ἐχείμαζεν ἐν Κυζίκῳ· καὶ πάλιν ἀρχομένου ἔαρος ἐκεῖθεν ἀναγόμενος, ὁμοίως τοῦ διὰ θαλάσσης εἶχετο πολέμου. Ἑπτὰ οὖν ἔτεσι τοῦ πολέμου διαρκέσαντος, ὁ τῶν Σαρακηνῶν στόλος πάμπολλα πλοῖα ἀποβαλὼν, καὶ πολλοὺς καὶ ἀναριθμήτους, καὶ μαχίμους ἄνδρας, ἔτι τε πλείστην σκευὴν ὧν ἐπεφέρετο χρειωδῶν, ὑπέστρεψε καὶ αὐτὸς διακενὴς εἰς τὰ ἴδια· καὶ ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Συλαίου γενόμενος, ὑπὸ σφοδρῶν καὶ βαγδαΐων ἀνέμων ἐπιπνευσάντων αὐτοῖς, κατὰ δικαίαν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ, ἄρδην ἀπώλετο. Οὕτω κατὰ διαφόρους καιροὺς τῇδε τῇ θεόθεν φυλαττομένῃ πόλει προσβάλλοντες οἱ ἀλιτήριοι, τὰ τῆς μανιώδους ὁρμῆς αὐτῶν ἀποπληροῦντες, ἄπρακτοι καὶ αἰσχύνης πλήρεις ὑπέστρεφον.

Ἀλλὰ πάλιν, ἐπεὶ πάντοθεν αὐτοῖς ἡ δυναστεία ἤρθη πρὸς μέγεθος, καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ηὐξήθη, καὶ εἰς πλῆθος ἐπέδωκε, πρότερον μὲν κατέλαβον τὴν τῶν Περσῶν βασιλείαν· εἶθ' οὕτως, τὴν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην, διδόντες λόγον τοῖς Χριστιανοῖς, ὡς οὐ βιάσονται αὐτοὺς παραβῆναι τὴν ἀμώμητον καὶ ὀρθόδοξον εἰς Χριστὸν τὸν Θεὸν

A in hæc verba panxere : *Dextera tua, Domine, magnificata est in fortudine : dextera tua, Domine, percussit inimicum, et in multitudine gloriæ tuæ contristi inimicos* [6].

Sic autem insipiens Chaganus, qui innumerabili multitudine expeditionem fecisset, confusus reversus est : simili quoque ratione, qui ducebat Persarum exercitum, manum ori imponens, ac vultum operiens, paucos secum e tot millibus ducens, cum pudore in suam venit regionem. In hunc modum, divinæ œconomiæ ac bonitatis ministra, illa sanctissima prorsusque immaculata Dei Genitrix, potens illa Christianorum defensio, suæ in nos defensionis potentiam ostendit : sic magna nos ac mirabili salute impertivit ; in cujus beneficii memoriam, B præsentem quot annis collectam totius populi conventu solemnem agimus, noctemque totam celebrem habentes, eidem pro gratiarum actione offerimus canticorum laudem, atque hæc hactenus.

Verum, ubi jam anni sex supra triginta (5) ab hinc effluxissent, Constantino Pogonato regente imperium, iterum Agarenorum examen ingenti Constantinopolim classe petit, statimque appulsi sunt, ad portum Hebdomi (6) ; quotidie vero committebant navalia prælia, a vere ad autumnum, tumque hieme veniente transfretabant, ac Cyzici hiemabant : iterumque ineunte vere inde reducta classe, simili modo navibus prælia inibant. Cum itaque bellum in annos septem protractum fuisset, ac C classis Saracenorum naves plurimas, multosque, nec facile numerabiles, atque in illis, bellatores viros ac strenuos, amisisset ; ad hæc vero multa jactura necessarii commeatus fuisset ; ipsa quoque inanis ad sua reversa est : cumque ad Sylæi venisset partes (7), vehementi ventorum turbine jactata, per justam Dei iram penitus deleta est. Ita diversis temporibus hanc a Deo conservatam urbem miseri illi adorientes, furoris sui impetum expleturi, re infecta, ac confusione pleni, coacti sunt redire.

Rursus tamen, quod eorum dominatio undequaque in majora crementa promovisset, atque ab ortu ad occasum aucta esset, ac multitudine diffusa ; D primum quidem ceperunt Persarum regnum ; tumque Ægyptum et Africam, jurata Christianis fide, ut ne eos inculpatam rectamque in Christum Deum nostrum fidem, prævaricari cogerent : quam tamen

[6] Exod. xv, 6.

(5) Incidit tempus hoc in Pogonati annos, quibus vivo adhuc patre imperavit, a quibus etiam 6 synodus, ejus imperii annos numeravit : qua de re satis ad Acta ejusdem synodi.

(6) Marcell. Comes, et Hist. Miscella vocant, Septimum. Erat suburbium Constantinopolitanum, septem milliaribus ab urbe Constantinopoli.

(7) Sic etiam S. Nicephorus, πρὸς τοῖς πελάζουσι τοῦ Συλαίου γενόμενοι· ubi non bene interpres, *ad Sylæum mare propius accedunt :* aliud ex alio reddens proprium nomen, adjectione illa litteræ. Zonar. *Cum classis reliquiæ jam ad Sylæum pervenissent*, etc. Videtur promontorium aliquod in Pamphylia, cujus Sylæus, ipsa eadem ac Perge, ut in jure Græco-Romano, metropolis erat ; quanquam ipsa posita erat ad mediterranea : unde et subdit Zonar, si qui evasissent ex hoc naufragio, *eos Cibyræotarum ducem delevisse* ; nimirum, in eadem Asia minori, ubi ponuntur duæ Cibyræ, altera major in Phrygia ; minor altera in Cilicia.

nihil servaverunt, imo plures affecerunt martyrio, A quod pretiosæ crucis signum sprevissent pedibus conculcare. Hoc quippe Christianos cogebant. At, ut dicebam, terram omnem depopulantes pervaserunt. Cum autem Indos quoque ac Æthiopes, necnon Maurusios (8), Afros item ac Hispanos incursassent, ad extremum, adversus hanc quoque regiam urbem castra moverunt, quo eam caperent. Cæterum Leone Isauro imperatore, constitutum habente ut tributa eis penderet, illi abunde etiam militem in urbe ad præsidium cogebant recipere : freti nimirum multitudine exercitus, tum propriI ipsorum, tum quem sub mercede merentem habebant, classeque ad navalem pugnam expedita, tantaque navium multitudine, ut pene infinita, ad mille ac octingenta navigia, tota accenseretur, quemadmodum scripsere, qui illorum temporum historiam annalesque texuerunt.

Cum itaque errones illi Christi hostes e regione urbis milites collocassent, interim quidem nullam in muros impressionem fecerunt, quod velut in suis quique laribus versarentur, domibus exstruendis vacarent : plane destituti prudentia ac ratione; seu, ut dicam quod res habet, Deo impediente, ac in suis ipsorum consiliis, stultos faciente. Qui autem in civitate erat Christi amans populus, juges cum lacrymis supplicationes faciens, velut solemne habet rerum etiam tranquillo statu, venerabilissimumque crucis Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi lignum ferens, necnon castissimæ Virginis sacram imaginem, murum circuibat, tollens ad Deum manus, dicensque : « *Exsurge, Domine; ne repellas populum tuum in finem : quoniam ecce inimici tui sonuerunt, et qui oderunt te, extulerunt caput. Ne des hæreditatem tuam in confusionem, ut gentes dominentur nostri; nequando dicant, ubi est Deus eorum? sed cognoscant quia nomen tibi Dominus Jesus Christus, in gloriam Dei Patris.*

